IOANNIS PICI MIRANDVLAE OMNIA OPERA.

Ioannis Pici Mirandulæ uita per Ioannem Franciſcum Illuſtris principis Galeotti Pici Filium elegantiſſime conſcripta.

Heptaplus de opere Sex dierum geneſeos.

Deprecatoria ad Deum elegiaco carmine.

Apologia tredecim quæſtionum.

Tractatus de ente & uno cum obiectionibus qbuſdam & reſponſionibus.

Oratio quædam elegantiſſima.

Epiſtolæ plures Ioannis Pici Mirandulæ.

Teſtimonia eius uitæ & doctrinæ.

Diſputationum aduerſus Aſtrologos libri duodecim.

Cæcilii Cypriani epiſcopi Carthaginenſes de ligno crucis carmen.

Hoc in uolumine ſcribunt Epiſtolas hi uiri clariſſimi.

Ioannes Picus Mirandula
Io.Fran.Miran.Gal.comitis filius
Hermolaus barbarus.
Angelus politianus
Frater Baptiſta carmelita.
Matheus boſſus ueronenſis.
Hieronymus donatus.
Robertus ſaluiatus.
Philippus Beroaldus
Baptiſta guarinus
Chriſtophorus landinus.
Alexander corteſius.
Bartholomeus fontius.
Marſilius Ficinus.
Baccius ugolinus.
Iulianus maius parthenopeus

Ioannes Franciſcus Picus Mirandula Ludouico Mariæ Sfortiæ Viceco miti Anglo Mediolanenſium duci. S. P. D.

Qui uiroꝝ illuſtrium uitas illuſtriſſime princeps lectionibus poſteroꝝ exaratas tradide runt alii id egere:ut eoꝝ noīa qbus aut ſanguinis neceſſitudine deuincti aut parta diſcipli na obnoxii reddebanť edaci uetuſtate non exoleſcerent:ſed ab obliuiōis iniuria prorſus uindicarenť/qď pietatis genus Plynio auūculo Plynius & Plotino præceptori porphy rius exhibuerūt. Alii uero id ipſum & qdem auſpicacius effecere. Lnō tam æternę defun ctoꝝ memoriæ q̄ ſupſtitum cōparādæ uitæ cōſulerēt:ideoq; Ilariōis: Hiero. Atha. Anto. Martini: Seueꝝ: Paulinū: Ambro. ſtudia īdefeſſa: mores exactiſſimos: opa præclariſſima chartis mādaſſe cōperimus: unde & dei gloria ſe p orbē diffudit & hōies ad bene btēq; ui uendū: & doctrina & moribus etiānū concitanť: quoꝝ illectus exēplis opæpreciū me fa cturum putaui ſi uitā Ioānis pici ſtilo pſequerer: tum ut patruo eidēq; præceptori cuius ſpiritalibus bñficiis auctus & cumulatus ſum q̄ſi debitū munus exoluerē tū ut hoīem & nřo & futuris ſęculis pponerē admirādum: eius. n. exemplo mortales & ad frugalitatem inſtituti & impēdentis obitus poſſunt admoneri: ſed & doctrina abūde locupletari cū in ter oīfariam lr̄atos nři tpis (ne citem antiqtatē) extra oēm aleā principē locū obtinuerit: inuidioſum fortaſſe uerbū ſed pculdubio ueꝝ: ſed his cōpertū q eū intus & in cute (ut di ci ſolet) explorauere nec illis futurū abſonum: q qnq; illū noniſſe linguas humanā & di uinam phiam calluiſſe: cunctaſq; hauſiſſe diſciplinas quę in uſu ſunt mo- aliū: ſed quaſdā eruiſſe de tenebris: quaſdam etiā excogitaſſe nec dū undenā trieteride pfunctū: aliqn̄ no uerint. Fidem ampliſſimā facient cōmentatiōes illæ nunq̄ ſatis p meritis celebratę quę in præſentia pdeunt in publicū heptaplus apologiaq; & tractatus de ente & uno aliaq; cō pluſcula: omnia adeo illuſtria ſuapte natura totq; ſapiētum uiroꝝ cōmendata indiciis: ut q eadē/uel dānet/uel minus pbet, aut non ſummis efferat laudibus, prius idē cōtra ſe fer re ſnīam/uel ignoratæ lr̄aturæ maliuoli animi ſuſpitiōi ſitiuuidere ei tam multi poſſunt q̄ uel oēs admirari uel pauciſſimi imitari: uel nemo rephendere: Reliquę illius ſcriptiōes ſe quenti ordine in uulgabunť: potiſſimū aſtrologicæ peſtis cōfutationes: multis laboribus elucubratæ multis ſuſpiriis ab hoībus bene īſtitutæ mētis & expectatæ & flagitatę: mul taq; opa a nobis in unū ex liturato & multas in ptes diſcerpto exēplari redactæ quæ pxi me foras exibūt: ut quæ citiſſime fieri poſſit uiuifico ſuo ſplēdore caligātes oculos & tabi fico ſupſtitionum uapore īfectos illuſtrēt hos libros ſi a tractādis regni negotiis feriatus interdū deguſtaueris: Fies extra oēm cōtrouerſiā certior: Aſtrologoꝝ dogmata meraciſſi mas eſſe nugas & ueluti ſomnia delirantiū eorūq; præſtigias his monumētis pa tefieri: q bus lectis atq; ītellectis uanitatis iſtius pfeſſores q nřates imitati ranas diu coaxauerunt: niſi in aptā īciderint inſaniā macedonicaꝝ more cōticeſcent id qď forte inter diſceptādū ſup hoc negotio me tibi aliqua ex [illegible] libēti ſuſcipies aīo quæ nulli magis q̄ tibi dicanda cēſui/ut meā in te fidē & obſeruātiā quā dum tuis mererē ſtipendiis pſpectā & explotatā habuiſti [illegible] tradità obliuioni/ſed & [illegible]uerare & augeſcere indies agnoſceres: nō ingratam [illegible] tibi rem factuꝝ ſum ratus [illegible] librorum dignitas ſit ut īſcribi eos ſibi maximi reges honeſtū ſemp & glorioſum ſint arbitrati: Reli quum eſt ut quo te amore pſeqnor ad bipartitæ iuſticiæ obeūda mūera exhorter/atq; ad iugiter cōminiſcendum inuitem (qď prudentiſſimi principis ſemp eſt offm̄) non tam ho norem q̄ onus eſſe q regnes: ut ſpectatis circūqnaq; quæ & hominem & principē hoīem obſideant impedimētis eadē moderatiſſimis affectibus ſupare poſſis æternāq; tibi fœlici tatem pmereri: Vale princeps clariſſime: Mirandulæ Kalen. Martii. M. cccc xcvi.

CARD. GABRIELLIS IO. AN. MARIA

IOANNIS PICI MIRANDVLAE VIRI OMNI DISCIPLINARVM GENERE CONSVMATISSIMI VITA PER IOANNEM FRANCISCVM ILLVSTRIS PRINCIPIS GALEOTTI PICI FILIVM EDITA.

IOānis Pici patrui mei uitā ſcribere orſus:pręfandū
lectoribus in primis duco(ne aut ꝙ fris filius:aut
ꝙ diſcipulus fuerim me aliqd in grām:blandientiū
more:dictuꝝ ſuſpicarent̄)Nihil hic amicitiæ da-
tū:Nihil familiæ nihilq; beneficiis:quæ maxima ꝑ
fecto in me extiterūt fictitia laude repēſum:Tantū
qppe ab adulatione ſeiūcta eſt narratio mea:q̄tum
abfuit adulandi neceſſitas:tantūq; caui ne me/uel
mentitū/uel uehementē in laudibus legentes arbi-
trarent̄:Si qcqd de ipō conceperā lr̄is tradidiſſem:
ut illud fuerit fortaſſe ꝑiculum ne parcū potuerit:
uel ipſemet uirtutes excelſæ/uel eaꝝ aſſertores/co
arguere:Quod uel hoc argumento uidere licet:cū plurimæ doctoꝝ nr̄æ ætatis
hoīum/& ex primoribus qdem elucubratiſſimæ ſcriptiōes non modo his quæ ſu
mus dictuti locupletiſſimū reddiderint teſtimoniū:Sed dum uteret̄ hac luce/&
poſtquā eam cū potiore cōmutauit in eius me & moꝝ/& doctrinæ præconiis pręcelluerint:quaꝝ nonnullas in huius libri calce poſt cōmentationes ipſius adſcri-
bi iuſſi:ut firmior teſtibus non gentilitiis fides adhiberet̄. Paternū genus(licet a Pr̄num
Conſtantino cæſare ꝑ Picū ꝓnepotē/a quo totius familiæ eſt cognomētū/memo genus
riæ ꝓditū ſit traxiſſe primordia)miſſum faciētes ab ipſo tp̄e natiuitatis ſumemus
initiū:Tum ꝙ familiæ forſan non minus honoris ille cōtulerit q̄ accepit:Tum ꝙ
ꝓprias animi dotes/reliquaq; totius uitæ & obitus ſeriē præ ſe ferencia:quæ uel
propriis/aut oculis/aut auribus hauſi:uel a grauiſſimis excepi teſtibus aperien-
da duxerim:Poſthabitiſq; & ſtēmate/& præclaris auorum facinoribus recenſen-
da. Anno a ꝑtu uirginis tertio & ſexageſimo ſupra milleſimū & quadringēteſimū
Pio ſecundo pontifice maximo eccleſiæ præſide,& Federico tertio habenas impe
rii Romani moderante:Mater Iulia ex nobili boiardoꝝ familia:Ioāni frāciſco pa Mater Iu
tri ultimo eū partu pepit:Iam.n.Galeottū maiorem natu:ex quo ſum genitus:& lia Ioan.
Antoniū Mariā:Sororeſq; duas enixa fuerat:Quaꝝ altera Leonello iam coniu- frā. pater.
gi Albertum pium ex carpi principibus unū edidit:nūc Rodulphi principis Gō Galeottuſ
zagæ conſors. Altera Pino ordelapho Foroliuenſi principe:cui iāpridē nupſerat Antonius
uita functo:montis agāi comiti ſecūdas nuptias cōceſſit. Prodigiū haud paruum maria frēs
ante ipſius ortū apparuit. Viſa.n.circularis flāma eſt ſupra parientis matris aſta- Albertus
re cubiculū:moxq; euaneſcere/fortaſſe nobis inſinuans orbiculari figuræ intelle pius
ctus ꝑfectione ſimillimū eum futurū:q inter mortales eadē hora ꝓderet̄/uniuer- Prodigiū
ſoq; terræ globo excellentia nōis circūquaq; celebrandū:cuius mens ſemꝑ cœle-
ſtia/ignis inſtar/petitura eſſet cuiuſq; ignita eloqa flāmatæ menti conſona deum
nr̄m q ignis cōburens eſt:totis uiribus qn̄q; celebratura:ſed ſtatim obtutibus ho-
minū ut illa euanuit:occullenda. legimus qppe doctiſſimoꝝ ſanctiſſimorūq; ho-
minum ortus:īſolita qn̄q; ſigna/aut pręceſſiſſe/aut ſubſecuta fuiſſe:ueluti eoꝝ ſcu

nabula infantiũ ab alioꝝ cœtu diuino nutu ſegregantia:ſummiſq; rebus gerendis
Ambro. natos īdicantia:Sic ut omittã reliquos/examẽ apium Ambroſii magni ora luſtra
uit:in eaq; introgreſſum eſt:dein exiens/altiſſimũq; uolans/ſeq; inter nubila con/
Paulinus dens/paternos aſpectus/aliorumq; qui aderant uiſus eluſit:Quod præſagiũ Pau
linus pluriſaciens ſcriptoꝝ eius:fauos nobis indicaſſe diſſeruit:qui cœleſtia dona
Forma & enunciarent:& mentes hominum de terris ad cælum erigerent.Forma aũt inſigni
corpis ha fuit & liberali:procera & celſa ſtatura:molli carne:Venuſta facie in uniuerſum:al
bitudo benti colore decentiq; rubore interſperſa:ceſiis & uigilibus oculis:flauo & inaffe
ctato capillitio:Dẽtibus quoq; cãdidis & æqualibus.Sub matris imperio ad ma
giſtros diſciplinaſq; delatus:ita ardenti animo ſtudia humanitatis excoluit:ut bre
ui inter poetas & oratores tẽpeſtatis illius præcipuos/nec iniuria/collocandus eſ
Ingenium ſet.In diſcendo qdem celerrimus erat:prompto adeo ingenio præditus:ut audita
uelox ſemel a recitante carmina & directo:& retrogrado ordine mira oĩum admiratio/
ne recenſeret:tenaciſſimaq; retineret memoria:quod cæteris cõtra euenire ſolet:
Nam q celeri ſunt ingenio natura fieri ſæpe ſolet/ut non multũ memoria ualeant:
q̃ uero cũ labore pcipiunt tenaciores pceptorum euadant.Dum uero quartũ &
decimũ ætatis annũ ageret/matris iuſſu/quæ ſacris eum initiari uehemẽter opta/
Ius põtiſi bat/diſcendi iuris pontificii gratia/Bononiã ſe tranſtulit:quod cum bienniũ degu
cium pu/ ſtaſſet/meris id inniti traditiõibus cõſpicatus/alio deflexit:non tñ abſq; bonæ fru
er calluit gis fœtura:qñ iam puer/& qdẽ tenellus ex epiſtolis ſummoꝝ pontificũ/quas de/
cretales uocãt epitomen quãdã ſeu breuiariũ cõpilauerit:quo oẽs cõciſius/q̃ fieri
potuit/ſanctionũ illaꝝ ſnias concluſit:cõſumatis pfeſſoribus opus non tenue:ſed
Secretarũ naturæ rerũ cupidus explorator tritas has ſemitas derelinquẽs/intelle
ctus ſpeculationi phiæq; cũ humanæ:tum diuinæ/ſe penitus dedidit:cuius enãci
ſcẽdę grã nõ tm̃ Italię:ſed & galliaꝝ lrãria gymnaſia pluſtrans celebres doctores
tẽpeſtatis illius more Platonis & Apollonii ſcrupuloſiſſime pquirebat.Operam
adeo indefeſſam ſtudiis illis impendẽs:ut cõſumatus ſimul & theologus ſimul &
phus imberbis adhuc & eſſet/& hẽrẽt.Iãq; ſeptenniũ apud illos uerſatus erat qñ
humanæ laudis & gliæ cupidus(Nõdum.n.diuino amore caluerãt ut palã fiet)
Romã migrauit:inibiq; oſtẽtare cupiens quanta eũ a ſũmuſſoribus impoſterum
Nongẽtæ maneret inuidia:nongentas de dialecticis/& mathematicis de naturalibus/diui/
diſputãdę niſq; rebus quæſtiones ppoſuit:nõ modo ex latinorũ petitas arculis:græcorumq;
cõcluſiões excerptas ſcriniis.Sed ex hebræorũ etiam myſteriis erutas:chaldeorũq; arcanis
romę pro atq; arabũ ueſtigatas.Multa item de Pythagoræ:trimegiſtiq;:& Orphei:priſca &
poſitæ ſubobſcura phia:multa de Cabala:hoc eſt ſecreta hebræorũ dogmatũ receptiõe
Origenes cuius & Origenes:& Hilarius ex noſtris potiſſimũ cõminiſcunt:quæſtionibus il
Hilarius lis intexuit:multa ẽt de naturali magia/quã non paruo interſtitio ab impia & ſce/
leſta ſeparari edocuit:Idq; multorum teſtimõio elegantiſſime comprobauit:Nec
duo & ſeptuaginta noua dogmata phyſica & metaphyſica propria inuenta & me
ditata ad quaſcũq; philoſophiæ quæſtiones elucidandas accõmodata defuerunt:
His nouam per numeros philoſophandi inſtitutionem annexuit:Cunctaq; ſimul
publicis locis:quo facilius uulgarentur affixit:pollicitus ſe ſoluturum eis impen
ſas:qui ex remotis oris diſceptandi gratia Romã ſe cõtuliſſent:Verum obtrecta/
torum ſimultate(quæ ſemper/uelut ignis/alta petit)nunquam efficere potuit:ut
dies altercationis præſtitueretur:Ob hanc cauſam Romæ annũ manſit:quo tem

pore

pore uitilitigatores illi palam eum:& libero examine non audebant aggredi:Sed
ſtrophis potius & cuniculis ſugillare/clãculariiſq; telis ſuffodere/peſtitera corru
pti inuidia(Ita.n.arbitrati ſunt plurimi)conabant̃ liuorem hunc uel hac ratione
ſibi maxime eum mouiſſe:exiſtimatũ eſt,quod multi q uel ambitione fortaſſis uel
auaritia litterario negocio diu incubuerant notam ſibi fore autumarent:Si iuue-
nis ille aggeſtis atauoꝝ opibus/multaq; doctrina/quaſi fertilis ager luxurians in
prima orbis urbe de naturalibus diuiniſq; rebus deq; multis per plura ſæcula nr̃is
hoĩbus nõ acceſſis:periclitari doctrinã & ingeniũ non uereret̃:Et cũ nihil aduer
ſus doctrinã ueris machinis moliri poſſe aĩaduerterent attuliſſe eoſdem in mediũ
tormẽta calũniæ:tredecimq; ex nongentis quæſtiones rectæ fidei ſuſpectas accla
mauiſſe qbus forte ſe iũxiſſe nõnullos q qõnes illas utpore inſuetas eoꝝ auribus:
ut pie ita fortaſſe paꝝ erudite & zelo fidei & prætextu religiõis inceſſerent/quas
tñ quæſtiones nõ pauci & qdẽ celebrati theologiæ doctores ceu pias & mundas
prius approbauerant eiſdẽq; ſubſcripſerant:Quoꝝ cœtu Bonfranciſcus Regien Bonfran.
ſis epiſcopus annumeratus eſt:Vir omnigena doctrina:acerrimoq; iudicio:& mo Regienſis
rum grauitate præclarus:q Romæ ad pontificẽ maximũ ea tempeſtate pro Fer- epiſcopus
rarienſiũ duce agebat legatus.Aduerſus tñ eũ Blaterones illi nihil attentarunt cũ
forte ab eis labefactari eius famã nõn poſſe uererent̃ qñ quicqd tractaſſet corre-
ctioni matris eccleſiæ & pontificis ſubmiſiſſet.At is famæ iſtæc diſpendia nõ per
peſſus:Apologiã edidit/Variũ certe opus & elegans multaq; reꝝ ſcitu dignarum Apologia
cognitione refertũ/Vigintiq; tm̃ noctibus elucubratũ.Qua editiõe luce clarius
cõſpici datũ eſt:non tã cõcluſiones catholicos potuiſſe ſenſus recipe q̃ illos q pri-
us adlatrauerant inſolentiæ & ruditatis coarguendos eſſe librũq; ipm̃ & quæ ſcri
pturus erat imposteꝝ matris eccleſię eiuſq; præſidi ſanctiſſimo iudicio chriſtianiſ
ſimi hoĩs more cõmiſit:Id.n.uel expreſſe uel tacite fieri oportere perſuaſiſſimũ ẽ:
quaſi illud Auguſtini ꝓferret:Errare poſſum hæreticus eſſe nõ poſſum qñ alterũ
ſit hominis proprium:Alterum peruerſæ & obſtinatæ uoluntatis.Sed ubi Inno- Innocen.
centius octauus pontifex maximus accepit per editionẽ Apologiæ iterpretatas octauus
cõcluſiones illas quæ prius calumniis infeſtatæ fuerant in catholicum ſenſum & pontifex
a nota criminis releuatas:Referentibuſq; nonnullis quibus cõcluſionum examẽ
demandatũ fuerat decipulas opponi poſſe fidelibus ſi nonnullæ quæſtionum il-
larum(crude quidem & inexplicite diſceptandarũ more iacebant)paſſim uaga-
rentur libelli lectione quo continebant̃ interdixit quæ omnia per Alexandri ſex Alexãder
ti pontificis maximi ſub quo nunc uiuimus Diploma quod breue nominãt liqui ſextus
do uiſuntur:quod cum apologia ipſa impreſſoribus tradere exarandũ duximus.
Verum in ipſo apologiæ calce quod poſtea põtifex auctoritate præſtitit quibus
ille poterat rationibus antea factitauerat.Obſecrauerat quippe amicos & inimi-
cos doctos & indoctos/Ut apologiam legerẽt:libellum uero ipſum concluſionũ Nota
inexplicitarum præterirent illectum:quãdo in eo plurima continerent̃ quæ non
paſſim uulganda triuiis:ſed ſecreto congreſſu inter doctos & paucos diſputanda
ſuſceperat.Scholaſticamq; exercitatiõem more academiarum meditatus/multa
ueterum philoſophorum Alexandri,ſcilicet & Auerrois aliorũq; q̃ plurium im- Alexãder
pia dogmata propoſuiſſẽt quæ ſemper publice & priuatim aſſeruerat:profeſſus Auerrois
fuerat prædicauerat non minus a ueræ rectæq; philoſophię q̃ a fidei ſemitis decli
nare:Atq; in hunc modum de libello illo nongentarum concluſionum uerba faci

ens/Apologeticum opus concluſit. Qui ergo me oderunt ideo illa nō legant/ qa
noſtra ſunt: qui me amant ideo non legant, qa ex illis quæ mea ſunt cogitare plu-
Dei bonitas rima poſſent quæ non ſunt noſtra. Cæteꝝ immenſa dei bonitate: quæ ex malis eti
am bona elicit: effectum eſſe (quēadmodum mihi rettulit) iudicabat: Vt calum-
nia illa falſo a maliuolis irrogata, ueros errores corrigeret: Eiq; in tenebris aberrā
ti (ut q̄tum exorbitaſſet a tramite ueritatis contueri poſſet) ceu ſplendiſſimum iu
bar illuceſceret: prius enim & gloriæ cupidus & amore uano ſuccenſus muliebri
buſq; illecebris commotus fuerat: fœminarum quippe plurimę ob uenuſtatē cor
poris oriſq; gratiā, cui doctrina amplæq; diuitię/& generis nobilitas accedebant/
in eius amorem exarſerunt a quarum ſtudio non abhorrens parumper uia uitæ
Cōuerſio al ad deū poſthabita in delitias defluxerat. Verum ſimultate illa experrectus diffluentem
luxu animum/retudit & conuertit ad Chriſtū/Atq; fœminea blandimenta/ in ſu-
pernæ patriæ gaudia cōmutauit/neglectaq; aura gloriolæ: quā affectauerat, dei
gloriam & eccleſiæ utilitatem tota cepit mente perquirere: adeoq; mores compo
nere/ut poſthac uel inimico iudice comprobari poſſet. Cūq; de ipſo glorioſa ſta-
tim fama/& per uicinas/& per remotas oras uolitare occœpiſſet, plures ex philo
ſophis, qui eruditiſſimi habebantur/ad eum/tanquam ad mercaturam bonarum
Cicero artium (ut inquit Cicero) confluebant/uel ob cōmouenda litteraria certamina/
uel qbus inerat rectior mentis ſentētia: ad audienda tenendaq; recte uiuendi ſalu
bria dogmata: quæ tanto magis expetebantur: quāto ab homine doctiſſimo & pa
riter nobiliſſimo profluebant: qui quandoq; deuios mollitudinis uoluptuariæ an
fractus ſectatus fuerat. Videntur enim ad diſciplinā morū auditorum mentibus
inferendā ea plurimum habere momenti, quæ & ſuapte natura ſint bona/& a prę
ceptore conuerſo ad iuſtitiæ ſemitas/ex diſtorto/& obliquo libidinum calle/pro-
Exuſta amatoria carmina ficiſcantur. Elegiaco carmine amores luſerat, quos quinq; exaratos libris/religio
nis cauſa/ignibus tradidit. Multa itidem Rhithmis luſit Hetruſcis quæ pari cā
pat ignis abſumpſit. Sacras deinde litteras ardentiſſimo ſtudio complexus: ſta-
Studium litterarū ſacrarum. tim in templo dei/ceu frugum primitias/octauum tunc & uigeſimū annū agens/
de operibus ſex dierum Geneſeos/& die quietis heptaplum obtulit: Opus quip
pe & perfectum ingenio: & elaboratum induſtria, cum ſublimibus philoſopho-
rum dogmatis/tum profundiſſimis noſtræ chriſtianæ theologiæ myſteriis/re-
fertiſſimum: Semptemplicíq; uaria enarratione connexum/ſeptennario capitum
numero cuilibet ſeptēnæ expoſitioni conſerto libri nomini maxime quadrans.
Quod tamen ob erutas e naturæ gremio res/& difficiles diuinarum quæſtionū
euolutiones/Atq; ob prophetæ reconditiſſima ſenſa/ſermoniſq; elegantiam/non
ſe paſſim philoſophiæ,& eloquentiæ/rudibus offert: Sed precioſæ illius/& raræ
ſupellectilis uſus paucis paratur: quod & ipſe animaduertens/in eiuſdem proœ-
Quid de ſacris lr̄is ꝑnunciāt pauli epl'ę mii calce mentionem/de hac re/non illepidam fecit. Cum primum ſacras degu-
ſtauit litteras non tantum ueram ſapientiam: ſed & ueram eloquentiam/inueniſ-
ſe lætabundus exultabat. Multaq; ut omittam ab eo teſtamenti noui allata præ-
conia/Pauli epiſtolas oratorum omnium ſcriptionibus eloquentia præſtare dice
bat/Tullii etiam ipſius/Demoſtheniſq; primarii (ut inquit ille) dicendi artificis
lucubrationes nominatim citans/non quod eſſent/ ut illæ calamiſtris inuſtæ/&
Eloqa legis ueteriſ corraſis undiq; fucis/& cincinnis conſtipatæ: Sed ut ueram/ſolidā: & redolerent/
& ſaperent/eloquentiam/ueris ſententiis/uera arte ſuffultam: Eſſentq;/ut dicam
breuius

breuius/ægiptiorum opibus non conſulto ſuffarcinatæ. Omnia porro ueteris le-
gis eloquia conſumatiſſimæ ſcientiæ & ſapiētiæ plena prædicabat: quod etſi cum
alii, tum Auguſtinus/in libro de doctrina chriſtiana luculenter oſtendit. Septimi
uſq; Tertulianus: Euſebius Pāphili & Caſſiodorus affirmant: grāmaticos rheto-
ras: Oratores: philoſophoſq; omnes priſcos eloquentiæ & doctrinæ ſuæ flnenta
ex diuinarum ſcripturarum fontibus epotaſſe: ipſe tamen aliis id muneris rationi
bus proſequebatur: quarum partem in heptapli celebratiſſimę exordiis inq; ipſo
ſecundæ expoſitiōis proemio uidere operæprecium eſt. Inter tot iuges diuinæ le
gis euolutiones ſecundo anno ab heptapli editiōe opuſculum etiā de ente & uno
decem capitibus diſtinctum abſoluit Breue quidem corpore: ſed amplū uiribus.
Sed altiſſimis & philoſophorum dogmatis & theologicis ſenſibus undequaq; re
ſperſum quo ſuperius ente non eſſe unum: ſed ſibi inuicem reſpōdere: æqualiq; eſ
ſe ambitu oſtendit: Controuerſiamq; ſuper ea re a Platonis Ariſtoteliſq; ſectatori
bus habitam recenſuit aſſeuerans academicos illos qui contrarium contenderūt
uerum Platonis dogma nō aſſecutos: ſenſuumq; prorſus cōmunionem inter Ari-
ſtotelem & Platonem de uno & ente: ſicut & de reliqs in uniuerſum etſi uerba diſ
ſiderent demonſtraturus erat non defuiſſe: Vltimo quoq; operis capite: totam di-
ſputationem ad inſtitutionem uitæ & morum emendationem non minus ingenio
ſeq̄ religioſe conuertit. Aduerſum quod opus Antonius fauētinus/egregius alio-
quin philoſophus nonnulla quatuor epiſtolis obiectamēta protulit: quarum tri
bus ipſe reſpōdit quartæ uero uel quia fideliter delata non fuit: uel qa ex præſcri
ptis reſponderi poſſe putauit uel alia quapiam de cauſa quæ iuſta tn̄ credenda eſt
mentionem q̄ ſciuerim non habuit: Cui nos poſtq̄ deceſſit e uita ne falſa uel latrā
di maliuolis: uel ſiniſtri aliquid credendi rudibus præberetur occaſio reſponden
di munus obiuimus: Illudq; potiſſimū curauimus ut ex præcedentibus ipſius ſen
tentiis fuiſſe magna ex parte reſponſum monſtraremus. Vidimus etiam nonnul-
la platonica uernaculo ſermone ab eo digeſta: quibus multa ad priſcoꝝ theologi
am enodandam facientia: multa in enigmatibus & ſcirpis abſtruſa ſapientū ſenſā
reſerantia deprehenduntur quæ forſan maius ocium nacti latina reddere tentabi
mus ne tanti hominis ſupeminens doctrina hiſce de rebus maxime peruia q̄buſq;
uulgi ante ora feratur. Hactenus de perfectis lucubratiōibus/quas ante mortem
emiſerat. Veluti nuntios & ante ambulones præclarorum operum quæ concepe
rat: & procudebat. Vetus enim teſtamentum interpretamenti iam facibus illumi
narat: id ipſum muneris, ut nouo præſtaret accinctus: nec eos tantum/quos litte-
ræ ſeries ferre poterat ſenſus protulerat: Sed in his locis quę tris alios diuinorum
eloquiorum proprios latura fuerant ſuperædificabat. Græciſq; & hebræis exem
plaribus noſtrorum codicum diſcordes ſententias conferebat: Sed hoc potiſſimū
in eius mente conſitum fuit: hoc de uniuerſis propoſitis/quæ in commentandi ge
nere conceperat altius inſedit: ut aliorū dogmata non adduceret utpote quæ iam
haberentur/legerentur noſcerentur: Sed ſua prorſus inuenta & meditata diſſere-
ret/ut propriis non alienis facultatibus famelicas ueritatis animas pro uirili ſatu
raret. Poſt hæc hebraico idiomate pollens: de ueritate tranſlationis Hieronymi
aduerſus hebræorum calumnias libellum edidit: Necnon defenſionem pro ſexa-
ginta interpretibus quantum ad pſalmos attinet aduerſus eoſdem: libellum item
de uera temporum ſupputatione conſcripſit. Poſtremo ad debellādos ſeptem ho

Eloqa legis ueteriſ
Auguſt.
Septimi.
Euſebius
Caſſiodorus
Tertulianus
Libellus de ente & uno
Nota
Antonius fauētinus.
Nōnulla platonica
Vetus teſtamētū interpretatum
Libellus de ueritate tranſlatiōis Hieronymi.
Libellus de uera tēpoꝝ ſupputatione

ſtes eccleſiæ animum appulerat. Qui enim nec Chriſto, nec illius paret eccleſiæ:
& quod eſt ſequens eius eſt hoſtis, aut impius exiſtens nullum recipit credẽdum
dogma ſiue falſis inſeruit idolis/ſubq; hiſce ſimulacris dæmones adorat/Seu Mo-
ſaycam perditiſſimorum iudæorum ritu legem colit/Neſandumue maomethem
ſequitur deteſtandis illius placitis mancipatus: Aut chriſtianam auditu tãtum nõ
operibus & mente ſincera uitam uiuens: euangelica documenta peruertit Catho
licæq; eccleſiæ non conſentiens: obſtinato corde recalcitrat: uel nõ caſta fide: ſed
uariis adulterata/prophanataq; ſupſtitionibus euãgelica ſuſcipit: Aut licet ſolida
nitidaq;, ac conſtanti fide receperit operibus aduerſatur. Hos itaq; ſeptem quaſi
duces ſub quibus reliqui uelut gregarii continẽtur propriis eorum armis confli
cturus: ad cõgreſſum citauerat. Aduerſus impios philoſophos qui nullæ religio-
nis iugo colla depreſſi/nulliq; addicti numini naturales tantum rationes adorant
eiſdem rationibus dimicabat: ueteris teſtamenti ſentẽtiis/propriiſq; iudaicæ ſcho
læ auctoramentis ualidiſſime contra hebręos pręliabatur cum maumethanis Al
corano nixus pedem contulerat. Idolorũ cultores & multis uulneribus & ui non
multa proſtrauerat ſuperſtitionibus uanis irretitos eos præſertim qui diuinatri-
cem colunt aſtrologiam & ueræ philoſophiæ & peculiaribus rationibus aſtrolo
gorum acriter taxauerat: Duodecimq; iam libris & quidem abſolutiſſimis ex tre-
decim ad hoc deſtinatis eorum deliria inſectatus fuerat. Demum hydromantiã:
geomantiam: pyromantiam: haruſpicinã: & cætera id genus inania ſigillatim ex-
ploſerat. Sed in prophetantes aſtrologos cuneũ ex profeſſo direxerat/totiſq; uiri
bus arietem temperauerat quando eorum dogmatis futilibus quidem & nullius
momenti ſuperſtitiones cæteræ ſuis erroribus fulcimenta aucupentur uel inſpe-
ctæ geneſeos momenta trutinantes: uel in eligendis horis: aut hexagonos/aut tri
gonos aſpectus quos benignos uocant conciliantes: & eiuſmodi reliqua: quibus
nec inſanus Oreſtes accederet: Nec cõtentus aſtrologiam omnem funditus euer
tiſſe/ut oſtenderet noſtri temporis aſtrologis græcæ potiſſimum linguæ ignaris:
Vaniſſimam omnium profeſſionum aſtrologiam peruerſis tranſlatiõibus uanio-

Ptolemæi cẽtiloquium e græco in latinum uerſum

rem ſi dici poteſt effectam. Ptolemæi fructus quos centiloquum uulgo nuncupãt
inter ſcribendũ aduerſus eoſdem quaſi aliud agens e græco in latinũ ſermonẽ uer
tit & elegantiſſima expoſitione honeſtauit quo in libro plura/ut ita dixerim erra-
ta q̃ uerba uulgata illa trãſlatione contineri demonſtrat quam tamen ſemper in ar
canis ueluti precioſum theſauꝝ cuſtodierunt eiuſdem cultores ignaui: De chri-
ſti fide perperam ſentientes: nec matris eccleſiæ parentes imperio: quos uſitatiori
uocabulo nominamus hęreticos & nouo inſtrumento & rationibus egregia ob-
iurgatione inceſſiuerat: nonaginta fere hæreſes in propatulo habentur: Verũ ille
cuncta rimatus ducentas inuenit quas ſigillatim nonmodo eliminare/& profliga
re propoſuerat: Sed & pariter docere qua ex parte philoſophiæ nõ rite percepta
ſuos errores traxiſſent, aut furcillaſſent. In chriſtianos poſtremo quorum fides ſi-
ne operibus uiſitur uehemẽter inuectus fuerat: necnon diligenter explorauerat/
q fieri poſſet: ut ignem in meditulio terræ conſtitutũ homines credant: quo ppe-

Nota

tuo datura ſunt pœnas damnatoꝝ corpora cæteraq; id genus tam aïæ q̃ corporis
inexcogitata ſupplicia. immenſa quoq; deitatis uiſæ gaudia qbus animę corpibus
iunctæ beant: atq; dictis eccleſię quæ ad credẽdũ cõpellunt obaudientes nõ ſint/
& nihilominus paſſim debacchent in uitia diuitiiſq; incũbant cumulãdis: nihilq;
minus

minus formidetur:ab eis q̃ pœnæ aut affectetur q̃ regnum dei:pro morborum itē
qualitate idoneam opem admouere tentabat tetros ſcilicet morbos:& ſuapte na-
tura impuros:acribus acerbiſq; medicaminibus inurere:ea uero uulnera quæ mi
nori infecta malitia deprauataq; forent cicatricemq; obducere deſiderarent: leni
bus placabilibuſq; fouere:adeptis uero ualitudinem & recidiua metuentibus:ſa-
luberrimas potiones:celebrataq; antidota præparare. Multa alia opera fuerat ex
orſus quibus ſperari poterat futurum:ut philoſophiæ ſtudia in uniuerſum:elimi-
natis erroribus:exploſaq; barbarie reflorerent. Inter hæc potiſſimum Platonis & Aristotelis numerabatur concordia:quam iam cœptam breui perfecturus erat:ſi
uita comes paucis adhuc annis ſuperfuiſſet. Ita enim philoſophiam ab incunabu
lis lactando nutriuerat:& ad uſq; noſtra tempora perduxerat adultam. Vt noſtræ
tēpeſtatis philoſopho nil amplius aut in græcis:aut in latinis:aut in barbaris co-
dicibus deſiderādum eſſet: citaſſet udum Thaletem:ignitum Heraclitum: circū
fuſumq; atomis Democritum:Orpheus itē:& Pythagoras: priſciq; alii eius ope
& gratia in academiam conueniſſent. Poſtremo philoſophię principes Plato ſcili
cet fabularũ uelamentis:mathematiciſq; inuolucris cōſtipatus:& Ariſtoteles ual
latus motibus dextera data fidē futurę amicitiæ ſanxiſſet. Inter Auerroim quoq;
& Auicennam:Inter Thomam & Scotum:qui iam diu conflictauerant:ſi non pa
cem in uniuerſum:in multis tamen impetraſſet inducias:quando in eorum pluri-
bus controuerſiis:ſi quiſpiam diſſidentia uerba rimetur attentius & exactius li-
brer:ſcrupuloſiuſq; ueſtigans cutem deſerens introrſum ad imas latebras profun
daq; penetralia mente peruadat:unionem ſenſuum in diſſeparatis pugnantibuſq;
uerbis citra ambiguitatē comperiet. Neotericorū turba partim pro meritis: par-
tim pro culpis:& honorata fuiſſet & taxata. Totus igitur deo dicatus eccl'iam q-
bus poterat armis defendebat:Atq; latitantem (ut aiūt) e democriti puteo uerita
tem educebat:& ignorantiæ gramen inexpugnabile quo multorū mentes præfo
cantur:ſubnaſcenteſq; pernitioſas herbas abrumpebat pœnitus & detruncabat.
Sed mors adueniens tot tantarumq; uigiliarũ laborem:& excultæ lucubrationis
partum inanem fere reddidit:hocq; potiſſimum fuit in cauſa:ut plurimas q̃q̃ ma-
gna ex parte exaſſeatas:& dedolatas:imperfectas commentationes dereliquerit:
q; ſcilicet ſibi ipſi tantum:non autem nobis ſcribebat. Nam ſicut celeri in commen
tando ingenio:ita ueloci in ſcribendo manu fuit:Et cum antea pulcherrimos litte
rarum characteres deliniaret:factum erat:ut ex uſu nimiæ in commentando uelo
citatis:uix eorum quæ exarabat capax exiſteret:Huc etiam & illuc ſcribere ſoli-
tus erat. uetuſta interdum ſuperuenientibus nouis oblitterās:ea propter exoleta
quædam & diſpuncta repperi:quædā ſaltim & uellicatim exarata: omnia deniq;
adeo confuſa & inordinata ut ſyluę aut farragines putarentur:ex libro ſeptempli
ci:quem aduerſus hoſtes eccleſiæ prætitulauerat:pars illa quæ diuinaculos aſtro
logos genethliacoſq; potiſſimum inſectatur:Ab incude ut dici ſolet ad limam per-
ducta fuit quam non paruo tamen labore nec mediocri cura ab exemplari litura-
to:& pene diſcerpto deprōſimus quo in opere ſummū philoſophū ſummū theo-
logum:ſummum oratorem:acerrimum Chriſti eccleſiæ propugnatorem: incom
parabili præditū ingenio:quod in cūctis ipſius cōmentationibus cernitur:ſe de-
monſtrat. Quædam item minutula non tornata adhuc apud me comperi. Inter-
pretationē duntaxat dñicæ orōnis:Regulaſq; bene uiuendi; circiter. l. breues ꝓſe

Cōcordia Platonis ac Ariſto.

cto nimis & inexplicitas quas in multa capita ſi uixiſſet diducturus oīno fuerat. Duas quoq; ad deū deprecatorias: quaꝝ unam rithmis hetruſcis elegiaco metro alterā qua grauioribus defatigatum: qñq; ſtudiis aīum cantando ad lyrā mulcere

Muſica exculta

poſſet: cōpoſuerat: primis.n. adoleſcētiæ annis genus omne muſicę artis adeo excoluerat ut excogitata ꝑ ipſum modulamina: notatq; debitis cōcentibus harmoniæ celebres haberent: plurima quoq; in eius ſcriniis quāq̄ inordinata ꝑuidimus: ex qbus tñ utile aliqd præſertim pſalmoꝝ enarrationē cōpilari poſſe putauerim.

Epiſtolæ multiformes

Sed & epiſtolę circiter. l. diuerſis editę tpībus: tum familiares: tum doctrinales: tū adhortatoriæ emerſere una cum oſone: quā Romæ ſi diſputare cōtigiſſet habiturus fuerat: quæ non tam iuuenis quartū & .xx. annum nondum nati perſpicaciſſimum ingeniū & doctrinā uberrimam redolet (quod & cunctæ ipſius ſcriptiones faciunt) q̄ fertiliſſimæ ipſius eloquentiæ locupletiſſimū nobis teſtimonium præ

Probatus dicendi character

bet. Stilo qdem ualde probando uſus eſt ſemp non aſcito: ſed ingenio multiformi etiam pro rerū uarietate: qui & ſi totū (ut aiunt) Iſocratis myrothecion conſumpſerit mundītiæ tamen & decora maieſtatis ornamenta ſeruauit. Nam & celebra

Dicendi genera
Copioſū
Breue
Siccū floridum & pingue

ta illa dicendi genera: quorū tria Gellius Macrobius quattuor enarrat ex cōmentationibus ipſius: nec impendio colligunt ibi copioſum in quo Cic. dominari fert breue quod Saluſtio aſcribit. Siccum Frōtoni datū pingue & floridū in quo Plynium & Symachū laſciuiſſe ꝑdiderunt. At forte copiā hanc brutus non uocaſſet elumbē: nec Saluſtius imoderatā Siccitatē quoq; frontonis humectatā Saluſtii breuitatem elongatā floridā pinguedinē Plynii latiori in cāpo deportatā non difficile recto iudicio orator deprehendet. Adde his Liuii lacteū fontē forte ſine pa

Vt inquit Hieronymus

tauinitate (ut ille inqt) adiectis floſculis plurimis Apulei. Verū nō hic in mutuata a græcis philoſophia ſe exercuit non in atticis noctibus non in fictis ſaturnalibus ad laudandā prope Virg. æneidem fabricatis non in Romana hiſtoria: non in mera hiſtoria naturę altiſſimis difficilibuſq; ſpeculatibus uacua: ſed in admittēda illa mūdi fabrica in inceſſēdis ſacroſanctę catholicæ eccleſiæ hoſtibus deſudauit in eliminandis aſtrologis fatigatus eſt. In theologicis quæſtionibus excutiendis in Ariſt. & Platonis concordia laborauit in enarranda ſacra eloqa incubuit: In cōmonendis & adhortandis amicis nauauit operā. Verū hanc de qua agimus eloquentiā tantū aberat: ut affectaret: ut eos potius dānaret: q pigmentata lenocinia ſcrupuloſius exquirentes oēs ingenii uires in ueſtigandis uocabulorū originibus accōmodabant: Quæ omnia plurimos eo propenſius in eius admirationē conuertere q; inter eorū litteras diu & propenſiſſime uerſatus eſſet: q latinas litteras eloquentiæ floribus refertas non ſunt profeſſi: patiant hæc ęquo animo nimii antiqtatis amatores: nam hęc etſi conciſius cōpendioſiuſq; tamē eo forte uerius quo

Velocitaſ legendi.

me doctiores: & Hermolaus Barbarus & Baptiſta carmelita: & Marſilius ficinus: & Matheus boſſus: & pleriq; alii doctiſſimi & eloquentiſſimi uiri ꝑdidere. Bibliothecas amplas tam latinoꝝ quā græcoꝝ incredibili celeritate & perlegit & excerpſit. Nullaq; (ſi modo facultas data) commentationes illectas præteriit. De priſcis eccleſiæ doctoribus tantum cognitionis adeptus fuerat quantum credere difficile eſt etiam in eo qui in ipſis ſolum euoluendis totum uitæ tempus conſumpſiſſet. De neothericis uero theologis qui eo ſtilo ſunt uſi quem Pariſienſem uulgo nuncupant tantum iudicii apud eum reſidebat: ut ſiquis ex improuiſo abſtruſam illorum cuiuſpiam: maleq; explicatam quæſtionem enucleandam petiiſſet:

tanta ingenii fertilitate adaperiebat tanta ſollertia reſerabat:ut diceres docto/
ris illius uniuerſa dicta præ oculis & innumerato habuiſſe cunctaſq; parimo/
do familias agnouerat: cunctas ſectas excuſſerat: nec uni illarum ſic addi/
ctum credas(qui noſtris hominibus mos eſt)ut cæteras aſpernaretur. Ipſe enim
a teneris ſic inſtitutus fuit:ſic animatus:ut in illis ueritaté quęreret pariq; honore
quouſq; illa eluceſceret:inuenta quoſcunq; ueneraretur priuata affectione nuda
tus quid tamen de ſingulis ſentiret:qui in uniuerſum famoſiores habétur: in Apo
logiæ procœmio:cum de barbaris: græcis: latiniſq; philoſophis: proprietates:pe/
culiareſq; laudes rettulerit:uidere daẽ: Thomã uero aquinatem quando inter lo/ Thomas
quendum de his philoſophis theologiſue:qui gallico more diſceptãdo ſcripſere: aquinas
mentio fieret præ omnibus laudare conſueuerat:utpote ſolidiori præ aliis ueri ta
tis baſi nitentem: Eum quoq; in heptaplo noſtræ theologiæ ſplẽdorem nominat:
De hoc percunctatus creberrime:& a me ipſo:idem reſpondit. Nec oppoſitũ ſua
dere cuiquam debent nonnulla quæ in eius apologetico cõtinentur diſputanda:
alioquin Thomæ opiniõibus ex profeſſo aduerſantia cum iuuenis admodũ eſſet:
gloriæq; tũc cupidus:in urbe celebratiſſima:Gorgię leõtini more quaſcũq; tutan Gorgias
do partis famam aucuparetur. Adde quod ex decẽ millibus propoſitiõum tribus leontinuſ
tantum aut quattuor nõ conſentire:ſed & aduerſari id nõ conuincũt. Diſceptandi
porro peritiſſimus:fuit frequentemq; & impenſiſſimam operam litterariis agoni
bus:dum ferueret animus impedit. Eo obiectãte facile: Scoti acumen:& uigilan/ Scoti acu
tiam:Franciſci acrimoniã:copiã & multitudinem aureoli deprehẽdere potuiſſes men
nec deeſſe nodos illos multiplicibus flexionibus cõplicitos:nec tam titillantibus Aureolus
argutiis:quam grauitate ſubnixos: Eo reſpondente Thomę fortitudinẽ & robur:
Alberti amplitudinẽ cõſpexiſſes. Verum his conflictibus nuncium pridem remi
ſerat:& magis atq; magis id muneris in dies peroſus fuerat:adeoq; detractabat: ut
Herculi eſtenſi Ferrarienſiũ duci:& internunciis:& ſibi ipſi enixiſſime poſtulanti. Hercules
Vt dũ generalis prædicatorũ fratrum Synodus Ferrariæ celebraretur:diſceptare eſtẽſis
nõ ægre ferret. diu obſequi reluctatus fuerit:multis tamen rogatibus annuẽs prin
cipi illi cuius amor in ipſum nõ mediocris extiterat morem geſſit. Vnde datũ eſt
ambigi ſolertior ne an eloquentior: Doctior an humanior appareret. Ex ore qui/
dẽ diſceptãtis talis ſemper animi patebat alacritas:ut de re comi & placida potius
q̃ ſubacida & difficili altercari uideretẽ:quapp q ab ore pẽdebãt audiẽtes:in mirũ
eius amorẽ excitabanẽ:Sed frequẽs ei adagium inerat:munus id eẽ dialectici:nõ Adagium
phi: Aiebat itẽ eas diſputatiões prodeſſe:quæ placido aĩo ad ueſtigãdã perquirẽ
dãq; ueritatẽ priuatis in locis:ſemotiſq; arbitratis:exercebanẽ: At illas obeſſe plu
rimũ quę in propatulo fiebant:ad oſtẽtandã doctrinã uel ad captãdã uulgi aurã:
atq; imperitorũ applauſum: Vixq; poſſe fieri oĩno cẽſebat:ut honoris cupidini:
qua frõtiuagi illi diſputatores exagitanẽ: inſeparabili uinculo annexus nõ ſit illi/ Captiun
us cum quo diſputaẽ deſiderium infamiæ confuſioniſq;:lætale uulnus aĩæ uene culæ ſo
numq; charitatis mortiferum:latuit eum nihil oĩno:quod pertineret ad captiun/ phiſtarũ.
culas:cauillaq; ſophiſtarum:& ſuiſſeticas quiſquilias: quæ calculationes uocan/ Suiſſeti/
tur:hæ mathematicæ cõmentationes ſunt: ſubtilioribus:ne dixerim an moroſiori eæq;
bus excogitationibus naturalibus applicatæ. Verum etſi in eis eſſet eruditus: ac quiſquilię
eiuſmodi ſcriptiones legiſſet:quas forte ad plenum nõ nouit Italia(Nulla.n.tam ei nõ igno
inuia & inacceſſa litterarũ reperiri poterãt:quæ illius ueſtigio luſtrata abundeq; tæ

exploratą uõ eſſent) odiſſe tamẽ & deteſtari uidebatur: Valere meo iudicio earũ
commuuem uſum animaduertens: ad ſociorum parandam infamiam labefactan-
damq; iu replicando memoriam: ueritati uero iuuenieudæ: cui indefeſſam operã
uauandam arbitrabatur: aut nihil: aut parum conducere: Sed ue plura conſecter:
lectoremq; detineam: comprehendam breui. Enituit aliquis eloqueutia: ſed inſci
tia rerum naturæ ſecretarum dehoueſtatus eſt. Alius peregrinas linguas. Sed uni
uerſa philoſophorum decreta uõ calluit: priſcorum alius inuenta perlegit: nõ no-
ua dogmata cõcinuauit: ſcieutiæ ab altero hominũ tautum & humauæ gloriæ cã
non chriſtianæ rei pub. emolumeuto: & diuiuæ: & humanæ quæſitæ ſuut: Ille ue
ro cũcta hæc pari ſtudio ita complexus fuerat: ut turmatim & coaceruatim in eũ
confluxiſſe uiderẽtur: uec ut multi qui aliquo uno excellentes: non omnium par-
ticipes ſunt. Sed in oĩbus uſq; adeo ꝓfecerat ſcientiis: ut quãlibet ex his iu ipſo cõ
ſideraſſes: eam ſibi propriã & peculiarẽ elegiſſe iudicauiſſes: hæc quoq; eo admi-
rabiliora erant. Cum a ſe ipſo ui ingenii: & ueritatis amore: quaſi abſq; præcepto-
re aſſecutus eſſet: ut quaſi de ipſo: illud quod de ſe dicebat epicurus: poſſimus pro
ferre. Se ſibi ipſum. ſ. fuiſſe magiſtrũ. Ad quos mirabiles effectus tam paruo tpis

Q uiuq; cauſæ tam mirabilium effectuum.

ſpatio producendos: quiq; ego cauſas cõueniſſe repperi: incredibile ingeniũ: tena
ciſſimã memoriã: facultates amplas: quibus ad coemendos tum noſtræ: tum græ
cæ: tum barbaræ linguæ libros adiutus eſt. Septẽ quippe aureorũ uummũ milia

Septẽ aureorũ nũmũ milia iu cõparãdis libris erogata

rettuliſſe mihi memoria repeto: iu aſciſcẽdis ſibi uſq; ad diem illam: omnifariæ lit-
teraturæ uoluminibus: erogaſſe: iuge & infatigabile ſtudiũ contẽptiõem poſtre-
mo terrenarũ rerum. Hũc igitur ſi priſca illa ætas laconum tempore protuliſſet.
Si Ariſtoteli credimus diuinũ illum uirũ appellauiſſet: Sed uirtutes intellectus
iam ut arbitror reliuquẽdæ uidentur: & uunc præclaræ eius animæ partes: quæ
actiones ſpectant proſequendæ: exactiſſimiq; mores in publicũ educendi ſunt: ut
flãmatus ipſius in deum animus innoteſcat: ut erogatæ in egenos diuitiæ collau
dẽtur: ut his qui tandẽ diuiuæ legi ſuut addicti. referendi gratias in bonorũ oĩum
auctorem q̃ cumulatiſſimæ paretur occaſio. Trieunio igit̃ priuſq̃ diem obiret: ut
poſthabitis dominandi curis iu alta pace degere poſſet ſecurus quo ſceptra cade
rent. Cuncta patrimonia quæ Mirandulæ Coucordiæq; poſſidebat: hoc eſt tertiã
partem earũ mihi neſcio an douo: an uenditione tradidit. quod factũ poſtea Ma-
ximiliauus Auguſtus: qui nobis ẽ rex & domiuus: ut ita dixerim imediatus (neq;
enim alium tot ſæculis: quot eſt exædificata Mirandula atq; Coucordia niſi qui
ſucceſſiue iu regali imperialiue Romauorum throuo cõſideret recognouimus)

Erogatio in paupe res

cæſarea liberalitate firmauit: Q uicquid aũt ex hoc negocio pecuniarum accepe
rat partim pauperibus elargitus eſt: partim iu emendis agris: V nde & ipſe & eius
familiares alerentur expoſuit: nominatimq; corbulas iu agro Ferrarieñ multis au
reorum milibus nũmum ſibi comparauit. Multa itidem uaſa argentea precioſaſq;

Mediocris menſa

ſupellectilis partes iu pauperũ uſus diſtribuit. Menſa mediocri contentus fuit re-
tiueute tamen uõuihil lautitiæ prioris: quantum ad fercula: & ad uaſa argẽtea ꝑti
neret. Diebus ſingulis preces ad deum ſuis horis effundebat. Pauperibus ſemper
ſi qui occurrerãt pecuuias tribuebat: nec eo cõtentus Hieronymo beniuenio ciui
Florẽtiuo litterato homiui quẽ pro magna in ipſum charitate: proq; moꝝ integri
tate dilexit plurimum demãdauerat: ut ꝓpriis pecuniis ſemp ſubueniret egenis.
Nuptum quoque uirgines traderet: eiq; ſtatim: ut erogatos uummos q̃ primum

reſtituere poſſet renunciaret. Id enim muneris ei delegauerat: quo facilius uelu-
ti fido internuncio pauperũ ciuium calamitates & miſerias: quæ ipſum latuiſſent
releuare quiret. Dedit & ſæpius (quod ſcilentio prætereundum non puto) de cor
pore proprio elemoſynas. Scimus pleroſq; (ut uerbis utar Hieronymi) porrexiſ
ſe egẽtibus manũ: Sed carnis uoluptate: & illecebri ſupatos. At ipſe propriam car
nem diebus illis potiſſimum: qui chriſti cruciatus & mortem noſtræ ſalutis gr̃a re
pñtant in ſummi illius beneficij memoriã: delictorũq; expiatiõem cędebat: meiſq;
oculis ſæpius (cuncta in dei gloriã redeant) flagellum uidi. Vultu hilari ſemper
erat/& placido: adeoq; miti natura: ut nũquam ſe fuiſſe turbatũ multis etiam au-
dictibus teſtatus ſit. Recolo mihi interloquendum dixiſſe in nullũ euentũ (ut res
peſſime cederẽt) ira cõmoueri poſſe credere: niſi ſcrinia quædã deperirẽt: quibus
elucubrationes eius & uigiliæ reconditæ ſtipabantur. Sed cum animaduerteret
pro deo optimo maximo eiuſq; eccleſia laborare. eiſdemque omnia opera ſtudia:
actioneſq; dedicauiſſe. & id fieri minime poſſe: niſi aut eo iubente: aut permitten-
te. Confidebat ſe non contriſtatum iri: o fœlicem mentem: quæ iam nullis poſſet
aduerſis de primi nullis quoq; cõmodis (ut palã fiet) extolli. Non illũ certe uni-
uerſæ philoſophiæ peritia: non hebrææ non chaldææ: Arabicæq; linguę Vltra la
tinam & græcam: cognitio tumidum reddiderant. Non amplæ diuitiæ: non gene
ris nobilitas inflauerant: non corporis pulchritudo: & elegantia: non magna pec
candi licentia in mollem illam: & ſpatioſam multorum uiam: reuocare poterant.
Quid igitur poterat eſſe tam admirabile? quod illius quiret mentem peruerte-
re? quid inquam ſupra illum eſſe poterat? qui (ut uerbis Senecæ utar) Supra for
tunam erat. Cum illam ſiue ſecundis flatibus tumidam ſiue aduerſis reflatibus hu
milem: aliquando contempſerit: ut eius mens chriſto & ſupernę patriæ ciuibus
ſpiritali glutino copularet? quod uel hoc argumento liquido percipitur. Quod
dum eccleſiæ officia & dignitates a pleriſq; noſtri tẽporis (proh dolor) licitatas
auctionataſq;: nõ paucos uideret expeteř: flagitare: ſuſpirare: enixiſſime mercari:
Ipſe a duobus regibus per internũtios oblatas: teſtes adſunt grauiſſimi: teſtis ego
ſe ſacris initiari nolle reſpondens: repudiauit: alter uero quidam cum ſęculi digni
tates: & amplos reditus/ ſe daturum ſpopondiſſet: ſi regem eius adiret: conſpica-
tus angelum non relinqui in quem ſe conderet: ademptaq; eſſe cuncta ſuffugia: ta
le illi dedit reſponſum: Vt intelligeret ſe nõ dignitates: aut diuitias expetere. Sed
potius: ut deo & ſtudiis uacare poſſet: illas neglexiſſe. Ferrarię quoq; cum ex ami
cis quidam Pandulpho collenutio piſaurenſi iuriſcõſulto: perſpicacis ingenii ui-
ro: & multifariæ lectionis quo amico familiariſſime utebatur: ſuaſiſſet: ut cũ ad
duceret quibuſcunq; rationibus poſſet ad cardinalatus dignitatem petẽdam: uel
certe ſi eam pontifex offerret (quod multis futurum uidebatur) amplectendam:
Idq; Pandulphus ſubhæſitãs pertẽtaſſet: quippe qui nõ ignarus eſſet: Omnia illũ
malle: q̃ huiuſmodi honoribus cõmiſceri: ipſe qua erat animi magnitudine reſpõ
deri ꝓtinus propheticũ illud: per epiſtolam iuſſit: Nõ ſunt cogitationes meæ: co
gitationes ueſtræ cõtẽplans forte de bonis eccleſiæ: quoꝝ pars maxima pauperi
bus hæreditario iure debeť: magnificos ducere apparatus nõ oportere. Sanctiſſi
morũ itẽ hoĩum exẽpla ante oculos poſita. Ambro. ſ. Auguſtini: Martini cætero
rũq; q episcopatus dignitatẽ oblatam effugerũt. Diuq; id muneris ante q̃ obirent
detractauerunt. Quid quod & non modo a cardinalatu ipſo: Sed & ab ſupre-

Hierony.
Proprium corpus cę ſũ flagris
Vultus hilaris
Mitis natura
Cõſtantia animi
Quinq; linguarũ notitia
Seneca
A duobus regibus oblatæ dignitates & reiectæ
Diuitiæ pp deum & pp ſtudia neglectæ
Ambro.
Auguſti.
Martinus

Celeſtin⁹ ma ſummi pōtificii poteſtatē ſanctiſſimū celeſtinum ſe abdicaſſe legerat ipſumq;
totius chriſtianæ rei publicæ humeris onus excuſiſſe: onus uere cum ſubeūtibus
maximum paretur præmium inuitis ſcilicet & parendi tantum iuuandiq; gratia
illud amplectentibus perſuaſiſſimum erat: uiro philoſopho non eſſe laudis cumu
laſſe diuitias. non quæſiſſe honores ſed renuiſſe. Et umbratilem renuēdo gloriam
ueram adipiſci quæ ſemper uirtutes ceu comes īdiuidua & aſſecla comitatur. hu
Contem/ptor hūa/næ gloriæ — manam gloriam uel pro nihilo habebat. Aiebatq; ſæpius famam uiuis non nihil
mortuis minime profuturam: tantumq; propriam ęſtimaſſe doctrinam agnoui/
mus: quantum utilitati eccleſiæ: & eliminandis: explodendiſq; aduerſis erroribus
conduceret: quinetiam ad eam perfectionis metam peruenilſe percepimus: ut ſci
licet parum curaret: ſi eius cōmentationes nō ſub proprio nomine publicitus ede
Nota — rentur: dum tamen id ipſum quod ſub pici nomine facturæ fuerant: afferrēt homi
nibus emolumenti: minimūq; aliis amplius affici libris præterquā ueteri nouoq;
teſtamento ætatiſq; reſiduum in eis ſemper uoluēdis: conſumere ſtatuiſſe: niſi pu/
blica eum ſtimularet utilitas: cum uiderer tot & tanta quæ conceperat: & partu/
Vera chri/ſtanæ men/tis inſtitu/tio — rierat: paſſim ab oībus nō efflagitari modo: ſed & immatura exigi. Minutulumq;
quantulūcunq; deuoti: uel ſeniculi: uel aniculæ affectum in deum/ pluris q̄ oēm
eius humanarum diuinarumq; rerum noticiam faciebat. Admenebatq; ſępiſſime
familiares interloquendū: Vt animaduerterent quātum laborāt nutentq; morta
Quid de amādo & cognoſcē/do deo in hac uita iudicarit — lia: quāq; caducum & fluxum quod uiuimus: q̄ firmū & ſtabile quod ſumus futu/
ri. Siue ſcilicet detrudamur ad inferos. Siue ſubleuemur ad cælos: hortabaturq;:
ut ad deum amandū conuerterent & incitarent mentes: quod opus præpondera/
ret cuicūq;: quā in hac uita habere poſſemus: cognitiōi: hoc etiam in libello ipſo
de ente & uno luculentiſſime eſt executus: quando ad Angelum politianum: cui
librum nuncupauit in ipſa diſputatione: conuerſus hæc uerba effatus fuerit. Sed
uide mi Angele: quę nos inſania teneat: amare deum dum ſumus in corpore plus
poſſumus q̄ uel eloqui: uel cognoſcere amando plus nobis proficimus: minus la
boramus: illi magis obſequimur: malumus tamen ſemper per cognitionē nūquā
inuenire quod quærimus: q̄ amando poſſidere id quod non amādo fruſtra etiam
Eulogiū qđ in ore habebat frequens — inueniretur. Illud quoq; diui Franciſci: tantum ſcit homo quantū operatur: illius
in ore frequens fuerat. Cæterum liberalitas ſola in eo modū exceſſit: tantūq; abe/
rat: ut aliquid curæ terrēis rebus apponeret: ut etiā incurioſitatis neuo maculare
tur. Ab amicis quoq; ſæpius admonitum comperimus: ut in totum diuitias nō cō
Liberali/tas nimia — tēneret: Aſſeuerantibus id ſibi probro dari: cum uulgatum foret: ſiue id uerum ſi/
ue falſum: furti diſpenſatoribus præbuiſſe occaſionem nihilominus mēs illa. quæ
ſemper contēplandis: perſcrutādiſq; totius naturæ cōſiliis inhærrebat: demittere
ſe facile nō poterat: ad hæc infima abiectaq; penſiculanda. Memini dum Ferrariæ
cū eo obuerſaret: obſonatorem pagella quadā oblata expenſaꝝ approbationē ex
petere: quo uiſo mirabūdus extiti: percunctatuſq; illū mentē ne ad id/ quod retro
actis tpibus neglexerat: appoſuiſſet: reſpondit familiaris: non modo ab eo efflagi
taſſe: ſed exegiſſe: ut id ſubiret officii: quibus ut morē gereret factitauerat: tātum
uero curæ: quantū prius habuiſſe. Quinetiā dū eius diſpenſator primarius: eū in
terpellaſſet: ut eius pecuniaꝝ quas per multos annos cōtractauerat diſpūctionē
fieri iuberet: quo ſecurius menti ſuæ conſuleret. Atq; eiuſmodi libros coram attu
liſſet talia eidē uerba reſpondiſſe percepimus. Scio me q̄ ſæpiſſime abs te & po/

tuiſſe & poſſe fraudari: Q uia propter librationem expenſarum harum opus nõ eſt.
Si tibi debeo q̃ primum nũmos exoluã. Si mihi debes uel in pñtia: ſi potes: uel in
poſterũ: ſi nõ adeſt facultas debita relue. Amicos uero ſemp multa indulgentia tra
ctauit: qbus cũ hortatoriis ad beneuiuẽdũ locutionibus uti ſolebat. hominẽ noui
qui dũ eius doctrina fretus & fama ſecum loqueretur: & hęret ſermo de moribus
duobus tm̃ ipſius uerbis cõmotũ: ut uia uitiorũ deſerta mores reformauerit. Ver
ba fuerũt eiuſmodi. Si chriſti mortẽ noſtri amore perpeſſam prę oculis hẽremus:
propriã quoq; identidẽ cogitãdo caueremus a uitiis. Modeſtiã & comitatẽ in eos
admirabilẽ exhibuit: quos nõ a uiribus: aut fortuna ꝓbatos: ſibi deuinciẽdos dux
erat ſed & amoribus & doctrina: eos tamen qui quãtulũcunq; pollerẽt litteris: uel
ſaltem bonarũ artiũ ſtudiis: nauos aptoſq; inſpiceret: diligere conſueuerat. Simili
tudo nãq; amoris eſt eã: & erga ſapientẽ uirũ (ut teſte philoſtrato: Apollonius in
qt.) Affinitas: quædã: ſciẽtiam quoq; pficere hoiem: qua hõ eſt pfectã uero boni
tatẽ conſequi: inſup alioſq; ꝓbos eſſe diligendos nõ ambigi(t). Cæterũ nihil ei intol
lerabilius q̃ (ut uerbis Horatii utar) ſupba ciuiũ potẽtiorũ limina. Militiã quoq;
ſæculi & cõiugale uinculum peroſus fuerat: interrogatuſq; interiocandũ qd ei ad
alterũ ſubeũdum onus: ferendumq; & neceſſitate cogente: & optione data: leuius
uideretur: hæſitabũdus aliquãtulũ: nutabũduſq;: necnõ pauxillum ſubridẽs: cõ
iugiũ rñdit cui nõ tm̃ eſſẽt & ſeruitutis annexio: & periculi q̃tũ militiæ ſubeundũ
onus: Libertatẽ.n. ſupra modũ dilexerat: q̃ & natura ſit affecta: & phiæ ſtudia ſug
geſſerant: Vagũq; ob id plurimũ extitiſſe illũ autumo: nec ꝓpriã ſibi unq̃ ſedẽ de
legiſſe: licet Florẽtiæ ſæpius: & Ferrariæ q̃nq; cõmoraretur: quarũ alterã ciuitatẽ
ſibi quaſi domiciliũ præſtituiſſe putauerim: quod. ſ. in eã poſt Bononiam primum
litterarũ ſtudia coluerat: illiuſq; princeps tũ mirifice diligeret. quadãq; ueluti affi
nitate coniunctus: Vtpote ex cuius ego ſorore. ſ. Blancha Maria Eſtẽſi natus ſim:
nec etiam lõge nimis eſſet a patria/ quando triginta tãtum paſſuũ millibus a Mi
randula orientem ſolem uerſus Ferraria diſtet: Alteram ſiue aeris amœnitate: ſiue
plurimum amicorum ſuauitate: ſiue ingeniorum ſubtilitate dilexit plurimum: &
incoluit. quos inter litterario amore duos ſibi potiſſimũ deuinxit Angelũ. ſ. Poli
tianum uirum græce: latineq; doctiſſimum: necnõ uariarum litterarũ florũ refer
tum: ac prope uindicem Romanæ linguæ: Alterum Marſilium ficinum Florenti
num hominem omnifaria litteratura redolentem. Sed maximum ex his qui nunc
uiuunt. Platonicum. cuius opera in academicis ſibi uendicandis: uſus fuerat. Exte
rioris latriæ cultus nõ multum diligẽs fuerat: non de eo loquimur quem obſeruã
dum præcipit eccleſia (geſtaſſe hunc quippe præ oculis eum uidimus) ſed de his
cerimoniis mentionẽ facimus: quas nonnulli poſthabito uero cultu dei: qui in ſpi
ritu & ueritate colendus eſt proſequũtur: & prouehũt. At internis affectibus fer
uentiſſimo deum amore proſequebatur. Interdum etiam alacritas illa animi pro
pemodum elangueſcebat: & decidebat: Maiori quandoq; nixu uires aſſumens: a
deoq; in deũ exarſiſſe illũ memini: Vt cum Ferrariæ in pomario quodã de Chriſti
amore colloquẽtes lõgis ſpatiarẽmur ambulachris: in eiuſmodi uerba proruperit.
Tibi hæc dixerim/ in arcanis recõdito. Opes quæ mihi reliquæ ſunt abſolutis con
ſumatiſq; elucubratiõibus qbuſdã ẽgenis elargiar: & crucifixo muitus: exertis nu
diſq; pedibus: orbẽ pagrans: p caſtella p urbes: xp̃m prædicabo. accepi poſtea illũ
mutuauiſſe ꝓpoſitũ: & prædicatorũ ordini ſe addicere ſtatuiſſe iterim eorũ q̃ cõce

In amicos beniuolentia
Duo aduerſus uitia ſaluberrima remedia
Similitudo amoris cauſa
Horatius
Libertas animi
Blancha Maria eſtenſis
Angelus politanus
Marſilius ficinus
Feruor amoris in deum

Quo anno uitæ ſit mortuus

perat operum quæq; inchoauerat maturabat editionẽ. Sed. M.cccclxxxxiiii. an-
no redẽptionis noſtræ. Dũ ipſe ſcđm & trigeſimũ ætatis annũ ĩpleret: Florẽtiæq;
moraret̃: inſidioſiſſima correptus eſt febræ: quæ adeo in hũores & uiſcera graſſa-
ta eſt: ut nullũ non medicamentorum genus adhibitũ contẽpſerit eũq; oĩno natu
ræ ſatiſfacere intra tertiũ decimum diẽ coegerit. Sed quẽadmodũ in ĩfirmitate ſe
geſſerit: licet eo tpe ab eo ꝓcul eẽm: narrare tamen nõ deſinã: quæ a grauiſſimis te

qualiter in infirmitate ſe geſſerit

ſtibus: q aderant acceperi. Quale illud cũ poſt ſumptũ euchariſtię ſacrm. Sigillũ
ei crucifixi Chriſti offeret̃: ut inde plenos amoris hauſtus ob ineffabilis illius paſ
ſions noſtræ ſalutis gr̃a memoriã: priuſq̃ exhalaret animam: ſumere poſſet fortiſſi
mum dũtaxat aduerſus quæcũq; aduerſa: munimẽ ualidiſſimumq; cõtra iniquos

Chriſtiani hoĩs finis laudãdus narratur

dæmones: ꝓpugnaculũ. Interrogãtiq; mox ſeniori. An firmiter crederet/ uerã eſſe
illam dei ueri: ueriq; hoĩs imaginẽ: qui qua deus eſt ante tẽpus: & æuũ ab ipſo pa-
tre deo: cui æqualis in oĩbus genitus eſſet: deq; ſpũ ſancto: qui & deus ẽ/ ab ipſoq;
& patre: quæ tria unũ ſunt coæterne manẽte in utero Mariæ/ ſemp uirginis: cõce-

Dei imago

ptus eẽt in tempore: q famẽ q ſitim: q labores: ęſtus: uigilias ꝑpeſſus eẽt: q demũ ꝑ
cõtractis ab adę ſemine ſordibus noſtris abluẽdis: proq; reſeranda ianua cœli ma
xima: qua genus humanũ charitate cõplectebat̃ precioſiſſimum ſanguinẽ: & ſpõ-
te & libentiſſime in ara crucis effudiſſet: cęteraq; id genus recenſeri quãdoq; ſoli-

Albertus pius

ta. Nõ modo ſe credere: ſed & certũ eẽ rñderit: & itẽ illud cũ Alberto pio ſororis fi
lio: quẽ nominauimus iter huius uitæ initia: iuueni: & ingenio & bonaꝝ artiũ ſtu-

Alexãder ex aphrodiſiade Themi. Auerrois

diis & moribus conſpicuo eadẽ rõne qua Alex. ex aphrodiſiade: & Themiſtius in
auſcultatorioꝝ libroꝝ procœmio fortitudinẽ e phyſicis cõtẽplationibus ſumi cõ-
tra mortis metũ declarauit quam mox ſententiam uſurpauit Auerrois conãti inq̃
Alberto mortis confinia reddere placabiliora: in hunc modum uerba reddiderit:
Nõ illa dũtaxat ratione pacari aĩum: non ſinẽ mortis cruciatibus poni: ſed hac po
tiſſimum ꝙ dei ſui offenſis: terminus iam poneret̃: quando breuiuſculũ uitæ eius
tempus: crebriores in deũ offenſas: non contentuꝝ arbitraretur. & illud præterea
quãdo pluribus ex prędicatorum collegio probatiſſimis teſtibus: & Alberto ipſo

Cæli reginam ad ægrotãtẽ nocte acceſſiſſe

paulo ante citato reuelauerit. Cæli reginã ad ſe nocte aduentaſſe miro fragrãtem
odore: mẽbraq; oĩa febre illa cõtuſa: cõtractaq; refouiſſe: ſeq; morti omnino non
conceſſurum ꝓmiſiſſe. Hilari placidoq; ore ĩ ſtrato: dũ ęgrotaret: iacuiſſe comper
tum eſt. Atq; iter mortis aculeos. quos ſuſtinebat: quaſi cœlos ſibi patefactos cer
neret loqui ſolitũ: ſalutanteſq; oẽs & operã ſuam: ut moris eſt: pollicentes blãdiſſi
mo ab eo ſermõe & receptos & exoſculatos. A ſeruis itẽ omnibus: ſi cui moleſtus
forte fuiſſet: ignoſci ſibi poſtulaſſe certiores facti ſumus: quibus ante acto anno
teſtamẽto cauerat. Victũ aliis: & tegumentum: dũ uiuerẽt aliis pecunias pro me-
ritis erogari. Hæredes Florẽtini xenodochei paupes inſtituit: eorũ duntaxat: quę
moueri non poterãt: Mobiliũ uero Antoniũ mariã fratrẽ. Quanta uero moleſtia

Obitum eius oẽs gradus hominũ moleſtia affeciſſe

eius obitus ĩfimos: & ſũmos oĩum gradus affecerit. teſtes ſunt Italiæ principes ur
bes & populi. Teſtes hi reges: quos ſupra citauimus. Teſtis iteꝝ Caroli galliaꝝ re
gis benignitas & gr̃a: ſilẽtio nõ prætereũda: Cui cũ Florentiam aduẽtanti: ut inde
Romã peteret: Neapolitanũ regnũ expugnaturus: graui eũ laborare ægritudine
nunciatũ fuiſſet. Duos ſtatim medicos ad eũ/ legatoꝝ etiãnũ fungẽtes officio: ui-
ſitatũ & opitulatũ: ipſe trãſmiſerit/ lr̃aſq; quas & uidimus & legimus propria ſub
ſcriptas manu dedit/ plenas & humanitatis & earum pollicitationum: quas & ma

gnamini regis beniuolentiſſimus animus/& præclare uirtutes ægrotantis exige-
bant: Ei quippe tum fama notiſſimus erat/tū quadā familiaritate coniunctus/Nā
ab eo in gallis/dū pariſios inuiſceret/ honorifice exceptus fuerat enimuero qui cū
dum uixit toti orbi/& multis ſæculis admirandū pręſtitit/ita eius obitū nō minus
celebrē & inauditū celebrari decreuit/quocirca ea in pñtiaꝫ referēda puto/quæ
meis auribus hauſi/dū Florentię quo illius infirmitate ꝑcepta/licet non tēpeſtiue
me cōtuleram in æde ſacra. quæ ſanctæ reperatæ dr̄ Hieronymum ſauonarolam
Ferrariēſem ex prædicatorum ordine/uirū & theologiæ conſultiſſimū/& præcla
riſſimū/famatiſſimūqꝫ ſanctimonia/ſacras hn̄tē ad florētinū populū cōciōes/au-
dirē. Sed prius ſacrarū litterarū ignaros/ Apulei uerbis/ admonere cōſiliū eſt. Ne Apuleius
craſſis auribus: & obſtinato corde/ea putent mendacia: quæ auditu noua: uel uiſu Verba fra
rudia: uel certe ſupra captū cogitatiōis ardua uideātur: quæ ſi paulo altius explo tris Hie.
rauerint nō mō cōpertu euidētia: Verū etiā factu facillima ſentient. Is igitur e pul
pito declamitans: quæ ſum dicturus cūctis qui aderāt inſinuauit. Arcanum tibi o
Florētia pandendū eſt: qđ equidē ita uerū eſt/ ꝗ prouerbiū illud apud te frequēs
Ioānis euangeliū: Subticuiſſem ꝓfecto. Sed ad dicendū cōpellor: & q mihi præ-
cipere pōt: ut hæc palā facerē/imperauit. Neminem porro ueſtrū puto fuiſſe: qui
Ioannē Picū Mirandulā nō nouerit/ magnis ille a deo beneficiis: magniſqꝫ gratiis
cumulatus multifariaqꝫ præditus diſciplina fuerat: nulli forte mortaliū tam cele-
bre obtigit ingenium: Magnam in eo iacturā fecit eccleſia. Arbitrarer/ſi diutius ei
uitæ ſpatiū prorogatum fuiſſet: cūctos qui octingētis ab hinc annis deceſſere/ob
ſcriptionū monumēta: quæ reliqſſet excelluiſſe/hic mecum obuerſari ſolitus erat
ſecreta palam facere: ex qbus nouerā internis eū locutionibus a deo ad religionē
citari/unde afflatibus hiſce obſeq cupiēs: nō ſemel obtēperare propoſuerat. Verū
diuinis beneficiis male gratus uel a ſenſibus uocatus detractabat labores (delica
tæ quippe tēperaturæ fuerat) uel arbitratus eius opera religionē indigere/diffe-
rebat ad tēpus hoc tamen nō ut uerum: ſed ut a me cōiectatū: & præſumptū dixe
rim. Ob id duobus ei annis flagellū īterminatus ſum/ſi opus: quod ei deus patran
dum propoſuerat: neglīgēter exequeret̄. Rogabam fateor deū identidē: ut cæſus
aliquantulū uiā: quæ ex alto eidē oſtenſa fuerat tādē capeſſeret. Nō hoc quæſiui:
quo ꝑculſus eſt nō hoc putauerā ad id deo decretū fuit. Vt uitā hanc relinqueret:
præclaræqꝫ coronæ ī cælis præparatę partē amitteret famāqꝫ: & nōis celebritatē:
quæ ad ſummum cumulum: ſi uixiſſet/fuerat habiturus: ad plenū nō aſſequeret̄.
Verū benigniſſimus iudex/ clemētiſſime erga ipſū ſe habuit. Atqꝫ ob elemoſynas Elemoſy
larga & effuſiſſima manu pauperibus èlargitas: & orationes quæ ad deū inſtātiſſi næ
me effuſæ ſunt: effectū eſt: ut nec eius anima in ſinu pr̄is adhuc ſuper cælos exul- Status ani
tet: nec ad īferos deputata ꝑpetuis tormētis cruciet̄. Sed purgatorio igni ad tem mæ
pus mācipata tēporarias pœnas luat: quod in hac ꝑte libētiſſime dixerim: ut qui
eū nouerūt: & hi potiſſimum: q eius beneficiis cumulati fuere ſuffragiis adiuuēt.
Hæc & plura alia uir dei clara uoce aſſeuerauit. Se addēs nō latuiſſe: ob mēdacia
eiuſmōi: ſi ꝗ miſcerent̄/uerbi dei præcōes dignos effici: de quibus ęternū ſumeret̄
ſuppliciū: nec nō adiiciēs dieb⁹ aliquot: hęc ſibi iuniuerſū fuiſſe cōpta. Sed ꝑp uer
ba ꝗ uirginē dixiſſe ſi ęgrotus affirmauerat: nutabundus ſtetiſſe formidaſſeqꝫ diu:
ne ille dęmonū opa fuiſſet illuſus: qñ ob eius mortē uirgis pollicitatio fruſtraret̄. Duplex
Verū tñ inotuiſſe ſibi defunctū: equocatiōe mortis deceptū. Cū illa de ſecunda & mors

æterna locuta fuiſſet:Hic de prima & tẽporaria credidiſſet:quod ſi quis dixerit
hominẽ hunc uel hypocriſi fuiſſe mẽtitum/uel fantaſmatis ludificatũ/uel dæmo-
num præſtigiis circũuentũ.Is niſi aut male de fide ſentiens/aut mentis emotæ ſit/
fateaťnecesse eſt/deũ multifarie fœlicitatẽ eoꝝ miſeriáqꝫ/qui aĩam effudiſſent ui
uentibus & reuelaſſe iam/& reuelare poſſe.Eodemqꝫ tpis ſpacio/eos quibus hæc
palã fiunt certiores reddere/ſe a nõ uiſis/aut ſpectris illudi/ſed uera eſſe / quæ aut

Laus doctrinæ & probitatis fratris hieronymi

mẽte/aut oculis cernãt & uideant. Tantæ uero & doctrinæ & auctoritatis uirum
tantæ ꝓbitatis & prudẽtiæ/quoꝝ in Ariſto.phĩam/cõpendiaria theoremata/mo-
nitiones publicæ/præclariſſima interpretamenta/ in ſacra eloqa futuroꝝ cõtingẽ
tiũ/prædictiões/ quæ eueniſſead lineã/oĩs fere nouit Italia/ſanctiſſimaqꝫ uitæ cõ
uerſatio teſtatiſſimã pridẽ fecere fidẽ.in principe tẽplo tam celebratæ urbis/ hæc
ut uera/ut inconcuſſa tenẽda/tot millibus hoĩum ueritate nõ cõperta ꝓnunciaſſe/
nemo niſi maleuolus inficiabiť.Adde ꝙ dũ non nihil ſup id negocii ſciſcitarer ui
rũ qui ſermoni interfuerat/adiiſſe cõcionatorẽ audiui/ac eidẽ/ut ea plus hñent ro-
boris/quę uulgauerat rettuliſſe defunctũ uallatũ igne ſibi apparuiſſe/& ꝓfeſſum
ingratitudinis adhuc pœnas dare.Q uinetiam monacha quædã multis præclara
uaticiniis/quæqꝫ ipſi dũ uiueret multa futura prædixit/quæ adamuſſim euenere/
inter reliqua/Hoc unũ protulit biẽnio anteq̃ e uita migraſſet:eũ lilioꝝ tpe opa &
hortatu fratris Hieronymi(de quo mẽtionẽ fecimus(prędicatoꝝ fratrum colle
gio ſe dicatuꝝ.Eodẽqꝫ tẽpore Florentinã quãdã familiã(quã pactiã nuncupant)
tunc exulantẽ/ad patriã redituram cõplures ad quos hæc fama ꝑuenerat/ ſup hac
lilioꝝ nomẽclatura demirabanť/ loqui eã arbitrãtes de uerno tpe quo lilia flore-
ſcunt/Sed liliũ hoc galliarũ regẽ extitiſſe cõperttũ eſt talibus utentem inſignibus
qui pridie q̃ ille religionem uoueret:ita.n.uouerat anteq̃ moreretur/& quatriduo
poſtq̃ extorris illa familia ſe cõtulit in urbẽ patriã/magno comitatu Florentiã in-
greſſus eſt/ iter ꝑ hetruriã faciẽs neapolitanũ regnũ ui & armis in ditionẽ uindica
turus.Verum anteq̃ finẽ faciã:pręfari iterũ paucula in calce opis nõ inutile puto.
Videor.n.mihi uidere ad reuelationes has/ueluti ad lunæ umbram baubãtes mo
loſſos/quibus adhuc offula prioribus fortaſſe non cõtentis(obiiciẽda eſt:ne fru-
ſtra latratibus aera uerberẽt:Video itẽ demẽtibus excuti riſum:Video his q ſcio-
los ſe arbitrentur/ſummoueri ludum:qui forte ob nõ poſthabitũ religionis ingre
diẽdæ ſalubrẽ afflatũ igne torqueri animas nõ debere cõtendẽt/ nec diuino affla-
tos ſpiritu tẽpeſtate nr̃a reperiri homines/qui Chriſti colloquiis ꝑfruantur? At ſi
peccata nõ morte:ſed uenia digna purgatorio igni eſſe plectẽda arbitrarentur/ iu
ſtos etiã pœnas dare non mirarenť:Itẽ ſi ſeruũ qui uoluntatẽ domini ſciẽs nõ adi-
pleuit/teſte ueritate/multis uapulatuꝝ nõ ignorauerit/hũc qui dei uolũtatẽ noue
rat & implere diſtulit/& ſi a noxis qbuſqꝫ aliis fuiſſet imunis ſupplicia luere nõ ex
taſim patereť:Alia ex pte rudẽ & inſulſam eoꝝ aſtutiã mirari ſatis nõ poſſum/qui
cũ chriſtũ pro hominibus mortuũ credãt/ eoſdẽ homines alloqui eũdẽ facile poſ
ſe nõ credãt.Vehemẽtioriqꝫ argumẽto uirginis matris/ angelorũqꝫ beatorũue ho
minũ ſpirituũ affatibus ꝑticipes/eoſdẽ mortales hoĩes nõ poſſe fieri/aĩaduertẽdũ

Diõyſius areopagita

eis ꝑfecto foret iferiora oĩa ꝑ ſupiora gubernari Dionyſio ẽt areopagita teſte ĩ li.
de Hierarchia cęleſti/ſeꝑatiſqꝫ mẽtibus iferioris gradus & naturę/qbus hoĩum cu
ra demãdata eſt/per ſupiores mẽtes/quæ iterum:uel a ſupremis uel ab ipſo deo di
uina myſteria hauriũt/illumĩari hoĩeſqꝫ diuino afflatos ſpũ eaſdẽ reuelatiões ac-

cipere/hominum multitudini cum expedit, patefaciendas/ ſacroſancta hæc diuinitatis lex: quod ab eodem Dionyſio libro cæleſtis Hierarchiæ edocemur ut per prima ſequentia ad auguſtiſſimam lucem ſubuehãtur/ ignari proculdubio ſunt diuinarum litterarum/ inſolentis quoq; & peruicacis ingenii nam in illis cõſpici datur diuina futura myſteria non tm̃ per bonos ſed p̄ ſceleſtos hoĩes/ & pſeudo prophetas quandoq; patefacta/ quid prohibet huic ꝗ fidẽ habere qui & doctrina & tot uirtutibus pollet/ multaq; iam futura/ quæ nunc euenere prædixit. & hoc nõ ſomniculoſe teſtatus ſed aſſeuerãter affirmãs. Adde ꝙ Ariſtotelis phĩa/ his non reclamet/ & platonica ſuffragent̃ licet pro graui teſtimonio niſi ſcripturæ diuinæ auctoritatẽ nõ acceperim/ ſed extraria hæc qn̄q; citare non abſurdũ eſt: Vt maliuolorum telam in auctores maiore ui/ quã uenerint/ reuertantur. Verũ ad noſmetipſos iam redeundũ eſt: quibus nõ tam mœrẽdũ eſt. ꝙ talem amiſimus/ quã quod habuimus & habemus gratias agendũ regi/ cui uiuũt omnia: Q uippe qui mortalis uitæ munere perfunctus/ diuq; cum habitantibus cedar/ quos luce non pauca perfuderat/ conuerſatus inacceſſibile/ & infinitum ſupernæ patriæ lumen iamiam ingrediẽs ineffabili diuinitate nobis etiam in dies laturus opem ſine fine fruetur.

FINIS

A pſeudo prophetis uera quandoq; prædicuntur

Epitaphium Mirandulæ.

Ioannes iacet hic mirandula. Cætera norunt
Et tagus & ganges/ forſan & Antipodes.

Cæcilii Cypriani epiſcopi Carthaginenſis de ligno crucis carmen:

Eſt locus ex omni medium quem credimus orbe
Golgota iudæi patrio cognomine dicunt:
Hic ego de ſterili ſucciſum robore lignum
Plantatum memini fructus genuiſſe ſalubres:
Non tamen hic illis qui ſe poſuere colonos
Præbuit externi fructus habuere beatos
Arboris: hæc ſpecies uno de ſtipite ſurgit:
Et mox in geminos extendit brachia ramos
Sicut plena grauis antennæ carbaſa tendunt:
Vel cum diſiunctis iuga ſunt ab aratro iuuencis
Q uem tulit hoc primo maturo ſemine lapſum
Concepit tellus mox hinc mirabile dictu
Tertia lux iterum terræ ſuperiſq; tremendum
Extulerat ramum uitali fruge beatum:
Sed bis uicenis firmatur & ille diebus
Creuit in immenſum cælumq; cacumine ſummo
Contigit: & tandem ſanctum caput addidit alto:
Dum tamen ingentis biſſeno pondere ramos
Edidit: & totum ſpargens porrexit in orbem.
Gentibus ut cunctis uictum uitamq; perennem

Præberent mortemq; mori qui poſſe docerent.
Explicitis & mox quinquaginta diebus
Vertice de ſummo diuini nectaris hauſtum
Detulit in ramos cæleſtis ſpiritus aura.
Dulci rore graues manabant undiq; frondes:
Ecce ſub ingenti ramorum tegminis umbra
Fons erat:hic nullo caſu turbante ſerenus
Perſpicuis in limis aquis:& gramina circum
Fundebant lætos uario de rore colores
Hunc circum innumeræ gentes populiq; coibant.
Quam uarii generis ſexus ætatis honoris
Innuptæ nuptæq; ſimul uiduæq; nuruſq;
Infantes pueriq; uiri: iuueneſq; ſeneſq;
Hic ubi multigenis flexos incumbere pomis.
Certabant ramos auidis attingere dextris:
Gaudebant madidos cæleſti nectare fructus.
Nec prius hos poterant cupidis decerpere palmis
Quam lutulenta uiæ ueſtigia fœda prioris
Deterrent:corpuſq; pio de fonte lauarent.
Ergo diu circum ſpatiantes gramine molli
Suſpiciunt alta pendentes arbore fructus.
Tunc ſigna ex illis delapſa putamina ramis
Et dulces multo roranti nectare frondes
Veſcuntur ueros optantes ſumere fructus.
Ergo ubi cæleſtem cœperunt ora ſaporem
Permutant animos & mentes perdere auaras:
Sæpe quidem multi renouati mentibus ægros
Reſtituere animos:& qua ſe poſſe negabant
Pertulerant:fructumq; ſui cœpere laboris.
Multi etiam ſanctas auſi contingere mentes
Diſceſſere iterum ſubito retroq; relapſi
Sordibus & cœno mixti uoluuntur eodem.
Multi uero bono portantes pectore:totis
Accipiunt animis:penituſq; in uiſcera condunt:
Ergo qui ſacros poſſunt accedere fontes
Septima lux illos optatas ſiſtit ad undas
Tingunt in liquidis ieiunos fontibus artus.
Sic demum illuuiem mentis uitæq; prioris
Deponunt labem puraſq; a morte reducunt
Illuſtres animas cæliq; ad limen ituras:
Hinc iter ad ramos & dulcia poma ſalutis
Inde iter ad cælum per ramos arboris altæ
Hoc lignum uitæ cunctis credentibus:Amen.

Τέλος.

HEPTAPLVS IOANNIS PICI MIRANDVLAE DE SEPTIFORMI SEX DIERVM GENESEOS ENARRATIONE AD LAVRENTIVM MEDICEM. PROOEMIVM.

MOuit æmulatio me ſtudiorum tuorum Laurenti Medices ut arcana Moſeos uolumina recenſerem: Cum ſuperiore hyeme quantum ocii dabatur a rep. nõ alibi te magis aut libentius operam ſumere q̃ in ea lectione animaduerterẽ. Tum eodem quoq; priuata ratio ſubinuitauit: Quoniam operi alteri meo tuo quidem auſpicio iã pridem: ſed & in tuum nomen creſcenti: quo Dauidicos hymnos a. LXX. uerſos interpretibus: & in eccleſia iugiter perſonantes nõ modo a ſuſpitiõe omni calumniaq; aſſerere: ſed interpreta menti quoq; facibus illuminare tentaui: nulla ꝓrſus utilior tractatio: nulla fructuoſior q̃ eoꝝ librorum: nulla rurſum conſentanea magis (aut ut uerius dixerim) neceſſaria reperit̃. Accidit aũt per hos dies/ut iu mundi fabrica celebratis illis operibus ſex dieꝝ fuerim aſſiduus. Quibus rotius naturæ ſecreta cõtineri/ut credamus magnæ ſe rationes offerũt. Nam ut illud omittã qđ hæc oĩa ꝓpheta noſter deo plenus/ac cæleſti dictãte ſpiritu rotius magiſtro ueritatis excepit: nõ ne eũdem nobis cum noſtroꝝ/tum ſuoꝝ/tum gentiũ deniq; teſtimonia ꝓrſus humanæ ſapientiæ, doctrinarũq; oĩum & litteraꝝ conſultiſſimũ ꝓdiderunt? Extat apud Hebræos Salomonis illius cognomento ſapientiſſimi liber cui ſapientia eſt titulus nõ qui nunc in manibus eſt Philonis opus: ſed alter hieroſolyma/quã uocãr ſecretiore lingua cõpoſitus in quo uir naturæ reꝝ ſicuti putat̃ ĩterpres oẽm ſe illiuſmodi diſciplinam fatetur de Moſaicæ legis penetralibus accepiſſe. Sunt item quãtum attinet ad noſtros/& Lucas/& Philon auctores grauiſſimi illum in uniuerſa Aegyptioꝝ doctrina fuiſſe eruditiſſimũ. Aegyptiis autem uſi ſunr præceptoribus græci omnes qui habiti fuere diuiniores Pythagoras Plato Empedocles/& Democritus. Notum illud Numenii philoſophi non aliud eſſe Platonem q̃ atticum Moſem. Sed & Hermippus Pythagoricus atteſtatur Pythagoram de Moſaica lege plurima in ſuam philoſophiam tranſtuliſſe. Quod ſi rudis in ſuis libris/& popularis interim Moſes potius q̃ aut philoſophus/aut theologus/aut magnæ alicuius ſapientiæ artifex apparet: Reuocemus eo mẽtem fuiſſe ueteꝝ ſapientũ celebre inſtitutũ res diuinas/ut aut plane nõ ſcriberent/aut ſcriberent diſſimulãter. Hinc appellata myſteria/nec myſteria quæ nõ occulta: hoc ab Indis: hoc ab Aethiopibus qbus de nuditate cognomen: hoc ab Aegyptiis obſeruatum. Quod & Sphinges illæ pro templis inſinuabant. Ab eis edoctus Pythagoras ſilentii factus eſt magiſter: nec ipſe qcquam litteris mandauir præter omnino paucula quæ Damæ filiæ moriens cõmendauir. Non enim quæ circunferunt̃ aurea carmina Pythagoræ ſunt: ur uulgo etiam doctioribus perſuaſum eſt/ſed philolai. Legem deinceps eam Pyrhagorici religioſiſſime tutati ſunt. Eam Lyſis ab Hipparcho uiolatam quærit̃. In eam deniq; iuratos Ammonii diſcipulos Origenem Plotinum/& Herennium Porphyrius eſt auctor. Plaro noſter ita in uolucris enigmatum fabularum uelamine mathematicis imaginibus/& ſubobſcuris

Moſeos depreheñſa doctrina

Salomõis liber....

Lucas

Philon

Pythagoras

Plato

Empedocles

Democritus

Numeni⁹

Hermippus

Vnde myſteria unde pythagoræ ſilentium

paucula

neq; aurea carmia pytha. edidir

Lyſis

porphyrius

recedentiũ ſenſuũ indiciis ſua dogmata occultauit:ut & ipſe dixerit in epiſtolis ne
minem ex his quæ ſcripſerit ſuã ſniam de diuinis apte intellecturũ:& re minus cre
dentibus comprobauerit. Quare ſi ob id Moſeos lectionẽ uelut exculcatã puta-
mus ꝙ nihil habeat in primori fronte nõ uulgare non rude damnemus eodẽ exẽ-
plo antiquos oẽs philoſophos ruditatis & ignorãtiæ quos totius ſapiẽtiæ magi-
Ieſus chriſtus — ſtros ueneramur. Quin idẽ obſeruatũ in eccleſia cernimus. Ieſus xps imago ſub-
ſtantiæ dei euangelium nõ ſcripſit:ſed prædicauit. prædicauit aũt turbis qdem in
parabolis ſeorſum aũt paucis diſcipulis:qbus datũ erat noſſe myſteria regni cælo
rum:palam citraq; figuras: Neq; oĩa paucis illis:qa non oĩum capaces:& multa
erant quæ portare nõ poterant:donec adueniens ſpũs docuit oẽm ueritatẽ. Diſci
puli dñi tam pauci electi de tot millibus multa ferre nõ poterant. Turba oĩs iſrae
litica fartores coci macellarii opiliones ſerui ancillæ:quibus oĩbus legenda lex
tradebat̃ totius Moſaicæ uel diuinæ potius ſapientiæ ferre onus potuiſſent? Ille
qdẽ in montis ſublimitate mõtis utiq; illius in quo & dñs ſæpe diſcipulos alloque
bat̃ diuini ſolis lumine colluſtratus tota facie mirũ in modũ ſplendeſcebat:ſed qa
Cur uelata facie Moſes. — lucẽ ferre non poterat populus oculis cecutientibus & noctuinis uellata facie il
lis uerba faciebat. Redeamus ad noſtros. Scripſit Mattheus primus euangeliũ:
& ut inquit ꝓpheta abſcondens in corde ſuo dei eloquia ne peccaret:ita ſolũ quæ
a mattheo primũ ſcriptum eſt euangeliũ — ad chriſti humanitatẽ attinebant hiſtoria proſecutus eſt ne intercideret obliuio-
ne memoria reꝝ geſtaꝝ:ut ꝓpterea in myſtico Ezechielis ſpectaculo per hoĩem
figuratũ illum intelligamus. Ioãnes qui præ oĩbus maxime diuinitatis ſecreta re-
uelauit tribus qdem uulgatis euangeliis/& a dñi cruce multis exactis annis coa-
Ebionitæ — ctus loqui quæ diu tacuerat ad abolendã hæreſim ebionitaꝝ quæ chriſtũ hoĩem
non etiã deum aſſeuerabat de æterna filii gñatione/ſed paucis:ſed obſcuræ ꝓnun
Paulus — ciauit. Inde exorſus. In principio erat uerbũ. Paulus corynthiis negat ſolidũ cibũ
ꝓpterea ꝙ adhuc carnis legibus uiuant nõ aũt ſpũ:& ſapiẽtiam loqtur inter perfe
Dĩoyſius — ctos. Diſcipulus Pauli Dionyſius areopagita ſanctũ & ratũ inſtitutũ fuiſſe ſcribit
eccleſiis ne dogmata ſecretiora per lr̃as:ſed uoce tm̃ his qui rite eẽnt initiati cõica
rent. Hæc pluribus ſum ꝓſecutus quod ſunt multi/qui Moſeos librũ ducto argu
mento de rudi cortice uerboꝝ tanq̃ aliqd de medio & triuiale cõtemnant & aſper
nent:nihilq; apud eos minus credibile q̃ hẽre illum in receſſu diuinius aliqd q̃ qd
fronte ꝓmittat. Quod ſi ſatis eſt confutatũ iam illud creditu facile ſicubi de natu
ra de totius opificio mũdi tractatũ ab eo.i.ſi qua in parte opis ſui uelut agri cuiuſ
piam ſint ab eo theſauri defoſſi oĩs ueræ pħiæ:Factum in primis hoc in hac parte
ubi uel ex profeſſo de reꝝ oĩum emanatiõe a deo de gradu:de numero:de ordinẽ
partiũ mundanarũ altiſſime philoſophat̃. Propterea fuit decretũ ueterũ hebræo
Hieronymus — rum cuius etiam meminit Hieronymus ne hanc mũdi creationẽ quiſq̃ niſi matu-
ra iam ætate attingeret. Videbor igitur fortaſſe feciſſe opæpreciũ ſi imoratus diu
tius exactiore cura & operoſiore (ut licuit p noſtrã imbecillitatẽ) ſtudio rimatus
ſum intellectum Moſaicæ lectionis. In cuius enarratione cũ per multos elaboraſ
Quid cõmentandi poſt totinterpetres cãæ fuerit — ſe latinos græcoſq; uiderem. Præterea chaldæos & hebræos interpretes ueteres/
nouoſq; ppe innumerabiles ne cogitare qdem audebam nouũ aliqd ſup hac re uel
ſcribere uel cõmentari. Cæterũ meminerã cautũ Moſaica lege ne qs agrum ſuum
penitus totũq; demeteret:Sed intactã ex eo portionẽ pauperibus & egenis relin-
queret qui mergites inde & manipulos ad famẽ tollerãdam ſibi acciperent. Hoc

cum

eum ueniſſet in mentem ſagacibus oculis luſtrare cœpi latiſſimos prophetæ cã/
pos indagaturus an cũ doctiſſimi interpretes non minus cultores legis fuerint ꝗ
interpretes iuxta legis edictũ intactam partem aliquã reliquiſſent:nobis utpote
infirmioribus demetendam. Vnde mihi ego quoq; uel pauculas ſpicas decerpe/
rem imponẽdas aris eccleſiæ ꝗſi primitias frugum ne a priuilegiis templi ceu nõ
uerus iſraelita ceu penitus aſymbolus eliminarer. Succeſſit ex uoto res nõ ꝙ poſ
ſim eqdem qeꝗ quod illi nõ potuerĩt:ſed qđ & illi de legis præcepto noluerũt in
duſtriæ poſterioꝝ uiam præſtruere:& ea iſup eſt agri uaſtitas/ea fœcunditas ut
par illi frumentoꝝ numerus nullus eſſe poſſit:ut qꝗ & infinitæ fere & ualentiſſi/
mæ operæ in eo ſe totis uiribus exercuerint:dicere tñ euãgelicũ illud adhuc poſ/
ſumus:Meſſis multa oparii pauci. Quæ igitur ſup hoc libro uiri ſanctiſſimi Am/
broſius:& Auguſtinus:Strabus item & Beda:& Remigius:& ex iunioribus Egi/ Latini iter
dius:& Albertus:Quæ itẽ apud græcos Philon/Origenes/Baſilius/Theodori/ pretes.
tus/Apollinarius/Didymus/Diodorus/Seuerus/Euſebius/Ioſephus/Gẽnadius/ Græci
Chryſoſtomus ſcripſerunt intacta penitus a nobis relinquent:Cũ & temerariũ/
& ſupfluum ſit in ea ſe agri ꝑte infirmũ hoĩem exercere ubi ſe pridẽ robuſtiſſimæ
mẽtes exercuerint. De his itẽ quę uel Ionetes uel Anehelos uel Simeõ antiquus Chaldæi
Chaldaice tradiderũt uel ex hebræis/aut ueteres Eleazarus Aba Ioãnes Neõias
Iſaac Ioſeph:aut Iuniores Gerſonides Sardias Abraam uterq; Moſes Salomõ & Hebræi
Manaem cõſcripſerũt nullã nos in præſentia mẽtionẽ habebimus. Afferemus aũt Septẽ no
præter hæc oĩa ſeptẽ alias expoſitiones noſtra inuẽta & meditata:ĩ qbus illud pri uæ expoſi
mũ curabimus:euincere ſi poterimus tres difficultates cũ qbus uidet his oĩbus ꝗ tiones
enarrandum librum hunc ſuſceperunt magna & difficilis fuiſſe colluctatio. Pri/ Prima dif
ma eſt ne quid aut minus ſufficiẽter aut paꝝ docte & ſapienter a Moſe dictum ui ficultas
deat. A qua ſe quidã hoc pacto exoluerũt:quod idcirco neq; dixit de oĩbus/neq;
attulit grãdia & ſublimia,qa rudi populo loqueret/ꝗ non erat itelligentiæ omni
um ſatis idoneus. Nos credere poſſumus ſatisfactũ rudibus auditoribus ſi lumen
ſcientiæ quod introſpicerent ſapiẽtes craſſioribus uerbis quaſi cornea teſta circũ
datum obduxerit ne hebetiores inde oculi perſtringerent. Attulerit ergo lumen
ut ſanis oculis proforet:incluſum tamen & uelatum attulerit ne lippientibus offi
ceret. Neq; enim minus ille aut debuit/aut potuit/aut uoluit iuuare doctos ꝗ ido
ctos. Secunda eſt difficultas ut tenor idem ſit interpretamenti ſibi conſentiens ex Secunda
ſe aptus/& uno quaſi ductu tota ſeries a quo primitus ſenſu proficiſcit in eundem
illum quaſi memor ꝓpoſiti referatur. Nec ſi fortaſſe hic de ideis loquentẽ introdu
camus proxima clauſula de elementis agere/uel de homine illum uelimus. Arbi/
trarium hoc & uiolentum genus expoſitionis. Quod euitare tamẽ in huius libri
enarratiõe impoſſibile multis ne dicã difficile operoſum ꝓfecto oĩbus uiſum eſt.
Tanta eſt perplexitas:tanta ambiguitas:tanta uarietas uniuerſæ lectionis. Vide
quanti laboris ꝗ non factu ſit facile id qđ animo nos concepimus (utinam conſe/ uide labo
quamur) ut non uno duntaxat/ſed ſeptẽplici ſenſu a capite ſemper nouum opus riſimmen
exorſi perpetuæ & impromiſcuæ expoſitionis ordine totam hanc mundi creatio ſitatem
nem:nihil uſi priorum opibus interpretemur. Tertia difficultas in hoc uerſatur Tertia
ne extraneum aliqd uel prodigioſum/uel alienum a rerum natura quæ nunc con
ſpicit/& a ueritate quam a philoſophis melioribus compertã noſtri etiã recepe/
runt aſſerẽtem prophetam, Immo per prophetam diuinũ ſpiritum faciamus. Cur

autem ſeptem a nobis allatæ expoſitiones qua rõne ſuſceptę: quod noſtrum conſilium: & quę neceſſitas nos ad eas impulerit: Quid omnino ſit nouum hoc quod afferre molimur ſequẽti capite palã faciemus. In quo illius qui de hac materia .i. de mundi creatiõe abſolutiſſime: ad naturæ ipſius æmulatiõem ſit ſcripturus ideã pingens conabitur tum in ſequentibus re cõprobare: ꝓphetam nrm̃ ab illa nihil quaſi archetypo decidiſſe: Sed aſſecutũ oĩbus numeris/ita ut nihil aliud pro tali idea q̃ ipſemet ꝓponendũ ſit oĩbus & magnitudinem eius admirari oẽs facilius q̃ æſtimare pro dignitate poſſimus. Debent̃ aũt tibi hæc nrã qualiacũq; ſint adhuc rudimẽta nrĩ æ iuuentutis Laurenti uir clariſſime uel qa ſunt mea q tibi me ipſum iãpridem dedi & uoui: uel quia hoc ipſum tu nobis in quo ſunt nata feſulani receſſus ociũ paraſti. Quod interuẽtu ẽt crebro uel aſſiduitate potius Angeli politiãi familiaris tui cõditur: cuius amœnum & fertile ingenium q̃ antea flores lrãꝝ uarios extulerat tam nunc ut arbitror ſolidam philoſophiæ maturãq; adeo frugem pollicet̃. Accedit ꝙ cõſuetum eſt cum his quos amamus uel colimus feſtũ aliqd aut lætũ euenit nõ ſolũ uerbis cõgratulari: ſed aliquo etiã munere fauere ut ſic dixerim illoꝝ fœlicitati & teſtatã apud eos facere lætitiã animi nrĩ. Opportũe igit̃ nrã hæc lucubratio ad te uẽit quo tpe Ioãnes filius ea ætate qua nemo antea ſummo chriſtianoꝝ ordinum collegio a pontifice ſummo Innocẽtio .viii. deſtinatus eſt: & indole ipſius quæ de ſe bona oĩa promittit & tuis meritis tuaq; auctoritate id ſibi iure & merito poſtulantibus. Reliquũ ut optemus dignum ſe ille exhibeat hac dignitate. Quod fecerit ſi quem & patrem & dignitatis auctorem habuit eũdem uitæ exemplar: ideſt prudentiæ totiuſq; uirtutis habuerit. Vale.

Moſẽ ideam eſſe recte ſcribẽdi de natura

Angelus politiãus

Innocentius .viii.

ALIVD PROHEMIVM TOTIVS OPERIS.

Triũ mũdorum cõſtitutio

Plato

TRes mundos figurauit antiqtas. Supremum oĩum ultramundanũ quem theologi angelicum/philoſophi autem intellectualem uocant: quẽ a nemĩe ſatis ꝓ dignitate decantatũ Plato inqt in Phœdro. Proximũ huic cæleſtẽ: poſtremũ oĩum ſublunarẽ hunc quẽ nos incolimus. Hic tenebraꝝ mundus: ille aũt lucis: cœlũ ex luce & tenebris tẽperat̃. Hic per aquas notat̃ fluxa inſtabiliq; ſubſtãtia: ille per ignẽ lucis candore & loci ſublimitate: cælum natura media idcirco ab hebræis aſciamaim quaſi ex es & maim .i. ex igne & aqua (quã diximus) cõpoſitũ nuncupat̃. Hic uitæ & mortis uiciſſitudo: illic uita ꝑpetua & ſtabilis opatio: in cælo uitæ ſtabilitas opationũ/locorũq; uiciſſitudo. Hic ex caduca corpoꝝ ſubſtãtia: ille ex diuinæ mentis natura: cælũ ex corpe: ſed incorrupto ex mente/ſed mãcipata corpori cõſtituit̃. Mouet̃ tertius a ſecũdo: ſecũdus a primo regit̃: & ſunt præterea inter eos drĩæ plurimæ: quas hic enarrare nõ eſt cõſiliũ ubi hæc præter fluimus potius q̃ inũdamus. Hoc nõ prætermiſerim figuratos hos mundos tres a Moſe euidentiſſime in admirabilis illius tabernaculi ſui cõſtructione. Partitus eſt .n. tabernaculũ in ptes tres: quaꝝ ſingulæ ſingulos quos diximus mũdos repſentare expſſus nullo mõ poſſent. & .n. prima pars nullo defenſa tecto uel umbraculo imbribus niui ſolibus calori/frigoriq; obuia erat & opportuna: & ꝙ eſt nrĩ .i. ſublũaris mũdi euidentius

Mundus angelicus

Cæleſtis

Sublunaris

Motus ſeries

moſeos tabernaculi admundorũ ſiĺitudinẽ ptitio

dentius ſimulachꝝ inhabitabát eá nó mó hoíes mūdi & imūdi ſacri & ꝓphani:ſed & oí ſarii gn̄is aíalia:eratq̃ in ea uel ob ſacrificia iugeſq̃ imo lationes uitæ & mortis ꝑpetua uiciſſitudo. Reliquæ duæ ꝑtes ambæ obtectæ/& undiq̃ ab oí ꝑegrina iniuria liberę quéadmodū & uterq̃ mundus tá cæleſtis q̄ ſupcæleſtis:nec iniuriæ capax nec cōtumeliæ. Ambæité ſc̄titatis noíe honeſtatæ/ita tn̄ ut quæ erat ſecretior ſc̄tí ſcōꝝ:reliq̄ ſc̄ti tm̄ titulo decorareť ſicuti q̄uis & cæleſtis & angelicus mūdus uterq̃ ſcūs:qm̄ ſupra luná poſt luciferi caſum nec macula/nec pcm̄ aut é/aut eſſe pōt:angelicus tn̄ cæleſti longe ſanctior & diuinior habeť. Sed qd remotiores has ſilitudies ꝓſeqmur? Ná ſi poſtrema ꝑs tabernaculi erat hoíbus & brutis cōis. ſam:quæ tota auri ſplēdore fulgebat:cādelabrū illuminabat ſepté lucernis diſtinctū:quę ut dicūt oés interꝑtes latini græci & hebræi ſepté planetas ſignificát: In tertia ꝑte oíum ſacratiſſima:alata cherubí erāt nō ne nr̄is tres mūdos oculis ſubiiciunt? & hūc qué & bruta/& hoíes icolūt/& cæleſté in quo planetæ corruſcát/& ſupcæleſté habitaculū angeloꝝ. Admonemur aūt hinc ét altioris euágelici ſacri.

Mundoꝝ íterpretatio

Ná qm̄ nobis ad mūdū ſupcæleſté ad angelorū cōſortiū reſerata eſt uia ꝑ xp̄i crucē & ſanguiné:idcirco illo occūbéte ſciſſum eſt uelū tépli quo ſc̄tá ſcōꝝ ꝑ quæ angelicū diximus mūdū ſignificari ab aliis ꝑtibus diſcludebanť. Q d' fuit indicio patere iá aditū hoí ad dei regnū ad deū ip̄m q uolat ſup cherubí aditum ab initio ob pc̄tm̄ primi parétis iuſtitiæ legibus occluſum. Hæc ſatis de tribus mūdis in qbus illud in primis magnope obſeruádum/un̄ & nr̄a fere tota pendet intétio eſſe hos tres mūdos mundū unū:nō ſolū ꝓpterea qd' ab uno principio/& ad eundé finem oés referanť:aut qm̄ debitis numeris téperati & armonica q̄dá naturæ cognatiōe atq̃ ordinaria graduū ſerie colligenť: Sed qm̄ qcqd in oíbus ſimul eſt mūdis id & in ſingulis cōtineť:neq̃ eſt aliqs unus ex eis in quo non oía ſint quæ ſunt in ſingulis:quá Anaxagoræ credo fuiſſe opinioné ſi recte eū ſenſiſſe putamus explicatam deide a pythagoricis & Platonicis. Verū quæ in mundo ſunt inferiori in ſupioribus ſunt:ſed meliore nota:quæ itidé ſunt in ſupioribus:in poſtremis ét uiſunť:ſed degeneri cōditione & adulterata/ut ſic dixerim natura. Eſt apud nos calor q̄litas elemétaris:eſt in cæleſtibus uirtus excalfactoria:é in angelicis métibus idea caloris. Dicá aliqd expreſſius. Eſt apud nos ignis quod é elemétum. Sol ignis in cælo eſt:eſt in regiōe ultramundana ignis ſeraphicus itellectus. Sed uide qd differant. Elementaris urit:cæleſtis uiuificat:ſupcæleſtis amat. Eſt aqua apud nos: eſt aq̄ in cælis huius motrix & dn̄a ueſtibulū.ſ.cæloꝝ luna: Sunt aquæ & ſup cælū mentes cherubieæ. Sed uide quæ in eadé natura diſparilitas cōditiōis humor elemétalis uitæ caloré obruit:cæleſtis eundé paſcit ſupcæleſtis itelligit. In primo mundo deus unitas prima noué angeloꝝ ordinibus q̄ſi ſphęris totidé præeſt imobiliſq̃ ipſe oés mouet ad ſe. In mundo medio.i.cæleſti cęlum empireū noué itidé ſphæris cæleſtibus q̄ſi dux exercitui præeſt/quæ cū ſingulæ motu inceſſabili uoluanť illud tn̄ deum imaginans imotū eſt. Sunt & in mundo elemétari poſt materiá primam ipſius fundamentū noué ſphęræ formaꝝ corruptibiliū. Tres.ſ.corporꝝ uitæ expertium quæ ſunt eleméta & mixta/tum inter hæc media:quæ mixta qdé ſed impfecta quales in ſublimi quæ fiunt impreſſiones. Tres uegetabilis naturę:quę in tria primū genera diuidiť:herbarū fruticū & arborū: Tres aíæ ſenſualis quæ aut impfecta eſt qualis quæ in Zoophitis aut pfecta quidem:ſed intra terminos irrōnalis phátaſię/aut qd' ſummum in brutis eſt humanę ét capax eruditiōis:qd' quaſi me-

Q uid ueli ſciſſio ꝑ Chriſti mortem ſignificet

Tres cáæ mundorū in unū ꝑ Anaxagoram cōuenientiæ a Platóicis Pythagoriciſq̃ explicitæ

Exéplar ꝓpoſitæ ueritatis

Decem ſphæræ mūdi itellectualis

decé ſphęræ mundi cæleſtis

decé ſphęræ mundi elem̄taris

Corpus

Natura

Anima

dium eſt inter hominem & brutum ſicut Zoophitum medium eſt inter brutum/ & plantam. Sed de his plura q̃ opus ſit. hoc tantum addiderimus mundorum mutuam continentiam ſacris etiam litteris indicari: Cum & ſcriptum in pſalmis ſit q creat cælos in itellectu/ & angelos dei legimus ſpiritus eſſe & miniſtros eius flammam ignis urentis: hinc ſæpe diuinis cæleſtia cognomenta ſæpe etiã terrena: dum nunc per ſtellas nunc per rotas & animalia: nũc per elementa figurantur: hinc & terrenis ſæpe cæleſtia nomina. Q uoniam. ſ. aſtricti uinculis concordiæ uti naturas ita etiam appellationes hi omnes mundi mutua ſibi liberalitate condonant. Ab hoc principio (ſiquis fortaſſe hoc non dum aduertit) totius ſenſus allegotici diſciplina manauit. Nec potuerũt antiqui patres aliis alia figuris decenter repreſentare niſi occultas (ut ita dixerim) totius naturæ & amicitias/ & affinitates edocti. Alioquin nulla eſſet ratio cur hoc potius hac imagine aliud alia q̃ contra repreſentaſſent. Sed gnari omnium rerum & acti ſpiritu illo qui hæc omnia non ſolum nouit: ſed fecit naturas unius mundi per ea quæ illis in reliquis mundis nouerant reſpondere aptiſſime figurabant. Q uare eadem opus cognitione (niſi idem adſit & ſpiritus) his qui illorum figuras & allegoricos ſenſus iterpretari recte uoluerint. Eſt autem præter tres quos narrauimus quartus alius mundus in quo & ea omnia inueniantur quæ ſunt in reliquis. hic ipſe eſt homo qui & propterea ut catholici dicunt doctores in euangelio omnis creaturæ appellatione cenſetur: cũ prædicandum hominibus euangelium: non autem brutis & angelis: prædicandũ tamen omni creaturæ a Chriſto demãdatur. Tritum in ſcholis uerbum eſt eſſe hominem minorem mundum: in quo mixtum ex elementis corpus & cæleſtis ſpiritus & plantarum anima uegetalis/ & brutorum ſenſus/ & ratio/ & angelica mens/ & dei ſimilitudo conſpicitur. Q uattuor igitur hos mundos ſi ſtatuamus credibile eſt Moſem dicturum de mundo ſufficienter: de his omnibus diſſeruiſſe: & cum naturam ſcriptor effigiet ſi ſit naturæ conſultus qualem hũc noſtrum ſi quem alium credimus: credibile eſt doctrinam de illis non aliter diſpoſitam q̃ in ſe ipſis illos omnipotens deus opifex diſpoſuit: ut ſit ueta ſcriptura hæc Moſeos imago mundi expreſſa: quemadmodum legimus etiam ei præceptum in monte ubi hæc didicit ut omnia faceret ſecũdum exẽplar quod in monte uiderat. Primum igitur quod eſt omnium maximum ſicut oſtendimus quæ ſunt in omnibus mundis contineri in ſingulis: debuit Moſes æmulator naturæ de nullo uſquam ex illis mundis agere: quin ſub eiſdem uerbis eodemq; cõtextu de omnibus ſimul pariter ageret. V nde quadruplex ſtatim totius moſaicæ lectiõis expoſitio naſcitur/ ut primo loco quicquid ibi eſt ſcriptum: de angelico mũdo & inuiſibili nullam omnino de aliis mentionem habentes enarremus. Secundo loco itidem omnia de cęleſti mũdo: Tum de ſublunari hoc & corruptibili: Q uarto de natura hominis. Nam ſi nuſquam de itelligibili puta tractabitur: quin ſicut ille in ſe poſtremas omnes naturas continet: ita & eadem de reliquis mũdis nos ſcriptura admoneat: poſſumus certe immo debemus omnes particulas de omnibus interpretari. Rurſus ſicut naturæ quanq̃ in ſe ipſis promiſcuæ inuicem contineantur diſcretas tamen proprias ſedes: & peculiaria quædam iura ſortitæ ſunt: ita & ſi ſingulis in partibus præſentis operis de quadruplici natura eadem ſerie litteræ diſſeratur: credendum tamen prima in parte de prima agi natura peculiarius/ atq; eodem ordine deinceps in reliquis: V nde & quintæ exoritur expoſitionis neceſſitas. Accedit quod qua ratiõe hęc ſunt

Apud ſacras lĩas mundorũ quoq; idicium

Q uartus ſupiorib⁹ Mundus ideſt homo addit

De his oĩbus mundis tractaſſe Moſem ſcripturã hãc imaginẽ eſſe naturæ

Radix q̃druplicis expoſitionis

radix quitæ expoſitionis.

hæc ſunt diſtincta:quia tamen nulla eſt multitudo quæ non ſit una diſcordi qua-
dam concordia ligantur & multiformibus nexuum quaſi cathenis deuinciuntur.
Quod cum toto etiam opere agere Moſem ſit ueriſimile:ad ſextam iam nos iter- Radix ſex
pretationem uel inuitos uocat.In qua oſtendemus quindecim eſſe modos.Qui- tæ expoſi
bus rem aliam alii cognatam uel coniunctam intelligere poſſumus: & cum neq; tionis
plures ſint nec pauciores/ita eos omnes & ſufficiēter/& dilucide a ꝓphetā expreſ
ſos:ut nihil expreſſius unquā de rerꝫ natura ſcripſerit Ariſtoteles.Poſtremo quē-
admodū ſex diebus geneſeos ſabbatū ſuccedit:ideſt qes:Congruū ut & nos poſt ꝓ
cedentium a deo rerꝫ ordines diſtributos:& explicatam eorꝫ unionē & differentiā
fœderaq; & habitudines ſeptima iam & ſabbataria(ut ſic dixerim)enarratiōe de Radix ſe-
creaturarꝫ fœlicitate:deq; reditu ad deū q per Moſaicam:& Chriſtianam legē elō ptimæ ex
gato inde ob peccatum primi parentis homini contigit aliqua perſtringamus: te poſitionis
ſerantes quæ de his in præſenti ſcriptura Moſes apertiſſime occultauit:ut fiat pa
lam de Chriſti aduētu de eccleſiæ ꝑfectu de gentium uocatione expreſſiſſimū hic
uaticiniū legi.Vt ſit uere hic liber:ſiquis alius talis:liber ſeptē ſignaculis obſigna
tus:plenus omni doctrina:oībus myſteriis.Non aūt imitabimur eos qui aggreſſi
aliquādo hāc mūdi creationē exponere.Quicqd uſq̄ apud philoſophos & apud
theologos de deo de angelis de materia de cælo deq; tota natura diſputatū ē huc
congeſſerūt.Quod apud hebręos maxime Iſaac Perſa/& Samuel ophinides pec Iſaac pſa
cauerunt:Sed ſolū qd ſibi Moſaica littera uelit:Quid uerborū contextus uel in- Samuel
dicet uel ſignificet declarare pro uiribus annitemur.Nec ſi oſtendemus per firma ophinideſ
mentum puta octauam ſphæram ſignificari ſtatim de illa exordiemur diſputatio
nem quo pacto rapiat cæteras ſphæras:quot ſignis diſtīcta:quot imaginibus:ſim
plici ne motu:an potius duobus an uerius tribus i diuerſa rotet̄.Aut ſicubi dictio
ne aliqua indicari hominis animū dixerimus digrediemur ad oia quæ ſcribuntur
de aīa enucleanda:ſed ea tm̄ de unaquaq; re ſtrictim etiā & curſim annotabimus:
de qbus mentionem auctor expreſſam facere uideatur.Dixi ſtrictim etiam & cur Scripta
ſim:quia nō illud hoc opere eſt conſilium/ut qui hæc alibi non didicerunt hic pri hæc erudi
mum diſcant:ſed ut quæ ſciunt iam eſſe uera in prophetæ uerbis agnoſcāt:& quæ tis non ru
immenſis uoluminibus digeſta a theologis & philoſophis legerūt:quo pacto hic dib᷒ pħiæ
paucis & comprehenderit/& occultauerit intelligentes:reuelata facie legiſlato- deman-
rem loquentem audiant.Quod ſiquis etiam forte actus ſpiritu ſanctæ ruſticita- dantur
tis non tam petita hæc altius myſteria non probauerit q̄ ſimpliciorem potius:&
ſibi accommodatiorem optauerit ſacri contextus enarrationem:Iubebo eum pri
us meminiſſe Pauli præcipientis/ ne aut qui manducat non manducantem ſper- Paulus
nat:aut qui non manducat manducantem iudicet:Tum ipſum non meis/ſed Au- Auguſti.
guſtini in ipſa etiam ſua in geneſim expoſitione alloquar uerbis in hunc modum.
hæc tu ſi potes appræhendas:ſi non dum potes relinquas ualentioribus. Tu ue- Virtus
ro cum ſcriptura non deſerente infirmitatem tuam/& materno inceſſu tecum tar ſcripturę.
dius ambulante proficias:Illa enim ſic loquitur ut altitudine ſuperbos irrideat:
profunditate attentos terreat:ueritate magnos paſcat:affabilitate paruos nutri
at. Sed redeamus ad nos: & ab ipſo corruptibili mundo quem habitamus exor-
dientes præſtemus quantum ſcilicet poſſumus quod polliciti ſumus. Alioquin
& in magnis eſt ſatis uoluiſſe:& ut inquit Pomerius magnarum rerum magnus Pomerius
conatus profectus eſt.

Moſaica uerba exponenda.

Verba ipſa prophetæ quæ exponenda ſuſcepimus hæc ſunt.

Dies primus IN principio creauit deus cælū & terrā:terra autē erat inanis & uacua:& tenebræ erant ſuꝑ faciē abyſſi:& ſpūs dn̄i ferebaẗ ſuꝑ aquas:& dixit deus fiat lux & facta eſt lux:& uidit deus lucē ꝗ eſſet bona:& diuiſit lucē a tenebris appellauitqꝫ lucē diem & tenebras noctē:factumqꝫ eſt ueſpe & mane dies unus. Dixit quoqꝫ deus fiat firmamentū in medio aquarū:& diuidat aquas ab aquis:& fecit deus firmamētū diuiſitqꝫ aquas quæ erant ſub firmamēto ab his quæ erant ſuꝑ firmamentū:& factū eſt ita:Vocauitqꝫ deus firmamen-

Dies ſecūdus tū cælum:& factum eſt ueſpere & mane dies ſecūdus.Dixit uero deus cōgregenẗ aquæ quæ ſub cęlo ſunt in locum unum & appareat arida:& factū eſt ita & uocauit deus aridam terram:congregationeſqꝫ aquaꝝ appellauit Maria:& uidit deus qđ eſſet bonū:& ait germinet terra herbā uirentē:& facientē ſemen & lignū pomiferū facientē fructū iuxta genus ſuum:cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuꝑ terrā:& factum eſt/ita & ꝓtulit terra herbā uirentē & facientem ſemen inxta genus ſuum lignūqꝫ faciens fructū:& habens nnūquodqꝫ ſementē ſm ſpēm ſuā & uidit deus qđ

Dies tertius eſſet bonū:& factū eſt ueſpere & mane dies tertius.Dixit aūt deus:Fiant luminaria in firmamento cæli & diuidāt diē ac noctē & ſint in ſigna & tpa & dies & annos ut luceant in firmamento cæli:& illuminent terrā:& factū ita fecitqꝫ deus duo luminaria magna luminare maius/ut præeſſet diei:& lumīare minus ut præeſſet nocti & ſtellas & poſuit eas in firmamēto cæli ut lucerent ſuꝑ terrā:& præeſſent diei ac nocti & diuiderēt lucē ac tenebras:& uidit deus qđ eſſet bonū:& factum eſt ue-

Dies q̄rtus ſpere & mane dies quartus.Dixit etiā deus ꝓducant aquæ reptile animæ uiuētis & uolatile ſuꝑ terrā ſub firmamēto cæli:Creauitqꝫ deus cete grādia & oēm aīam uiuentem atqꝫ motabilem quas ꝓduxerant aquæ in ſpēs ſuas:& omne uolatile ſecundum genus ſuum:& uidit deus qđ eſſet bonū:benedixitqꝫ eis dicens. Creſcite & multiplicamini & replete aquas maris:aueſqꝫ mnltiplicenẗ ſuper terram:& fa-

Dies q̄ntus ctum eſt ueſpe & mane dies q̄ntus.Dixit quoqꝫ deus ꝓducat terra aīam uiuentem in genere ſuo:iumēnta & reptilia & beſtias terræ ſecūdum ſpecies ſuas: factumqꝫ eſt ita:& fecit deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas:inmenta & omne reptile ter-

Dies ſextus ræ in genere ſuo:& uidit deus quod eſſet bonū & ait.Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram & præſit piſcibus Maris & nolatilibus cæli & beſtiis uniuerſæ terræ omniqꝫ reptili quod mouetur in terra:& creauit deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam ad imaginem dei creauit illum.

Hactenus exponendū Moſem ſuſcepimus. Totam autem expoſitiōem in ſeptem libros ſiue tractatus partitus ſum:potius ut imitarer Baſilium & Auguſtinū quā propterea quod hac crebra diſtinctione quaſi interiungens legentis intentio recreatur.Accedit quod cum ſeptem ſint expoſitiones ſeptem libris digeſtæ ſingulīqꝫ libri ſeptem capitibus diuidantur ſeptem creationis diebus omnia reſpondēt. Factum item a nobis ratione congruentiſſima: ut quemadmodum ſeptima dies apud Moſem ſabbatum eſt:& dies quietis:Ita expoſitio quælibet noſtra ſeptimo ſemper capite in Chriſtum deriuetur: qui & finis eſt legis:& noſtrum eſt ſabbatum noſtra quies noſtra fœlicitas.

Expoſitio

EXPOSITIO PRIMA DE MVNDO ELEMENTARI.

Libri Primi Caput Primum.

NAturales Philoſophi qui de natura reꝝ corruptibiliũ diſ-
ſerunt de pricipiis earũ ſic ſtatuũt in uniuerſum: eſſe mate
riã rudẽ formaꝝ expertẽ idoneã quidẽ oĩbus formis ſuſci
piẽdis ſua tamẽ natura oĩbus priuatã: Quare præter ma-
teriã priuationem etiam faciũt principiũ reꝝ naturaliũ.
Adiecit Auerrois eſſe materiam trino dimenſu in longitu
dinẽ latitudinẽ altitudinemq; ꝓtenſam: ne. ſ. res corporeæ
de incorporeo ſubiecto fieri dicerent̃. Tũ afferũt trãſmu
tãtẽ cãm quã uocant efficiẽtẽ. Cuius ui tractata materia:
quod eſt potentia actu fiat aliqñ queadmodũ mollis cera
& indefinita ductu manus atq; tractatu in diuerſas figuras pro tractãtis arbitrio
trãſformat̃. Qm̃ aũt nihil natura temere agit ſed boni alicuius cõſequẽdi gratia fi
nalis cã ſe ſtatim infert: & ꝓximus quidẽ finis agentis cæ forma eſt quã de mate-
riæ gremio eruit. Hoc. n. illã cõſilio agit & uerſat ut ad pfectũ habitũ formæ illã p
ducat: unde & forma tertiũ pricipiũ ab Ariſtotele ſtatutũ. Hæc aũt de materiæ ſi
nu educi nõ põt niſi affectæ prius & p̄paratæ cõgruis qualitatibus: Circa quas to
tus opificis labor tota actionis mora cõſumitur ipſa. ſ. ſpẽ indiuiduo momẽto q̄ſi
p̄mio laboris ſtatim effulgẽte. Opificẽ ipſum cãm potius q̄ principiũ uocãt Peri-
pathetici. Diuinoꝝ aũt memores ſemꝑ diuini Platonici admonitos nos uolũt na
turales agẽtes cauſas: & ſi ſolæ appareãt nobis quæ corpora agãt forment & trãſ-
mutẽt haud tñ primarias eſſe cauſas eoꝝ quæ fiũt: ſed iſtrumẽta potius diuinæ ar
tis cui obediũt & famulant̃. Queadmodũ fabri manus & ſi ipſæ totã domus ma-
teriã ligna lapides cemẽta cõponãt ordinẽt & trãſmutẽt: nihilq; uideat̃ pręter eas
in domus fabrica uerſari nouimus tñ organũ illas eſſe obediens arti & ſeruiẽs quę
cõſtituta in aĩo architecti domũ q̄ ſimul concepit particulatim digerit explicatq;
inſenſibili materia: hic factũ ut ipſi duas cauſas adiiciãt orgãicã & exẽplarẽ. Quod
neq; negãt peripathetici: Immo cõfirmãt apud quos tritũ illud: Omne opus natu
ræ opus eſſe intelligentiæ. hæc ſunt quę cõmune dicunt̃ de rebus corruptibilibꝰ:
quæ oĩa ita in ope primi diei cõplexus eſt Moſes ut neq; certius neq; aptius de his
quicquam dixerint philoſophi probatiſſimi.

principiũ reꝝ naturaliũ materiã ꝓ trinã dimenſionem: & priuatio-nẽ ponit.

Efficiens cauſa
Finis
Forma
Materiæ diſpõnes

Naturales cãs agẽtes organa eſſe diuinorum.
Cauſa Organica & exẽplaris

Caput ſecundum

Principio igit̃ duas ſtatuit cauſas agentem & materiã eã. ſ. quæ actu & eã quæ eſt
potẽtia illã cælũ hãc terrã uocat cui noſtræ expoſitiõi atteſtat̃ primũ auctoritas
ſtoicoꝝ qui agentẽ cãm cælũ materialẽ terrã uocauerũt: ut ſcribit Varro ne Græ
cos cõmemorẽ. Atteſtat̃ & ratio. Nã & materia deſpicatiſſima oium naturaꝝ uti
eſt terra oĩum elemẽtorũ: & ſimili oĩno ꝓportione rñdent: ut ꝓbant Peripathetici
agẽs materiæ & terræ cælũ. Terra aũt hæc ideſt materia inanis & uacua ut trãſtu
lit Hieronymus uel ut ſeptuaginta inuiſibilis & incõpoſita: & hæc quidẽ oĩa rudi
materiæ informiq; cõueniũt quæ & expers formaꝝ oĩum merito inanis & uacua
dicitur & oĩno incõpoſita & inuiſibilis eſt. Verũ Hebraicæ dictiones tou & bou
quæ hoc loco legunt̃ a pluribus Hebræis aliter exponunt̃. Tou quidẽ rem brutã
interpretant̃ ſtupentẽ attonitã. Quod ad materiæ etiã tenebricoſam deformẽq;
faciẽ ab illis refertur: ob eã cauſam ꝙ intendentes nos in illius cognitionẽ attoni-
tos reddit: ꝓpter quod & Ariſtoteles ꝓportione: & Plato notha ratione cognoſci

materialis cauſa terra: agens autẽ cælũ a ſtoicis
Dicebat̃ Varro
Tou bouq; interpretatio
Ariſtote.
Plato

a nobis illam dixerunt. Bou aũt ex ui dictionis incohationẽ & rudimentũ formæ multi exponunt. Idem enim ſi uerbũ uerbo reddamus eſt bou ac ſi dicamus in eo eſt ſiue eo aliquid eſt. Quod ſi ſequamur præter ſubiecti potentiã inchoatã in eo formã intelligemus. Quod nõ ſolũ Albertus & plures Peripathetici ſed ueteres etiã Hæbrei crediderunt ut ex monumẽtis antiquiſſimi Simeonis aperte colligimus. Verũ quo pacto hæc ſit inchoatio accipienda declarat adiiciens: & tenebræ erãt ſup faciẽ abyſſi. Abyſſum uocat terrã ideſt materiã trino dimẽſu in altiſſimas ꝓfunditates extẽſam. Sup hãc tenebræ ideſt priuatio eſt: principiũ apud Peripatheticos in primis celebre cui nulla magis appellatio q̄ tenebraꝝ congruerit. Eſt aũt priuatio qua differt a negatione ut magnus Albertus cõſtantiſſime uult ipſa hæc de qua dicimus inchoatio formæ de qua re idẽ phs copioſe & ſubtiliter diſſeruit. Præterea ſi ſubeſt terra aquis & irrigata inde parturit quæ poſtremo & pariat: nõne aquæ hoc loco accidẽtes materiæ qualitates & affectiones ſignificabũt quæ uel ſuo fluxu tractabiliq; natura aquaꝝ ſpeciem gerunt: Quibus ut ita dixerim humectata materia parturit formã quã extremo tẽporis momento edit in lucẽ. Sup has aquas ſpiritus domini ideſt uis cauſæ efficientis dñi organũ & inſtrumentũ merito ferri dicit. neq; dicit ferri ſup terrã quia nõ attingit agens ſubiectũ aut permeat niſi mediis illis intercedẽtibus qualitatibus: quas dum uerſat & agit oritur lux ideſt formæ ſpecies & decor tenebraꝝ quas diximus ideſt priuationis expultrix & fugatrix. ſitq; dei uoce ſic imperantis: qa nihil agũt cauſæ naturales: qđ nõ diuinæ artis ordo ꝑceperit. Tum ſit ex ueſpere & mane dies unus: Cum ex potentiæ actuſq; natura ſubſtãtia tertia qđ cõpoſitũ dicimus diſſultauit: eſtq; ratio iam manifeſta iuxta hũc ſenſum cur dies unus dixerit nõ primus & merito lucem uidit quoniam bona. Cum nihil ſit aliud natura formæ quã primi boni imago tenuis & umbratilis ſimilitudo. Hactenus in uniuerſum de corruptibili ſubſtantia qualis omnis quæ infra lunã eſt: ubi & cælũ & terrã ideſt trãſmutãtẽ naturã & eã quæ trãſmutat & terrã eãdẽ ideſt materiã uidimus inanẽ omni ſpecie ſubſtantiæ uacuam item omni forma accidentali: Superq; eã in trini dimenſus abyſſos extenſam priuationis tenebras inſidentes: non quidem illi intimas (Neq; enim priuatio materiæ eſſentia eſt ut probat Ariſtoteles) ſed extremã eius faciem occupantes. Vidimus item ſuper aquas ideſt fluxas diſpoſitiões materiæ quaſi terræ præſentes ferri ſpiritum domini ideſt uim cauſæ agẽtis non uti cauſam principalem: ſed uti ſpiritum domini ideſt organum diuinæ artis quomodo ſpiritus noſter uitalis organum animi eſt. & ſtatim tractante ſpiritu aquas illas & peruadẽte ſubiectum iuſſu dei artificis exorta eſt lux ideſt formæ decus & ſplendor.

Albertus — Antiquus Simeon — Abyſſus — Tenebræ — Priuatio quid ſit — Ex mareriç diſpoſitiõe origo formæ inſpicitur — Lux a formæ ſpecie habet ortum — Veſpere maneq; adiũctis dies unus effectus — Quid ſit natura formæ — Epilogus — Contra Ariſtotelem propoſitio — Spiritus dñi expoſitio

Caput tertium.

Quoniã aũt a cõmunibus generalibuſq; ad ſpecialia recte ordine deſcẽdimus ut ꝓbat Ariſtoteles: facturus hoc idem Moſes: poſtq̄ dixit de his quæ cõmunia ſunt rebus omnibus elemẽtaribus: elemẽtalem totã ſubſtãtiam ſecunda die trifariam diuidit. Primo aũt intelligendũ materiales omnes formas: aquarũ appellatiõe ab illo hic deſignari quæ cõgruere magis ne poſſit quidẽ. Eſt enim in ſphæra hac reꝝ generabiliũ & corruptibiliũ ſtante materia quaſi alueo mari uti fluxus refluxuſq; undarum perpetuus indeſinens abeuntiũ & aduẽtantiũ formaꝝ cõmeatio. Generatio ſcilicet præterit ut inquit Salomon: & generatio aduenit. terra autem ſtat in æternum: Vocant enim & formę iſtæ apud Platonicos imitatores ſemp hebraicę

Ariſtote. — Quid per aqs ſecunda die intelligam' — Salomon — Platonici hebræorũ imitatorẽs.

diſciplinæ

diſciplinæ generationes potiuſq̄ formę quod fieri quā eſſe dici uerius poſſint. Ob quā etiā cauſam factum ut quo ſupra nomine: aquarū ſcilicet: materiæ qualitates & accidētales formas uocauit: eodem hic uocauerit etiā ipſas materiales ſubſtantias: ſcilicet ut admoneret nō id quidē quod credidit Alexander eſſe qualitates ipſas elementis formas ſubſtātiales: ſed quod Platonici magno opere cōfirmāt eſſe ſpeciem omnē quæ in materia eſt ad accidentis fere potius q̄ ad ueræ ſubſtantiæ conditionē referēdā. Quem titulum ſibi illa legittime uendicant quæ per ſe ſtāt ſibi ipſis innixa & id quod ſunt uera ſunt ratione: in mixta rebus peregrinis & minime adulterata Heraclitus ſenſibiliū rerū ſubſtātiā uocauit mare & apud poetas in uolucris fabularū uelantes philoſophiā: Cum poſt Saturniā unitatē ideſt mūdi intelligibilis unionē intra ſe oīa implicātis in tres ptes ſenſibilē mundū partirent: cæleſtēq; adſcriberēt regionē Ioui: ſubterraneā Plutoni: Neptūno aūt mediā hāc ſ. quæ a Luna ad terrā ꝑtēdit: de q̄ nūc agimus: Neptūnū maris dn̄m dixerūt: qui idē apud Platonicos pro ea uirtute accipit: quæ generatiōibus præeſt. Sed redeamus ad Moſem diuidētē aq̄s ab aqs medio firmamēto. Triplex .n. partitio corporū ſublunariū. Alia ſupra mediā regionē aeris ſunt ſuprema .ſ. pars eiuſdē elemēti & puriſſimus ignis qđ totū ætheris noīe deſignat: Ibi pura in mixta & legittima elemēta: Alia infra ipſum aeris meditulliū quæ apud nos ſunt ubi elementū purū nullū (Neq; .n. purū elemētū ſenſibile) ſed mixta oīa ex fœculenta craſſioreq; pte mūdani corporis cōſtāt. Intercedēs regio æris quæ hic dicit firmamētū: unde & aues ſub firmamēto cœli ab eo uolātes introducunt: ea eſt regio in qua ſublimes illę impreſſiones apparent: pluuiæ: niues: fulgura: tonitrua: cometæ: & cætera id genus. Vide aūt quā recte nō ſolū ſitu: ſed & naturæ ꝓprietatæ hoc firmamētū ſuperiora elemēta ab inferioribus q̄ſi aq̄s ab aqs diſcriminat & diſtinguit. Supra eā pura ſunt elemēta: infra eā pfecta mixtione ab elementali ſimplicitate diſcedunt: inibi mixta fiunt ſed imperfecta mediaq; ut dicatur ueriſſime inter mixtorum elementorumq; naturam.

Alexāder

Heraclitus Poeta

Tribus diis ad ſcripta regna

Prima partitio

Secunda

Tertia

Collige triplex elementum

Caput quartum.

Sed uideamus qd ultra Moſes philoſophet cōgregentur inquit aquæ quæ ſunt ſub cælo ī locū unū: & appareat arida. Arida materia eſt uti iā cōſtituimus nec apparet materia aut conſpicit niſi formarum ſpeciē induta: ſed neq; apparet induta ſpeciem elementi: qa ut diximus & probāt philoſophi elementū ſimplex nec uideri nec tāgi nec ſub ullū oīno ſenſum cadere pōt. Si igitur quæ inuiſibilis olim fuerat terra futurū eſt ut ſub conſpectū ueniat neceſſe eſt aquas quæ ſub cælo ſunt .i. ſub media aeris regiōe cōgregari ad locum unū .i. ad cōem mixtionis colluuiē cōfluentes certis legibus tamē quaſi littoribus præſcriptam in unam mixtionis formam coaleſcere. Quod aquis inferioribus ut oñdimus non item ſupioribus accidit: ubi aut nulla prorſus aut imperfecta mixtio. Quod ſi anima uegetalis mixtionis formam ſtatim conſequit: Quid aliud a noſtro philoſopho expectabamus. q̄ ut poſt illam aquarum congregationem induceret ſtatim terram herbarum fruticum arborumq; fœcundam.

Quomodo terra ſeu arida ab aquarū multitudine ſit diſiuncta

Quid cauſæ terram ſtatim plātas germinaſſe

Caput quintum.

Quāq̄ hinc uidebat ordine cōſequēti ad aīalia trāſeūdum quorū aīa uegetali ꝓxime iūcta eſt: tñ qm̄ ab aīalibus ad hoīem itur: in quē deſinit de mūdo corruptibili oīs tractatio: iccirco interiecit Moſes aliq̄ de his quæ fiunt in firmamēto: & qbus ipſum ornat uti terra ornat his q̄ in ea fiūt metallis plātis & aīantibus. Sunt aūt hæc impreſſiōes illæ quæ ī ſublimi .i. in media regiōe aeris fiūt. hāc ſupra & cælū

quod ē firmamentū
Ennius
Duæ primæ cauſæ

& firmamētū uocauit:hic aūt firmamētū cæli: ut ſciamus nō illud eē qđ uere eſt cælū:ſed qđ cælo ſubeſt. Quare & Ennius in achille hanc partē ſubiices dixit:ꝓpterea qđ cælo ꝓxime ſit ſubiecta.has āt impreſſiōes ſedarias ſtellas & ſydera & aſtra a phis nūcupari notius ē q̄ ut pluribus comprobet̃ aut durinſculū uideri alicui poſſit nos de illis exponere quæ de ſyderibus hic dicunt̃.Q m̄ aūt hoꝝ oīs diuerſitas ad duas prias cās referẽ caliditatē & frigiditatē referem͛ cōueniēter quę a cā ſunt calida ad ſolē quæ uero a frigida ad lunā. Neq; ob id ſolū & ſolis & lunæ & reliquorū ſyderū hæc ſibi appellationem uindicāt qđ idē ſint ipſa īferiori cælo qđ illa ſunt ſuo q̄q̄ diuiniori:uel ꝗ item ſimili facie ſe oſtendāt hoibus lucētia pariter & coruſcātia:quā qđ alia ex illis aliud in cælo ſydus tāq̄ principē & ducē ſequant̃.Vnde & ſigna eaꝝ ſunt reꝝ:quæ ſydera a qbus fuerint excitata portēdere inferioribus ſoleant.huic rei argumento eſt illud quod motum ſyderum ſequuntur quorum ui & influxu de terreſtri confecta materia ideſt uaporoſo halatu conſiſtunt

Caput ſextum.

Pythagoricoꝝ opinio
Timeus

Manifeſta iam quæ ſequuntur de animaliū deq; hoīs productione. Poſt plantas enim ea ſunt mixta quæ ſentiūt & monent̃:q̄q̄ & plātis ſtupidū ſenſum ad ſcribāt. Pythagorici:qđ ī ea quā parturimus cōcordia lōgioris ſubſellii ope diſcutiemus. Hæc autē animātia quæ citra oēm controuerſiā motu ſenſuq; participant:& hic a Moſe & in Timeo inuolatilia & inaqs degētia & terreſtria diſtinguuntur.Supremus omnium & princeps homo:quo mundi corruptibilis natura progreſſa ſiſtit pedem & receptui canit.

Caput ſeptimum

Chriſtus nr̄a fœlicitas

Quēadmodū aūt inferioꝝ omniū abſoluta cōſumatio eſt homo:Ita oīum hominum abſoluta eſt cōſumatio Chriſtus. Quod ut dicunt philoſophi ab eo qđ uno quoq; in genere eſt pfectiſſimū ad cęteros eiuſdē ordinis quaſi a fonte oīs pfectio deriuat̃:Dubiū nemini eſt a Chriſto homine in oēs homines totius bonitatis perfectionem deriuari. Illi ſcilicet uni datus ſpiritus nō ad mēſurā ut de plenitudine eius omnes acciperemus.Vide quā haud dubiæ hæc ei perogatiua debeatur deo & homini:quæ etiam qna homo eſt peculiari ei & legittimo priuilegio conuenit.

EXPOSITIO SECVNDA DE MVNDO CAELESTI. PROOEMIVM.

Trescauſas q̄re Moſes figurate ſcripſerit

SVrgamus ab elementis ad cælum:a corruptibilibus ad incorrupta corpora:ut palam omnibus ſit eiſdē nerbis quibus de elementali nobis tot natura monſtrata ſunt:de cæleſtibus item altiſſima dogmata a propheta comprehenſa.Quod cum nobiſcū aīo reuoluemus:erit præter ea quę diximus in procemiis alia nobis in ꝓmptu ratio.Cur gratia exempli dicturus Moſes de agente canſa & de materia non illam agentem expreſſis nerbis hāc materiā nocanit:ſed cælū & terrā:& materiæ diſpōnes:nō q̄litates ut dicunt phī ſed aq̄s:& formā lucē potius q̄ formā appellauit:Cometas itē & fulmina & cætera id genus nō ꝓpriis cognoīb͛:ſed aſtra & ſtellas noīauit:atq; ita de reliq̄s.In exordiis qdē allata fuit a nobis cū ueterum cōſuetudo ſcribēdi res grādes phyſicas & diuinas occulte & figurate: tū ruditas auditoꝝ q cū ſplendorē diſciplinæ Moſaicę ferre non poſſent:oportuit uelata facie uerba facere illis:ne q illumīnādi ſuſcipiebant̃:nimio lumine obcæcarent̃: Nūc tertiæ rōnis hēmus occaſionē:qa.ſ.ſi materiā & formā & q̄litates & cām agētem noīaſſet.poterāt illa qdē corruptibilis mūdi tractatibus deſeruire:nō aūt & reliq̄s.Quare illud eſt īcogitatum &

tũ & mirũ Moſeos artificiũ diuinaq; uere nõ humana induſtria eis uti dictióibus itaq; oróné diſponere:ut eadé uerba idé cõtextus eadé ſeries totius ſcripturæ figurandis mũdoꝝ oĩum & totius naturæ ſecretis apte cõueniat. Hoc illud eſt in quo Moſeos liber oém gétiũ & doctrinã & eloquétiã & ingeniũ ſupat.hoc nouũ illud & itactũ adhuc qđ nos afferre tétauimus: ut.ſ.factũ a Moſe id nr̃is hoĩbus re ipſa cõprobaremus. Hęc eſt idea hoc eſt exéplar abſolutiſſimi ſcriptoris:nõ ob id ſolũ ꝗ huiuſcemodi ſcribédi gen⁹(ut ſupra demõſtrauim⁹)naturã effigiat & ęmulatᷣ: ꝗ̄ ꝗ ſicut inter mẽtes angelicas auctore Dionyſio & diuo Thomã ſplendore nr̃æ theologiæ illa eſt ſuprema:quæ pauciſſimis ea notióibus & formis p intelligétiã cõprehédit:ꝗ̄ inferiores uariis & multiplicibus ita inter ſcripturas illa é ſũma illa apicé tenet oĩs pfectióis:quę pauciſſimis uerbis oĩa ueluti ſingula & cõgrue & ꝓfunde cõplectitᷣ.Sed qđ ꝓphãm ꝓdeuntẽ reuelata facie moramur ultra:ut de cælestibus nos myſteriis alloquatᷣ? prius tñ ꝗ̄ loquétem ipſum audiamus:ut ſimus uerborum illius capaciores præfari paucula quędã de cælo decimo utile fuerit.

Capur primum.

Supra noué cœlorũ orbes.i.ſeptem planetas & ſphærã octauã quã uocãt inerrãtem nonũq; orbé qui rõne non ſenſu deprehéſus eſt:primuſq; eſt inter corpa quæ mouentur:creditum eſſe decimũ cælum fixũ manés & quietũ:quod motu nullo participet.Neq; hoc tñ creditũ a noſtris maxime iunioribus Strabo & Beda ſed a pluribus ét hebræoꝝ:ꝑtereaq; phis & mathematicis quibuſdam.E quibus ſatis duos ſit attuliſſe Abraam Hiſpanũ aſtrologũ maximũ & Iſaac phm:quoꝝ uterq; hoc atteſtatᷣ.Quin & hic Iſaac decimũ orbé ab Ezechiele deſignatũ itelligit per Zaphirũ in ſimilitudiné throni:ut color Zaphiri lucis nitoré: throni ſimilitudo immobilitaté eius ſignificet.Figuratas ité intelligit decé ſphæras a Zacharia per cãdelabrũ aureũ diſtinctũ ſepté lucernis:& lãpadé ſup caput eius:tum ſup lãpadem oliuas duas.Cum enim ſepté lucernæ ſepté planetas indicent:& lãpas circulũ octauũ tot luminib⁹ fulgétem:uult p duas oliuas idicari nonã & decimã ſphęrã:ppea ꝗ ex oliuis oleum defluit ad lãpadé & lucernas:ad luminis nutrimétum. Quare p rõnis ſimilitudiné cũ cæloꝝ quos nos uidemus lux a ſupremis illis emanet & cõſeruetᷣ(qui enim dat lucé idé cõſeruat)Merito illi quidé oliuis:hi autem lucernis & lãpadi cõparantᷣ. Veꝝ ſi non pñt eiuſdé aquæ duo primi fontes cõſtitui:neceſſe eſt ex illis duabus ſupremis ſphęris alteram eſſe:quæ ſit principiũ totius lucis. Quod ſi ad alterã ad primã utiq;.i.ad decimã referendũ eſt: ut ſit ipſa ꝗ̄ſi unitas luminũ:tũ ꝓxime lumen tota eſſentia ſuæ ſubſtãtię nona recipiat.Inde tertio ad ſolé plena pticipatióe ꝑueniat:a ſole aũt ꝗ̄rto iã ideoq; poſtremo gradu in oés ſtellas partibiliter diuidatur.Supra igr̃ noué cælos decimũ ſtatuamus:quem theologi uocãt empyreũ.Dubitatũ aũt a qbuſdã natura ne eét corporea an incorporea potius.Nã & unitaté forte decet ut nũero coelemétali rñdeat analogia naturæ:ita nõ eé genere eodem.Sed qcqd de hac qõne ſtatuatᷣ remaneat inconcuſſum/inibi eſſe theſauros lucis:& inde qcqd hr̃ luminis uiſiturq; in corporibus quaſi a prio fonte in cætera deriuari.Neq; enim obſtat ſiqs credere ptinacius ꝗ̄ uerius uelit nõ eſſe illũ natura uere corporea: qñ in phenicũ thelogia eſt:ut ſcribit Iulianus Cæſar in orõne de ſole:emanare lucem corpoream ab icorporea natura.Præeſt hæc igitᷣ nouem ſibi ſerie conſequenti ſuccedentibus cælis quaſi dux exercitui quaſi forma materiæ & Monados typum gerens denarium implet.

Mirum Moſeos artificium

Abſolutiſſimum ſcribendi genus

Dionyſi⁹ diuus thomas latinę Thelogiæ niror non iniuria

Decimam eſſe ſphæram ſeu globũ cæleſté/qué Theologi uocãt empyreum/ cum ſtrabus ac beda tũ abraam & Iſaac per Zaphirũ Ezechielᷣ conſtituerunt

Nota

Quo pacto a decima ad ultimã ſphæram lux deſcendat

Quorundam dubitatio

Iulianus Cæſar

Caput ſecundum.

Enarratõ uerborum prophetæ. Cælum & Terra

Veniamus ad Moſem q dicturus de oibus hũc tãq̃ primũ & principalẽ cęli peculiariter appellatiõe dignatus eſt: quẽadmodũ licet nouẽ choros ãgelicos: qa ptici pãt diuinitate uocare deos poſſumus. Vnde illud deus deoꝝ. Abſolute tñ cũ deũ dicimus nõ aliqnẽ ex eis: ſed indiuiduã trinitatẽ accipimus pſidẽtẽ illis quẽadmodũ & empyreũ cælũ nouẽ ſibi ſubiectis orbib⁹ præſidet. Terrã autẽ uocauit octo ſphæras poſtremas: neq; id ſine cauſa: ſed ob id factũ qm̃ huius numeri extrema ſibi terræ appellationẽ uẽdicãt.

De octaua ſphæra pythago. academicoꝝ ariſtoteliſq; ſententia

Ea ſunt luna & cælum ſtellatũ quorũ utrũq; terrã uocare & ueterũ auctoritate & rõe præterea cogimur. De ſphęra enim octaua frequentiſſimũ fuit in cademia dare illi terræ appellationẽ. Lunã item Ariſto. terræ ſimilẽ dixit imitatus .ſ. Pythagoricos: qui eã & terrã cęleſtẽ & terreſtre cęlũ appellãt. Sed uide quæ rõ ad utrũq; nos ducat: Si .n. in cælo quærimus elemẽta lunã terrã ſtatuimus infimã ignobiliſſimãq; oium ſydeꝝ: uti eſt terra oium elemẽtoꝝ opacitate itidẽ ſubſtãtię & maculis illi pſimilẽ:

Lucanus

Tũ aquã Mercuriũ uerſipelle ſydus & trãſformabile: iõq; apud Lucanũ undæ arbitꝝ appellatũ Venerẽ aerẽ temperato calore uiuificã ſolẽ ignẽ rõne manifeſtiſſima:

Stellarũ comentatio

Tũ ordine in uerſo martẽ ignẽ: Iouẽ aerẽ cognatũ Veneri natura: Saturnũ aquã ſenẽ .ſ. dãnatæ frigiditatis: reliquũ ut ſphærã octauã: & nõ erraticã terrã uocem⁹: uel ipſo ſic cõputatiõis ordine poſtulãte. Recte igit̃ hoc totũ qđ binis utrinq; terris cõcludit̃: ſupra quod nihil uiſibile nobis terrã uocauit.

Multarũ Virtutum lux receptaculum

Tũ ſubdit & terra erat inanis & uacua inanitate .ſ. lucis nõdũ a prio cælo ꝓpagatæ ad eã: & reliquarũ uirtutũ: quarũ uehiculũ eſt lux. Neq; hoc dicimus ex nobis: ſed ipſe auctor declarat: cuius rei dicat inanitatẽ adiiciẽs & tenebrę erãt ſup faciẽ abyſſi: altitudinẽ tãtã tot nũero orbiũ & mirã ꝓfunditatẽ iure abyſſum uocãs.

Quid Abyſſus

Veꝝ ne crederemus inter octauã ſphærã & ſedes empyreas nihil mediũ eſſe: ut crediderũt multi ſecuti inditia tãtũmodo ſenſuũ: admonuit nos orbis intercedẽtis: quẽ p aquas ipſe cũ figurauerit cõſonea iuniorib⁹ chryſtallinũ cælũ ẽ nũcupatũ.

Syrus Effren

Sup hũc ferebatur: aut ut ueritas hẽt hebraica: & Syrus Effren trãſtulit incubabat huic ſpũs dñi .i. ꝓxie adhærens ſpiritalis olympus ſedes ſpirituũ dñi fouebat eũ ſua luce uiuifica.

Per chryſtallinũ: locum inter octauã de cimãq; intelligit ſuper quem ſpiritus domini &c.

& recte ẽ factũ ut q attinẽs eſt pricipio lucis toto corpe & tota ſui mole lucẽ cõbiberet: ꝓpterea nobis inuiſibilẽ qa corpulẽtia ſolidiore nõ terminat̃. Illi igit̃ primũ icubãs ſuã lucẽ largiebatur empyreus: quæ mox & in reliqs ſphæras quas p terrã & p abyſſum dicimus dẽſignatas excuſſis tenebris deo ſic iubẽte eſt deriuata & factũ eſt ueſpere & mane dies unus: qa p lucis & ſuperni influxus receptionẽ fœderant̃ primis cæli inferiores.

Dies unus

Sũmatim igitur prima die & primi cæli eminẽtia i reliquos & deriuatio idẽ lucis ad eos: & p aquę ac terrę cognomina de noni orbis & alioꝝ multa ꝓprietatibus indicant̃.

Cap. iii.

Epilogus

Iam uero de motis orbibus particularius ꝓnuntiãs docet nõ erraticã ſphęrã quã dicimus firmamẽtũ mediã eſſe iter duas aquas: cuius dicti rõ mãifeſta ex his quæ diximus. nã & nonus orbis & ſaturni planetes ut declarauimus aquaꝝ ſibi appellationẽ uẽdicant.

Firmamentum inter aquas

Poſitũ ergo a deo eſt firmamẽtũ in medio aquarũ. & aquæ quæ ſunt ſub cælo congregatæ ſunt ad locũ unũ: & factũ ut appareret arida .i. terra totũq; hoc ꝓcuratũ ad ſalutẽ uiuẽtium.

Ex quo aquarum congregatio

Videamus qd hæc ſibi uelit. Moſeos dicta. Aquæ quæ ſub cælo ſunt ſeptẽ ſydera ſunt quæ ſũt ſub firmamẽto qđ uocauit cælũ: quoꝝ primus Saturnus. hæ aquæ cõgregatæ in locũ unũ iõ ſunt: qa oĩs planetaꝝ uirtus i uno ſole collecta ẽ: qđ oẽs phi oẽs mathematici uno ore cõfirmãt: &

ſi hæc

ſi hæc cõgregatio aquaꝝ dicta ẽ mare nõ abſurde hic ille erit oceanus q pr̃ deorũ Oceanus
& hoium ab illis dr̃ qui planetas deoꝝ noie dignati ſunt. Terra aũt qd aliud dice- Terra ap-
mus q̃ lunã ſic ab Ariſtotele & Pythagoricis nũcupatã: quæ cũ tota prædicti ma paret
ris undis obruit̃: nec utilis nobis nec uiſibilis itẽ eſt: ſed tũc & aialiũ & nr̃is uſibus
idonea: Cũ ab eo ſecedẽs mari magis magiſq; ſub aſpectũ uenit. Tunc fertilis tunc
fœcũda eoꝝ præſertim quę a uegetali natura ſunt: Cuius munera auctio nutritio
& generatio. In hæc.n. præcipua uis lunæ ut dixerunt chaldæi. Q d' & hic a Mo-
ſe apertiſſime demonſtrat̃. Cũ eã ſimul atq; apparet & herbaꝝ & fruticũ & arbo-
rũ parẽtẽ facit: Vide ut nobis naturam lunæ & ſolis pauciſſimis figurateq; ſub idi
cauit. Sed cur tacet de reliqs quẽ tractatuꝝ de oibus ſufficienter & docte in ꝓhœ
miis nr̃is ꝓmittamus. Cur inq̃ cũ de decima nona octauaq; ſphęra de Saturno itẽ Cur de q̃-
ſole & luna fecerit mẽtionẽ de quatuor q ſupſunt Venere & Mercurio Ioue itẽ & tuor pla-
Marte ne uerbũ quidẽ. Dixeris forſan iõ factũ qa rudis populus Solẽ tm̃ nouit & netis nul
lunã. Sed hoc ꝑfugiũ ipſe mihimet ademi: nec poſſum nõ erubeſcẽs iſthuc diuer- la mentio.
tere qui ſupra ſum atteſtatus nihil ppea omiſſum a Moſe quod ad ꝑfectam mũdo Solutio
rũ oium intelligẽtiã faceret. Dicat alius quod ſole ac luna egit egiſſe de reliqs: qd prima
hi regnũ obtinẽt cęli & cũ particularis aliorũ ſit uirtus: uniuerſali hęc duo ſydera Confuta-
influxu pollẽt. Sed neq; hoc nobis ſatisfacit: & debuit eadem rõne omiſiſſe Satur tio
num de quo tñ nos factã mẽtionẽ oñdimus. Altius credo latere myſteriũ ueteris Solutio
hebræorũ diſciplinæ: inter cuius dæ cælo dogmata hoc ẽ p̃cipuũ concludi a ſole ſecunda
Iouẽ & Martẽ: a luna uero Venerẽ & Mercuriũ. Nec ſi hoꝝ naturas ſydeꝝ penſi Cõfutatõ
temus obſcura eſt rõ opinionis: q̃q̃ ipſi rõnẽ nullã ſui dogmatis afferãt. Calat Iup Solutio
piter calat Mars: calat & Sol: ſed martis calor acer & uiolẽtus Iouis bñficus: i ſole tertia
eſt acre illud ac uiolẽtum Martis & Iouis beneficã ꝓprietatẽ uidemus. i. mixtam Affinitas
ex his tẽperatãq; mediã quandã ut ita dixerim naturã Iuppiter fœlix Mars infau- ſolis cum
ſtus ſol ꝑtim quidẽ bonus ꝑtim eſt malus radiatiõe bonus pocula malus. Eſt aries Ioue &
Martis domus cancer dignitas Iouis: ſol in cãcro ſublimitatẽ in ariete dignitatem Marte
adeptus manifeſtã cũ utroq; ſydere cognationẽ oñdit. Veniamus ad lunã quæ & Affinitas
aqs Mercurii mãifeſte ꝑticipat: & quantã hẽat cũ Venere affinitatẽ præſerti hinc lunæ cum
indicat q̃ ita in tauro Veneris domicilio ſublimat̃: ut nuſq̃ fœlicior aut magis bñ Venere &
fica iudicet̃. De cęlo igit̃ empyreo de nono orbe de firmamẽto de ſydere ſaturni: mercurio
deq; ſole ac luna q reliqua cõplectunt̃ ipſo ſilentio huius cõplexus nos admonẽs Epilogus
ſufficienter hactenus dixit.

Caput quartum.

Reſtabat ut poſtq̃ de natura ſydeꝝ dixerat de opibus deq; eoꝝ officio diſſereret
declarãs in quẽ uſum fundata & cui mũeri delegata a deo fuerint. Scito aũt agi ad
huc de cęlo ut de lucido corpe. nihil de itellectu nihil de motrice ui eius adhuc di
ctũ a ꝓphã quẽ ordinẽ etiã timæus ſeqtur. Primo corpus fabricãs tũ corpori abſo Timæus.
luto aium apponẽs: cæleſtiũ corpoꝝ duæ in uniuerſum manifeſtæ opationes mo
tus & illuminatio. Motu duplex ſtatuitur: alter mundi totius quo cælũ & æther. Motus
xxiiii. horis p totũ ſpatiũ uniuerſi ꝑfecto ambitu circũuoluũt̃: alteꝝ ſydeꝝ ꝓpri- Illumina
us multiplex & uarius ite quos pricipalis ẽ motus ſolis q ſpatio. xii. menſiũ Zo- tio
diaci ſigna oia circuit. Ille diẽ facit unde & diurnus dr̃: hic aũt annũ reliq ſyderũ
motus uariis tẽpoꝝ iterualis pagũtur. Recte igit̃ & breuiter nos oium admonu
it Moſes: cũ dixit poſita ſydera in firmamẽto i dies annos & tpa. Addidit in ſigna
qd' quia ſatis ab aliis iterptibus exponit̃ ego p̃tereo. Indicauit præterea expreſ

quid cœleſtia influant iſerioribus

Ariſtoteles

Auerrois

Abraam

Auicenna

Babylonii

ſe reliquã opationẽ ſydeꝝ quæ eſt illuminatio cũ dixit ſtatuta illa ut lucerẽt in cælo & terrã illuminarẽt. Quãq̄ aũt diuerſæ ſint ſnĩæ ueteꝝ qđ cœleſtia influãt inferioribus in quãlibet tñ apte cadũt Moſeos uerba. Nã ſi nihil aliud ifluũt q̄ lucem qđ uidet̃ Ariſtoteles uoluiſſe ſi religioſo & nõ ꝓ nr̃o arbitrio illius uerba iterpretemur: nihil poterit cogitari moſaicis dictis cõueniẽtius: ſi præter lucẽ calorẽ etiã influunt nihilq; præterea aliud ut Auerrois arabs & Abraam iudęus uolunt ſatis fuit dixiſſe de luce a qua idẽ auctores ꝓuenire calorẽ fatent̃. Si itẽ plures aliæ uirtutes atq; multiplices iſthuc cælitus demittũtur ut Auicẽnę ut Babyloniis uiſum non temere de ſola luce mentio facta: qñ ut ipſe ſcribit Auicenna ſola eſt lux quæ reliquas omnes uirtutes de cælo uehit ad nos. In hæc igitur miniſteria & lunæ & ſolis & ſtellarum ſunt corpora diſtributa.

Caput quintum

Signa octauæ & nonæ ſphæræ

Signa cæleſtia ægiptii Indiq; notauere

Reliquũ erat ut & ſignorũ que ſpectabilia ſunt in Zodiaco: & eoꝝ quæ q̄q̄ inuiſa nobis longe tñ efficatiora in cælo ſunt chryſtallino mentionẽ faceret. De his. n. nihil hactenus dictũ: hoc igit̃ ſibi uolũt aĩalia quæ & aquæ ꝓducũt & terra ꝓducit: utiq; illæ aquæ quæ ſunt ſup cælos & terra quę ipſum eſt firmamentũ ut ſupra eſt cõprobatum. Signa. n. quæ in illis ſolis duobus orbibus uiſunt̃ in ſpeciem animaliũ qualia quæ apud nos ab ægyptiis & indis notata ſunt quæ potuerunt illi & facilius & rectius q̄ noſtri dep̄hendere adiuti ab ipſa ſoliſplanitie & cæli ſerenitate. Alioquin aĩalium quæ hic ſunt caduca ꝓductio nõ magis attinet ad hæc duo elemẽta terram & aquam quam ad reliqua uidelicet ignẽ & aerem: & quoniã aquæ dedit appellationem orbi chryſtallino congruenter quæ ibi animalia piſces: rurſus quæ in firmamento quod terram dicit iumenta & beſtias uocauit.

Caput ſextum.

Plotinus

Timæus

Hactenus de corporea cęloꝝ natura. Nũc prędita ea aĩo rõnali declaraturus allegorice hoĩs meminit nõ utiq; illius q eſt caducus & terreus & quẽ uidemus: ſed a quo ut inqt Plotinus is regit̃ hõ qui uidet̃. Ille ipſe aĩus eſt rõnalis: quẽ ex eiſdem elemẽtis: & in eadẽ patera ex quibus & cæli animã cum Timæus cõſtituat nõ incongrue quæ dicuntur de hoĩs animo ad cæli etiã animũ transferuntur. Aſtipulãtur noſtræ expoſitioni litteræ ſacrę: in quibus ſæpe angelica oĩs natura & rationalis per hoĩem deſignat̃. Frequẽtiſſimum hoc in prophetis de bonis angelis: Et de malo etiã dęmone: qui nihil natura differt ab illis ſcriptũ eſt in euãgelio inimicus homo hæc fecit. Adiecit igit̃ deus cæleſti machinæ uiuã ſubſtãtiã & rationalẽ participẽ: Intellectus: Ideoq; ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam hanc uoluit pręeſſe

Cæleſtia cũcta motori ſuo parere obedireq; opus eſt

his de quibus paulo ãte diximus aĩantibus. i. ſydereis oĩbus ſignis & planetis: quę illius ita nutu uerſant̃: ita dicto obediunt ut nulla mora nulla ſit cõtumacia: Qđ brutis elemẽtoꝝ corporibus nõ pariter accidit. Neq; temere aliud inuenies i quo magis deſudẽt peripathetici q̄ ut ꝓbent nihil reluctari cęleſte corpus ſuo motori quẽadmodũ noſtra nobis corpa reluctant̃. Quare neq; illis ut nobis ex ꝑpetuo motu aut tediũ aut difficultas aut fatigatio: hoc ẽ imperij quod tetigit Moſes cæleſtis hoĩs in animalia. Non item uacat myſterio ꝙ illũ hominẽ marẽ & fœminã

Epilogus

creauit. Eſt. n. hæc prærogatiua aĩorum cæleſtium ut ſimul utrunq; obeãt munus & cõtemplandi & regẽdi corpora: neq; aut hoc illi aut huic illud obſtrepat impedimẽto ue eſſe poſſit. Vſurpatũ aũt maxime a ueteribus: q̄ in orphicis etiã hymnis obſeruamus duas has uires in eadẽ ſubſtantia: quaꝝ altera contẽplatur altera præeſt corpori cognominibus maris & fœmię deſignare: hęc de cæleſti mũdo de

diuio.ſ.corpe de numero orbiũ de natura & ꝓprietatibus de officio. Poſtremo de motrice ui eius rõnali ſubſtãtia deqꝫ eius ingenio a ꝓpheta tradunť. Caput.vii.

Nobilis hæc creatura & a nobis ſuſpicienda & celebrãda. Sed ſi uel platonicę ſententiæ ut theologos taceam cuius modo meminimus non ſumus obliti temperatos animos noſtros ab opifice deo in eodem cratere ex eiſdẽqꝫ elemẽtis cũ cæleſtibus animis: uideamus ne nos illoꝝ ſeruos uelimus: quoꝝ nos fratres eſſe natura uoluit. Neqꝫ nr̃am conditionẽ de hoc infirmo corpore metiamur. Neqꝫ.n.homo ut ſcriptum in alcibiade hoc qđ uidemus fragile & terrenum: ſed aĩus eſt: ſed itellectus q oẽm ambitum cæli oẽm decurſum tpis excedit. Cauendum igitur ne quod multi faciunt plus cælo dantes plus tribuentes q̃ ſit neceſſe & uoluntati opificis & ordini uniuerſi repugnemus/ſimulqꝫ ipſi cælo cui dei conſilia & mũdi ordo maxime cordi ſunt: dum ſtudemus placere diſpliceamus. Hoc admonent Chaldæi dicentes. Ne augeas fatum. hoc p̃dicat Hieremias. Ne timeatis inqt ſigna cæli quæ gentes timent. hoc præcipit alibi ꝓpheta noſter admonens cauendũ homini ne ſuſpiciens ſolem lunam & ſtellas colat ea quæ deus creauit in miniſteriũ cunctis gentibus. Quod ſi in eũ ſenſum qs non accipiat quaſi illa ſeruiant nobis uti ignobiliora & mortua corpora: ſignificari tamen intelligamus auctorem aut dominã naturæ noſtræ cã ſubſtantiã eſſe non poſſe: cuius uel altera pars etiã uilior aliqua parte quæ ſit in nobis ignobilior iueniať. Neqꝫ.n.in opere pfectius alíqd eſſe aut poteſt/aut debet his quę ſũt in opifice. Illũ igitur timeamus amemus & ueneremur. In quo ut inqt Paulus creata ſunt oĩa ſiue inuiſibilia/ſiue iuiſibilia. Quod eſt pricipiũ in quo fecit deus cælum & terrã: hoc autẽ eſt chriſtus. Ipſe.n.percunctatus qs eſſet optime ſui gnarus rñdit. Ego pricipium q loquor uobis. Quare neqꝫ ſtellaꝝ imagines in metallis: ſed illius.i.uerbi dei imaginẽ in noſtris animis reformemus: Neqꝫ a cælis aut corporis/aut fortunæ/quæ nec dabunt: ſed a domino cæli dño bonoꝝ oĩum cui data omnis poteſtas in cælo & in terra/& p̃ſentia bona quatenus bona ſunt/& ueram æternæ uitæ fœlicitatem queramus.

Quaten° a nob̃ honorãdum cælum
Plato
Q ñ Macrobi° eũ diuiniorẽ aĩa maxi meqꝫ ſpiritalẽ ponit
Chaldæi
Hierẽias
moſes xp̃s unus colẽdus a quo oẽ bonũ
Paulus

EXPOSITIO TERTIA DE MVNDO ANGELICO ET INVISIBILI. PROHEMIVM TERTII LIBRI.

HActenus quũ de cęleſti mũdo ꝓ uiribus noſtri ĩgenii myſteria Moſeos reuelantes diſputauerimus. Nunc aũt qs dabit mihi pẽnas/ſicut colũbæ pẽnas de argẽtatas & rutilas pallore auri: & uolabo ſup cæleſtem regionẽ ubi uera eſt qes uera pax uera tranqllitas: pax utiqꝫ quã hic uiſibilis & corpeus mũdus dare nõ põt. Reuelate uos oculos meos ultramũdani ſpũs & cõtẽplabor miracula ur̃æ ciuitatis: ubi repoſuit deus timẽtes ſe: quæ nec uidit oculus nec auris audiuit/neqꝫ cor cogitauit. Cũ ãt de hac natura angelica & inuiſibili ab hebræis ueteribus multa: multa item a Dionyſio tradanť erat cõſiliũ Moſeos uerba exponere iuxta doctrinã utriuſqꝫ familiæ. Sed qm̃ quæ ab hæbreis dicunť cũ ſint inuſitata apud latinos intelligi a noſtris hoibus facile non poſſent niſi a gemino qđ aiunt ouo exorſi plurima/& fere oĩa ueteris diſciplinæ hebraicæ gentis dogmata enarraremus: Cogitaui differendũ donec de his alibi latius ſcripſerimus: & noſtratibus notas feceri-

Pẽnas eo quo ſupi° modo deſiderat
Diõyſius
Antiq̃ dogmata hebręoꝝ ſũt differẽda.

mus illoꝝ opinióes:ubi q̃tum ægyptiis moniḿetis:q̃tum platonicæ pħiæ:q̃tum catholicæ ueritati cōſonent examinantes:ſicubi q̄dem cōcordabunt nobiſcū iubebimus hebræos ſtare in antiq̄s patrū ſuoꝝ traditióibus:ſicubi diſſonabunt inſtructi catholicis legióibus impſſioné faciemus in eos. Deniq̄ q̄cq̄d alienū ab euāgelica ueritate dep̄hendemus cōfutabimus ꝓ uirili:q̄cq̄d ſctm̄ & ueꝝ:a ſynagoga ut ab in iuſto poſſeſſore ad nos ltíos iſraelitas trāſferemus. Interea Diōyſii uegiſtiis

Diōyſius
Paulus
Hierotheus

inſiſtentes aut Pauli potius & hierothei quos ille eſt ſecutus conabimur tenebris legis quas auctor legis ſpiritus Dei poſuit ſuum latibulum pro noſtra imbecillitate lucem inuehere.

Caput primum.

Vnitas
Numerus

Q uicq̄d eſt poſt unitatem numerus unitate pfectus & conſumatus eſt. Sola unitas oīno ſimplex a ſe pfecta non egredit̃ ſe:ſed īdiuidua ſimplicitate:& ſolitaria ſibi cohæret:q̄a ſupeſt ſibi nullius īdiga plena ſuis diuitiis. Numerus ſua natura cū ſit multitudo unitatis bñficio fit ſimplex q̃tum ipſe ſimplicitatis capax q̄q̄ aūt numerus q̄ſq̄ quo magis ab unitate fit ꝓcul ī maioré ſemp īcidat multitudiné pluſq̄ ī eo diſſimilitudinis plus ptium plus cōpoſituræ ſit nullus é tñ ita unitati ꝓximus q̄ multitudo non ſit aduétitiá hñs unitaté unaq̄ nō natura:ſed cōpoſitióe. trāſferamus hæc ad diuina more Pythagorico. Solus deus q̄ a nullo a quo ſunt oīa ſimpliciſſima eſſentia & īdiuidua eſt. q̄cq̄d habet a ſe habet:eadé re qua eſt eadé ſapit eadem uult eadem bonus eadem iuſtus. Neq̄ rem aliquā intelligere poſſumus q̃ ipſe ſit præterq̃ ip̄m eſſe qđ ipſe eſt. Cætera non illud.i. ip̄m eſſe:ſed illo ſunt. Igit̃ angelus nō eſt ipſa unitas:alioq̄n deus eſſet:aut plures eēnt dei qđ concipi ne pōt quidé. Q uid.n. erit unū ſi ne ip̄a quidé unitas una? Reliquū ut angelus numerus ſit. Q đ ſi eſt numerus alia ſui parte multitudo una. Eſt auté oīs numerus eatenus impfectus quatenus multitudo:pfectus aūt quatenus unus. Q uare q̃cq̄d in angelo impfectum eſt angelicæ multitudini:quā īde habet unde eſt numerus.i. creatura:& q̄cquid pfectū eſt accedéti unitati quā inde hét unde deo cōiungit̃ adſcribamus.

Anathéaticis aſcenſus ad diuina.

Angelum duplex citat imperfectio

Impfectioné in angelo duplicé īuenimus:Alterā q̄a nō eſt ip̄m eſſe:ſed eſſentia tm̄ cui pticipatu eſſe accidit ut ſit:Alteram q̄a nō eſt ipſa ītellectio ſed aduenit ei ut ītelligat:Cū ipſe ſua natura intellectus ſit intelligétiæ capax. Pédet aūt ſecūda ex prima q̄m̄ q̄ ex ſe nō eſt utiq̄ neq̄ ītelligit ex ſe:cū ibi eſſe nihil poſſit ubi nō eſt ip̄m eſſe. Vtrūq̄ igit̃ hoꝝ euenit angelo qua multitudo eſt. Reliquū ut abſolutio illi & cōſumatio ab accedéte deſup fiat. unitate. Deus aūt unitas:uñ ad angelmu & eſſe/& uita/& oīs pfectio deriuat̃. Q uéadmodū auté duplex eſt impfectio q̄ſi duplex multitudo:ita duplicé ītelligamus unitatis acceſſum ut utraq̄ pficiat̃.

Terra inanis

Prima ea eſt qua eſt eēntia rudis ac īformis exps uitæ & eſſe hæc eſt terra inanis & uacua quā & deus creauit. Nec forte crederes ut q̄dam crediderūt formationé tñ eſſentiæ ptinere ad opificé nō aūt & creationé. Simul cū terra creauit & cęlū.i. actum illius eſſentiæ participatāq̄ unitaté in multitudīe hoc eſt ip̄m eſſe: Vt ſit q̄ſi eadem creatio cæli & terræ utpote cōparis complexus & duaꝝ ad idē ſimili nexu cōuenientiū naturaꝝ. Nec diſſone a ueteribus ip̄m eſſe pticipationé diuinitatis uocamus cælū:q̄ñ & mundū archetypum Zenophanes ſphærā appellauit/ & Saraceni quiimmo & nr̄i deū circulū uocant.

Zéophanes
Saraceni

Caput ſecundum.

Eſt angelus per ea quæ diximus iam ſuam naturam perfecte adeptus intellectualemq̄ p̄prietatem. Verumtamé non dum habet unde ſua munera impleat intelligendi.ſ. & contemplandi:niſi a deo prius formis intelligibilibus ueſtiat̃. Propterea adhuc

rea adhuc ſunt tenebræ ſuper faciem abyſſi.Abyſſus intellectualis proprietas eſt
profunda quæq; penetrãs & ꝑſcrutans.Super hanc tenebræ ſunt: donec ſpiritaliũ
notionũ q̃bus omnia uidet & intuetur radiis nõ illuſtratur.Scriptũ eſt autẽ ſuper
faciẽ abyſſi nõ ſuꝑ abyſſum.quia idẽ locus tenebræ & lucis.Lux autẽ.i.ſpecies in
telligibiles faciẽ tenẽt.i.extrema angelici intellectus quia accidẽtes ei ſunt q̃lita-
tes nõ ad ipſius eſſentiã ſpectãt.Q uid autem mediũ intercedat priuſq̃ tenebra de
pulſa oboriaṫ lux ſtatim annectit dicẽs.& ſpũs dñi ferebaṫ ſuꝑ aquas.Domini ſpi
ritus qd erit potiuſq̃ ſpiritus amoris? Neq;.n.ſpiritũ ſciẽtiæ ita proprie dñi ſpiritũ
dicemus.Q uoniã & ſcia q̃nq; abducit a deo. Amor aũt ad deũ ſemꝑ adducit.Hic
niſi ſuꝑ abyſſum illã feraṫ nõ fiet lux.Q uoniã queadmodũ nõ implebiṫ luce ocu
lus niſi ad ſolẽ cõuerſus:ita neq; angelus ſpiritali luce impleṫ niſi conuertatur ad
deũ.Motus aũt hic cõuerſionis neq; eſt neq; eſſe aliud põt in natura angelica quã
motus amoris.Erat igiṫ ſpũs domini amatorius ſpũs ſuꝑ abyſſum.i.ſuper angeli
cũ intellectũ(intelligentiã.n.amor cõſequiṫ)quo dũ acta & excitata angeli mẽs
ad deũ cõuertiṫ:Dixit deus fiat lux & facta eſt lux in angelo lux.ſ.formaꝝ intelli-
gibiliũ & fuit ex ueſpere & mane dies unus:ꝗ ut ꝓbat Auerrois ex intellectu &
intelligibili fit magis unũ q̃ ex materia.& forma qđ ut idẽ affirmat: & ſcribit etiã
Moſes Aegyptius lõge magis in angelis q̃ in hoïe ueꝝ deprehenditur.Cuius ut il
los omittamus hæc nobis ſatis ſit ratio ꝙ ſpecies angelicæ menti indiuidua copu
la nõ ut humano intellectui accidit uaga & trãſlatitia perpetuis nexibus uniunṫ.

Abyſſi de ſcriptio cum illa lactantii chaos coit

Spiritus domini

Fiat lux

Dies unus

Auerrois

Moſes Agyptius

Caput tertium.

Vidimus creatã a deo naturã angeli:eandẽ ad deũ cõuerſam ſpiritu amoris:tũ ab
eo illuſtratã & abſolutã luce intelligibiliũ rõnũ. Videamꝰ nũc quo iter ſe ordine
angelici exercitus diſtinguanṫ.Legimus aũt poſitũ firmamentũ in medio aquaꝝ
ubi tres nobis angelicæ hierarchiæ(ſic.n.eas ſemper uſitato uocabulo appellabi
mus)indicanṫ.haꝝ prima & ultima ꝑ aquas deſignaṫ:illa ꝑ ſupcæleſtes:hæc per
eas quæ ſunt ſub cælo:media illas diuidens diciṫ firmamentũ. Q uæ oïa ſi naturã
triũ hierarchiarũ & officia pẽſitemꝰ cõſonare Dionyſii doctrinæ magis nequeãt:
Suprema hierarchia cũ ut ſcribit ille ſoli uacet cõtẽplatiõi merito ꝑ aquas figura
ta eſt:quæ ſuper cælos ideſt ſuper omnẽ circa mundana ſiue cæleſtia ſiue terrena
actionẽ ſunt cõſtitutæ & deum perenni ſono indeſinenter laudãt.Medius aũt or-
do cũ ſit cæleſtibus officiis delegatus ꝓfecto non poterat cõgruẽtius q̃ per firma
mẽtũ.i.ꝑ cælũ ſignificari. Poſtrema hierarchia & ſi natura ſupra omne ſit corpus
ſupraq; cælũ:curat tamen ea quæ ſunt ſub cælo: & cum diuidaṫ in principatus ar
chãgelos & angelos oïum hoꝝ operatio omnis circa ea eſt tñ quæ ſunt ſub luna:
principatuũ circa res publicas & reges ac principes ut ex Daniele cognoſcimus
archangelorũ circa myſteria & ſacras cerimonias. Angeli priuatis ſtudent rebus
& ſinguli ſingulis hominibus adhibenṫ. Recte igiṫ hic ſubcæleſtis exercitus per
ſubcæleſtes aquas eſt figuratus.Q ui & rebus præeſt fluxis atq; caducis & illi or
dini ſubeſt qui uerſatur circa cæleſtia.

Firmamẽtũ in medio aq̃rũ

Aquæ ſupercæleſtes

Firmamẽtum

Aquæ ſubcæleſtes

Caput quartum.

Q uid aũt ſit aquas quæ ſunt ſub cælo colligi ad locũ unũ dubiũ eſſet fortaſſe ni-
ſi hoc nobis Paulus declararet apud quẽ de his angelis qui ad mũdi huius obeũ-
da munera mittũtur legimus eſſe oẽs adminiſtratorios ſpiritus in miniſteriũ miſ-
ſos ꝓpter eos qui hæreditatẽ capiũt ſalutis.Vnde poſſumus intelligere ſubcæle-
ſtes has aquas ideſt angelicos exercitus ad unũ locũ ad unius ſcilicet hominis bo

Paulus

nũ ſalutẽq; ꝓcurandã cõgregatos pro qua & mittunť ad nos & nunc ſm qui etẽ
nũc etiã uigilantibus nobis:aliis atq; aliis & formis & locis & tẽporibus apparẽt.
Q uæ ſnia quo pacto ſit accipienda tũc demum cognoſcemus cum & quo pacto
id ſit uerũ quod dicit Moſes:aquas.ſ.ad locũ unũ fuiſſe congregatas: animum ad-

quæ afferri poſſet obiectio

uerterimus. Neq; enim illud ita eſt uerum ut nuſquã diſtinctis diſcluſiſq; in locis
aquæ ſueniantť:cum Indicũ mare ab hircano hircanũ ab adriatico adriaticum ab
euxino:inumera præterea fluuioꝝ fontiũ lacuũq; fluẽta longiſſima locoꝝ inuicẽ
intercapedine diſpeſcanť.Sed ideo ad locũ unũ cõgregatæ aquæ dicunť:qa par-
ticulares hæ atq; diuiſæ aquaꝝ collectiones uel marinę uel fluuiatiles oẽs ut inqt

Salomon

Salomon ad primariũ mare tendentes in unũ oceani locũ uniunť & coeũt: haud
aliter eſt nobis de his angelis intelligẽdũ:qui ſublunaria curãt.Diuerſis.n.diuerſi

Platonici

corporalibus rebus aliiſq; ab hoie pręſunt.Q uoniã quẽadmodũ Platonici:ita &
nři crediderũt uariis mũdi huius corruptibilis rebus uarias ſpiritales ſubſtãtias a

Auguſti.

deo præfectas.Q uo circa & Auguſtinus nullã eſſe uiſibilem rẽ apud nos cui non
præſit angelica ptãs:& corpora oia p rõnalẽ ſpiritũ uitæ regi cõſtanter aſſeruit:id

Grego.

qđ & Gregorius poſtea cõfirmauit.Origenes ſimiliter in cõmentariis in librũ nu

Origenes

merorũ opus eſſe inqt mundo angelis:q beſtiis præſint & aialiũ natalibus uirgul

Damaſcenus

torũq; etiã & plãtationũ & cæterarũ reꝝ incremẽtis.In q̃ ſnia cum eſſet & Dama
ſcenus credidit angelũ q peccauit ex his fuiſſe q deſpicatiſſimæ notæ ſint & terre
ſtri ordini præſint.Veꝝ quẽadmodũ hæc oia ĩfra hominẽ ad hominẽ referuntur.
ita & oĩs circa hæc angelorũ cura illi potiſſimũ ſub ancillať & ſeruit operæ & ſtu
dio ut curẽt humana & noſtrę auxiliãtes imbecillitati efficiãt:q̃tũ quidẽ patimur
ipſi ut pię atq; fœliciter uitã uiuamus.Q uare & q̃d ſibi uelit illa aquaꝝ collectio

Terra de qua in euãgelio

ſtatim Moſes intulit ut terra det fructũ herbas & plantas arbores.Q uæ aũt hæc
terra eſt pręter eã de qua ſcriptum in euãgelio ꝙ alia quidẽ affert fructũ cẽteſimũ
alia ſexageſimum alia trigeſimũ? Terra utiq; animi nři:de qua Paulus hæc uerba.

Paulus

Terra excipiẽs frequẽter uenientẽ ſup ſe imbrẽ ſi generet herbã opportunã hiſq
bus colıť pcipiet benedictionem a deo:quæ uero ſpinas & tribulos ꝓfert reproba
eſt & maledicto ꝓxima:Cuius finis in aduſtionẽ.Curemus igitur & nos det terra
nřa fructũ in rpe ſuo:det q̃ſi herbas purgatorias uirtutes:det ſcientiã & ſapientiã
quaſi maiores frutices:det abſolutam pfectãq; uirtutẽ q̃ſi libani cedros:ut ſit finis
eius benedictio non ſit aduſtio: Et audiamus dicentẽ patrem. Ecce odor filii mei
ſicut odor agri pleni quem benedixit deus.Nec miretur quiſpiã aliud cælum no-
bis & terram primo die ſignificare:aliud nũc firmamẽtum & aridã id quod etiã in

Origenes Baſilius

ſuperioribus libris obſeruauimus:quãdo & Origenes & Baſilius & pleriq; alii uo
lunt aliud eſſe apud Moſem cælum & terram primo die: aliud aridam & firmamẽ
tum die ſecundo.

Caput quintum.

Fauẽt aũt terræ huic noſtræ cæleſtes etiã uirtutes.Poſita.n.in firmamẽto & ſol &

Dionyſiaca myſteria

luna & ſtellæ ut terrã noſtrã illuminẽt.Vide q̃ hæc Dionyſiatis myſteriis apte cõ
ueniãt.Diximus de ultima hierarchia delegata curãdis rebus quę ſunt ſub luna.i.
humanis.Nũc de media agiť:cui cæleſtiũ adminiſtratio demandata.Neq; erit de
tertia ſimiliter expectãdũ ut dicat:de qua dicẽdũ nihil præter ea quæ dicta ſunt
eſſe.ſ.eam ſuper cælos ideſt ſupra omnẽ actionis motum ſupraq; reꝝ omniũ mun
danaꝝ adminiſtrationẽ cõtẽplationi tantũ addicta. hoc autẽ loco nec uiolentum
nec alienum a ſacris litteris exiſtimemus ꝙ lunã & ſolem uocet non quę uidemus

ſydera

ſydera ſed rectores lunę & ſolis angelicas uirtutes. Nã & ſcriptura cũ dicit hoíem
dei filiũ fieri per gratiã: hunc nõ intelligit quẽ uidemus caducũ & fragilem: ſed q
regit hunc ipſum quẽ nos uidemus. & in regũ hiſtoria legimus iuxta Hebraicam — Cum ad
litteraturã Salomonẽ his uerbis orantẽ. Exaudi o cælũ: ubi nõ cælum tamen: ſed — inanimatũ
cæli ac terrę rectorẽ & dominũ deũ appellat. Ita & nos hoc in loco cũ ſolem audi — fit conuer
mus & ſtellas nõ ſydera: ſed ſyderꝝ præſides angelos intelligamus: qui cũ ipſi ſint — ſio tũc ſer-
inuiſibiles: inuiſibilẽ etiã terrã illumināt ſubſtãtiã. ſ. animi noſtri. Nec aut temere — mo dici-
aut uulgariter dictũ ſtatuta illa ut illuminẽt. Sed tã ꝓprie tã cõſone his quæ attu — tur figu-
limus: ut ſi non aliũde: hinc certe expoſitio nr̃a maxime cõprobeť. Cum. n. (ut tra — ratus
dit Dionyſius tres ſint actiones angelicę: purgatio: illuminatio: & pfectio: ſic ſunt — Nota
diſtributæ: ut purget ultimus ordo ſupremus pficiat. medius aũt hic: de quo nũc
agimus illuminet. Purgāt igiť terrã nr̃am aquæ inferiores: unde & nitida ſub aſpe
ctũ uenit: Purgatam cæleſtes illuminãt. Sup cæleſtes igneo quodã rore atq; uiui
fico pficiũt & fœcũdãt: ad tãtam ſæpe fœlicitatem: ut nõ ſalutares iam herbas ſed
ipſum germinet ſaluatorem: & nõ una uirtus ſed Chriſtus plenitudo omnium uir
tutum formetur in nobis.

Caput ſextum.

Sequiť dari ab elemẽtis habitatorꝝ multitudinem piſces aues & bruta: ubi me ma
gnæ pfecto anguſtiæ tenuiſſent quales nuſq̃ alibi in toto hoc nr̃o ope: niſi præſto
mihi eſſet & Eſaias apud quẽ alatã legimus Saraphin: & Ezechiel apud quem ſi — Eſaias
Hæbreis credimus & aues & bruta ſpiritales etiam nobis ſubſtãtias indicant: niſi — Ezechiel
accurrerẽt ſuppetiatũ ueteres Hæbrei: qui oẽs hoc loco angelicã multitudinẽ iſi — Veteres
nuari uolunt a Moſe. Dicamus igiť ſectantes horꝝ ueſtigia redargui hic a ꝓpheta — Hebræi
errorẽ philoſophorꝝ: qui crediderũt pricipales quidẽ aliquas eſſe ſubſtãtias intel — Vnitates
lectuales: ſed negauerũt ſingulas ex illis (qď dicũt theologi) numeroſæ deinceps — angelica
multitudini ut legionibus duces præeſſe. Cũ ergo nouẽ ordines angelicos cogita — rũ legionũ
mus: ſitq; unuſq; ordo ſuũ ducẽ ſortitus: fingamus animo ducẽ illum & principẽ
quaſi maximam ſphæram tũ ſequacẽ exercitũ quaſi ſphæræ illius habitatores &
ornamentum ſicut in aqua piſces in aere aues in terra beſtias in ſphæra octaua ſy
dera cogitamus. & uerum erit illud Danielis decies milia aſſiſtebãt ei. & mille mil — Daniel
lia miniſtrabant ei.

Caput ſeptimum.

Poſtremo hoïs meminit nõ qa homo ſit angelus: ſed qa angelici mũdi finis & ter-
minus quẽadmodũ & de natura corruptibili agẽs hominẽ etiã attulit illius natu-
ræ: nõ partẽ ſed principiũ & caput: Quo fit ut ad tres mundos tractatus hoïs pti
neat ad eũ qui ſibi eſt ꝓprius & ad utrunq; extremũ incorporeũ. ſ. & elemẽtarem:
quorꝝ ita eſt medius ut alterius finis: alterius principiũ ſtatuať. Sed uideo paratũ
laqueũ noſtræ expoſitioni: cũ ſubiiciať præeſſe hominẽ piſcibus maris auibus &
brutis. Nã ſi illa nobis naturã angelicã ſignificãt quo pacto uerꝝ erit qď ſcribitur
præeſſe hominẽ illis quẽ deminutũ ab angelis & ſciunt philoſophi & ꝓpheta te-
ſtatur. Adſit ille nobis & laqueũ cõterat qui & cõtriuit Sathanã ſub nr̃is pedibus
Ieſus chriſtus primogenitus oïs creaturæ. hic laqueũ pfecto cõterit & nodũ oẽm — Ieſus chri
ſoluit & abrũpit: qm̃ non ſolum in eo in quo tota diuinitas corporaliter habitauit — ſtus prio
adeo ſublimata eſt natura hũana ut homo Chriſtus q̃ homo eſt ſi credimꝰ Diony- — genitꝰ oïs
ſio angelos doceat illuminet & pficiat: tãto ut inqt Paulus melior angelis effectꝰ — creaturæ
q̃to differẽtius p̃ illis nomẽ hæreditauit: Sed & nos oẽs qbus data ptãs filios dei — Dionyſiuſ
fieri: p gratiã cuius dator eſt Chriſtus: ſupra angelicã dignitatẽ euehi poſſumus. — Paulus

BIBLIOTECA NAZ

EXPOSITIO QVARTA DE MVNDO IDEST HVMANO DE HOMINIS NATVRA.
PROHEMIVM LIBRI QVARTI.

Lr̃a delphica ſuperius libelli de ente in margine notata.
Plato

POſtq̄ de oibus mundi partibus deq; omni natura cæleſti angelica & corruptibili tractatū ſatis a ꝓpheta oñdim⁹: reliquū(ſi ꝓmiſſi memores ſumus)totā iterū lectionē de hoīe interpretari:hoc re ipſa cōprobaturi:nullā eſſe ī uniuerſo hoc ope orōnē:quæ uti de tribus mundis de qbus actū ſupius ita de hoīs ēt natura recōditos ſenſus & ueritates altiſſimas nō cōplectat̃.Nec minus fecerimus opæ preciū ſi in hac q̄rta explicāda enarratiōe diligētes fuerimus q̄ factū in ſupioribus.Q uā utilis.n.hoī q̄ neceſſaria ſit ſui cognitio(ut p̄tereā lr̃am delphicā)ita ē a Platone ī prio Alcibiade demonſtratū/ut nihil fecerit reliquū poſterioribus qđ ſup hac re q̄ſi nouū afferre tēptarēt.& ꝑfecto improbū ac temerariū illius ſtudium:q adhuc ſui ignarus adhuc neſcius an ſcire aliq̄d poſſit:rerū tñ:quæ tam ꝓcul ab ipſo ſunt: cognitionē ſic audacter affectat.Redeamus igit̃ in nos:& uideamus(ut ait ꝓpheta)quāta bona fecit deus aīæ nr̃æ.Ne ſi forſitan inſemet agnoſcēda minus diligens fuerit audiat p̄rem dicentē in canticis:ſi te ignoras o pulcherrima mulierū egredere & abi poſt ueſtigia gregum tuorū.Videtis quæ nos maneat pœna nr̃æ ignorationis.Abeundū eſt.n.a patre.i.quā abitionē & exhæredatio ſeqtur:qua qd infœlicius: Egrediēdum item eſt:utiq; ex nobis.Neq;.n.apud ſe eſt aīus:q ſe ipſum nō uidet.Q ui aūt ſe exit a ſe diuellit̃:quo qd acerbius: Eūdū tertio poſt ueſtigia gregum nr̃orum.i.poſt brutorū ueſtigia:quæ ſunt in nobis:de qbus in expoſitione ſatis dicem⁹:quo qd miſerius: qd deſpicatius & cōtemptibilius: fieri.i.pediſſequos beſtiarū quarū nos duces natura ſtatuerat.Igit̃ nō poſt brutorū ſed poſt Moſeos ueſtigia incedētes ingrediamur nos ipſos:ingrediamur animi penetralia ipſo nobis ꝓpheta aditū reſerante:ut & in nobis cū mundos oēs tum & patrem/& patriā fœliciter agnoſcamus.

Triplex pœna ignorationis ſui
Supra ſe
A ſe
Poſt ſe

Caput primum.

Priuſq̄ iuxta uerba ordinēq; ꝓphetæ expōnē accuratius digeramus:oportet præfari aliq̄ de hoīs natura obiterq; dictiōes aliquas exponere:ut totius deīde ſenſus aptior ſit intellectus.Cōſtat homo ex corpore & aīa rōnali.Rōnalis aīus cælum dicit̃.Nā & cælū aīal a ſe ipſo motū uocat Ariſtoteles:& aīus noſter(ut ꝓbāt Platonici)ſubſtātia eſt ſe ipſam mouēs:Cęlū circulus eſt:& aīus itidē eſt circulus:qn īmo ut ſcribit Plotinus:ideo cælū circulus:qa aīus eius circulus eſt.Cælū in orbē mouet̃.aīus rōnalis a cauſis ad effectus ſe trāſferens:rurſuſq; ab effectibus recurrens in cauſas rōcinationis orbe circūuoluit̃.Atq; hæc qdem ſi ſingula eſſent enarranda his:qui alibi ea nō legerūt:non Moſeos iam:ſed Ariſtotelis Platoniſq; eſſemus interpretes.Corpus dr̃ terra:qm̄ terroſa & graui ſubſtantia eſt.Q uare & de humo factū(ut ſcribit Moſes)homini dedit appellationē.Verū inter terrenū corpus & cæleſtē animi ſubſtantiā opus fuit medio uinculo:qđ tam diſtātes naturas inuicē copularet.huic muneri delegatū tenue illud & ſpiritale corpuſculū:qđ & medici & philoſophi ſpūm uocant.Q uem & diuiniore eſſe natura q̄ elementa & cælo ꝓportione rñdere:Ariſtoteles ſcribit:hic lux nuncupat̃:quæ cognominatio conuenire magis nō poſſet philoſophorū ſniæ & medicorū:quorum oīum cōmunis eſt

Animus rationalis
Ariſtote.
Platonici
Plotinus
Corpus
Spūs
Ariſtote.

nis eſt cōſenſus:eſſe illum ſubſtātia maxime lucida:& nulla re magis q̄ luce gaudere foueri & recreari. Accedit ꝙ queādmodum oīs cæloꝝ uirtus(ut ſcribit Auicēna)uehiculo lucis ad terrā trāſfert:ita oīs animi uirtus:quē cælum uocauimus:oīs poteſtas uita.ſ.motus & ſenſus lucido ſpiritu intercedente ad hoc corpus terrenū:qđ terrā uocauimus cōmeat & trāſfundit:Deſcēdamus iam ad uerba ꝓphetæ:apud quem primo uidemus creari cælū & terram extrema.ſ.noſtræ ſubſtātiæ uim rōnalem:& corpus terrenum quæ poſtremo cū ſit lux.i.lucidus accedit ſpūs: ſic uniuntur:ut ex ueſpere & mane.i.ex corporis nocturna & matutina animi natura unus ſit homo.& qm̄(ut oſtendimus)per hāc lucē oīs uitalis/ſenſualiſq; uirtus ad terrā nr̄am deſcēdit:merito ante lucis natale terra fuit inanis & uacua. Cui uitæ motuſq; beneficia niſi ꝑ internūtiū lumen participare ſuū cælū non poterat. Quare & ſtatim cām adiunxit inanitatis:qa.ſ.ſuꝑ eam adhuc tenebræ erant luce non dum exorta.

Auicenna

Intercedēte ſpū homo cōdit.

Caput ſecundum.

Scilicet apud ſe manẽt: nec ſuis bonis exuti: nec diuinis locupletati. Nobis in alterutrã partẽ cadendũ: aut ſummã miſeriã: aut ſummã fœlicitatẽ. Q uoniã q in cauſa eſt ne motorẽ recipiat: nõ ſolũ īmunẽ ſe facit gratiæ: ſed & naturã uitiat: ad cuius integritatẽ hoc attinet: ut agnitum ſpũm quærat nõ recuſet: & ꝑculdubio recta eſſe natura non põt: quę maioris boni ꝑpoſiti ſpẽ aut reiicit/ aut contẽnit. Q uare poſtq̃ Chriſtus eſt agnitus ſiqui Chriſtũ non induunť: nõ ſolum prima fœlicitate: ſed & ſæcula.i. naturali iure priuanť: qa gr̃am nolle nõ niſi corruptæ eſt & labefactæ naturæ. Q uẽadmodũ autẽ nos uiuẽtes ſub euangelio: Ideo Chriſtũ dei uirtutẽ & ſapiam in nobis recipimus:

quia uti

quia uti iam datum humano generi amamus/& retinemus: Ita & patres ſub lege uetere illum recipiebant: cū futuꝝ aduentum & credebant indubie/& ſperabant alacriter & ardenter deſiderabant. Sed ſicut non ut præſentē iam: ſed ut futuꝝ recipiebant: ita neqꝫ præſentem quaſi iam ſpūs inhabitātis niſi poſtq̄ aduenit fructū experti ſunt. Cū poſt pactum in ara crucis ineffabile ſacrificiū deſcendente ad eos Chriſto ab eo uti motore circūacti momento turbinis ad libertatem: & euecti ad ſummæ fœlicitatis gradum fuerūt. Ad hāc fœlicitatē religio nos ꝓmouet dirigit/& impellit: queādmodū ad naturalē duce utimur p̄hia. Quod ſi natura rudimentum eſt grāæ: utiqꝫ & p̄hia inchoatio eſt religionis: neqꝫ eſt p̄hia quę a religione hominē ſe mouet. Recte igitur & nos cū a Moſe: poſtq̄ ſex dies de natura ſumus philoſophati: ſeptimo die diuinis uacantes de ſupernaturali fœlicitate dicemus.

Cōtra eos q a p̄hiæ fontib⁹ hæreſin oriri putant.

Caput primum.

Duplex (uti oſtēdimus) ſupremæ huius fœlicitatis natura eſt capax: angelica & humana. Illa cælum: hæc terra dicit̄: quia angeli cælū: nos terram inhabitamus. Et de cælo nō eſt ꝙ dicat amplius: quia non angeloꝝ: ſed hoium legem ſcripturus eſt. Ad hoīes igitur deſcendens inqt. Terra erat inanis & uacua: & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Non creat deus inanitatē: nō creat tenebras: Sed terra (inqt) inanis & tenebræ erāt. Non dicit hæc fuiſſe creata: ſed fuiſſe. Quod cur ſit dictū patebit ſimul cū cognouerimus quæ hæc inanitas: quæ hæ tenebræ ſint. Natura humana: quæ terra dr̄ angelis cōparata: ſtatim ab initio: quia ſtatim peccauit: inanis erat & uacua originali iuſtitia: & pcti tenebris facies eius/ideſt ratio obducebat̄. Neqꝫ hæc fecit deus: ſed hois malitia: q uolens ſe his bonis priuauit: qbus illum deus ditauerat. Sic naturæ corruptæ ſtatus a ꝓpheta deſcribit̄: quæ quo pacto deinde adeo per Abraā per Moſem per ꝓphetas nouiſſime uero per unigenitum filiū ſuū & priſtinæ dignitati reſtituta: & ad ſummā fœlicitatem parata fuerit in ſequentibus demonſtrabit. Verū & quo tempore aquæ obductæ tenebris erāt infectæ ſcilicet primæuis ſordibus notæ originalis: ſpiritus tamen domini fouebat eas. Quod eſt dupliciter intelligēdum: & ꝙ lumine diuini uultus quod ſignatum eſt ſuper nos: ideſt lumine naturalis intelligentiæ homines regebantur: & ꝙ diuinæ tum prouidentię cura humanū genus deſtitutū non erat: ſed ſpūs domini fouebat aquas ſpūs ille: qui (ut ait apoſtolus) intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus/& tunc aſſidue cogitabat quo pacto illas a uenenis purgaret: qbus antiquus ſerpens eas infecerat: & ecce ſtatim iubet oriri lucē: & orta eſt lux. Abraam ſcilicet ille ſapientiſſimus fundator primus ueræ religionis: Primus: q & naturæ legē abſolueret: & de diuina lege meditaret̄: Primus qui cultum unius dei aduerſus idola & gentes hominibus perſuaderet. Primus qui & tenebras erroris depellere: & malis dæmonibus qui principes tenebrarū dicunt̄ bellum indicere eſt aggreſſus: unde merito lux cognominatus. Quod qa & diſcipuli domini oēs fecerunt oēs a dn̄o lux mundi ſunt appellati. Hæc eſt lux prima quæ mundo affulſit: & inter dæmonū ueriqꝫ dei religionem quaſi inter lucem tenebraſqꝫ diſtinxit.

natura angelica & hūana capax eſt ſupernæ fœlicitatis.

Apoſto.

Abraæ emerita.

Caput ſecundum.

Hunc ſecuta eſt lex: quæ merito cognomento dicitur firmamentum ſtatim in ſui exordio hoc ipſo ſcilicet ꝙ nunc tractamus annūtians nobis opera manuum dei (ut cecinit Dauid: & opera manuū eius annunciat firmamentū). Data igitur lex per angelum Moſi firmata uerbo dei: quæ adhuc magis q̄ ſuperior lux gentes ab

Lex Moſaica

Dauidis cantus

Nã iudæi ꝓmi aſtro micas rõ neſdetexe re ut Dio dor⁹ inq̄t. Hieremi.

Iſraelitis/ideſt in pietatem a pietate quaſi aquas ſupercæleſtes ab aquis quæ ſunt ſub cælo diſcriminauit. Dicuntur autem Iudæi aquæ ſupercæleſtes: quia ſoli (ut inquit Hieremias) ſigna cæli non timent: quæ gentes timent ſoli non aut ſtellas aut cælum: ſed ſtellarum & cæli auctorem ac dominum & agnoſcunt & agnitum colunt ac uenerantur. Gentes autem contraria ratione aquæ ſub cælo ſunt quando & dæmones caliginoſi aeris incolas: quæ regio ſupra aquas eſt: adorant & colunt: & uiſibile cælum ſydera/& planetas ſibi deos/ac dominos faciunt.

Caput tertium.

Erat aũt fururum: ut niſi maior aliqua uis & miſericordia dei obſtaret aquæ quæ ſunt ſub cælo .i. idolis ſeruientes totã terrã inuaderent & occuparent: Sic infectio totius mundi de prima macula: Sic Sathanæ ultoris imperium/& ius in nos reos antiquæ noxæ & huiuſmodi ſeruitutis pene obnoxios poſtulabat. Sed benefica ſemper & ſalutaris prouidentia dei unã ex terræ partibus & ſi exiguam quantum iuſtitiæ leges patiebãtur ab aquaꝝ iniuria liberã eſſe uoluit. hæc eſt iudæa uocata terra promiſſionis: quia & abraæ & poſteritati a deo ꝓmiſſa fuit.

Abraæ & reliqs pol licita ẽ iu dęæ cõſer uatio.

Cui noſtræ expoſitioni prophetæ omnes aſtipulantᷓ: apud quos totiẽs gentiũ impetus in Iſraelitas aquarũ & maris incurſionibus comparatur. hinc illud eleuauerunt flumina uocem ſuã: & mirabiles elationes maris: & illud ſonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorũ: & non timebimus dum turbabitur terra/& transferrentur montes in cor maris: & profecto non aliter Iudæam intra haud magnæ regionis terminos concluſam circũuallabant gentes: q̄ nunc terræ hanc portionem utiq; modicã quã habitamus undiq; circũuallet oceanus.

In lr̃is xp̃ianis ꝑ aq̄s gẽtes deſi gnantur.

Sed & pluribus in locis euidentiſſime in litteris chriſtianis per aquas gentes deſignantur. Nam & ſcriptũ eſt aquæ quas uidiſti gentes ſunt: & cum dominus Ieſus uinũ fecit ex aqua: quod in phariſei domo defecerat: figuratę ut noſtri ſcribunt ſignificauit aquas/ideſt gentes ad eam fidem eſſe uocandas: Quæ apud iudæos apud quos fuerat antea impoſterũ deficeret.

Dñs Ieſus

Quare in myſteriis aqua uio miſceatᷓ.

Itidem in myſteriis tradunt iccirco aquã uino miſceri ꝗ aquæ .i. gentes ſanguinẽ Chriſti per fidẽ crucis hauriãt & combibanr. Illa igitur pars aſſerta a iugo aquaꝝ dei prouidentia fuit: ut ſi reliqua terra obruta undis ſpiritalis nequitiæ inutilis & deſerta erat futura nec idonea fructibus ueræ religionis: hæc ſaltem eſſet: quæ luce ſuſcepta quam protulit prima dies/& rore cæli quod ſecũda ſtatutum eſt ideſt doctrina legis ad ubertatem adiuta germinaret interea quaſi herbas plantas & arbores iudicia cerimonias/& bonos mores: donec cum temporis plenitudo ueniſſet ipſum etiam quod Eſaias optabat ſaluatorem fœliciſſima germinaret.

Eſaias

Caput quartum.

Meſſias

Et ecce iam tẽporis plenitudo. Si enim numerus quaternarius plenitudo eſt numeroꝝ nõ ne erit & dies quartus plenitudo dieꝝ? Videte igitᷓ quid nobis afferat quartus dies. Cælũ ſecũdo die firmatũ/ideſt lex ſine ſole ac luna/ac ſtellis erat: capax q̄dem futuræ lucis: ſed obſcurũ adhuc nec inſigni aliquo lumine illuſtratum. Aduenit dies quartus: quo ſol dñs firmamenti/ideſt Chriſtus dñs legis & lunaris eccleſia Chriſti compar & ſpõſa: & qui multos ad iuſtitiã erudirent apoſtolici doctores in firmamẽto uti ſtellæ in perpetuas æternitates eluceſcerent ad æternam ſcilicet uitã mundũ uocantes. Sol firmamentũ non diſſoluit: ſed perficit: & Chriſtus legẽ non uenit/ut diſſolueret: ſed ut perficeret. Lux primi diei Abraã pientiſſimus uidit diem quartã: quæ eſt dies Chriſti & gauiſus eſt. Vidit radiũ ſuæ lucis

Abraã piẽ tiſſimus

ideſt uerę

ideſt ueræ religionis:quē mundo intulerat per ſolem iuſtitiæ per lucem uerā illu
minantem omnes homines in uniuerſum orbē latiſſime diffundēdū. Vidit Ieſum
Chriſtum ſplendorē paternæ ſubſtantiæ illuceſcentē his qui in tenebris & in um
bra mortis ſedebant:& principem tenebrarū principē mundi huius eiici foras:&
de mentibus hominū exterminari. Hæc uidit & exultauit:uidit diem quartā & lę
tatus eſt. Hæc dies quā fecit dñs:qua dñs homo fit qua deus habitauit in nobis
exultemus/& nos & lætemur in ea. Q uam autem uera q̄ ſolida ſit noſtræ ratio ex
poſitionis attendatis quæſo paulo diligētius chriſtiani fratres. Vnde & uobis po
tentiſſima tela contra lapideum cor Hebræorū de armamentariis eorū petita ſub
miniſtrabunť. Probabimus autē illud primo ex teſtimoniis Iudæorū per opa di
ei quarti aduentū Chriſti nobis ſignificari. ſecūdo oſtēdemus nobis Meſſiā repræ
ſentari per nullā rem congruentius q̄ per ſolē:colligemuſq; euidentiſſime ex tem
porū rōne non uenturū in poſterum Chriſtū:ſed Ieſum ex Nazareth filium uirgi
nis promiſſum Hebræis Meſſiā fuiſſe. Eſt inter decreta ueteris Hebraicæ diſcipli
næ ꝑ ſex dies geneſeos ſex mille annos mundi ſic deſignari:ut ſint quæ hic dicunť
opera primi diei uaticiniū eoꝝ:quæ primo mundi millenario futura erant ut con
tingerent:opera item ſecūdi eoꝝ quæ in ſecūdo:& ſic deinceps eodē ſemper utro
biq; ſucceſſionis ordine ſeruato:cui ſententiæ etiā atteſtať inter Iuniores Moſes
Gerundinenſis theologus primæ celebritatis apud Hebræos. Meminit & Diuus
Hieronymus in expoſitiōe pſalmi illius:qui Moſi inſcribiť:uideturq; opinio hæc
fundamento præcipue illi inniti q; mille anni (ut inqt propheta) unus dies ſunt
apud deum. Q uartus igitur dies:ſi uera eſt hæc doctrina:uaticiniū eſt eoꝝ:quæ
quarto millenario mundi euentura ſunt. Age nunc oſtēdamus iuxta annales He
bræoꝝ & quā approbant ipſi annoꝝ ſupputationē quarto mundi millenario Ie
ſum apparuiſſe. cōputant illi ab Adam ad diluuium annos milleqngentos quin
quaginta ſex:a diluuio ad Abraam annos ducentos & nonaginta duos:atq; ita ab
Adam ad Abraā colligunť anni Mille octingenti.xlviii. A genitura autem Iſaac
ad ruinam ſecundi templi:quæ fuit poſt Chriſti mortem numerant annos circiter
(neq;.n.reſeco ad uiuū) mille ſexcētos ſexaginta. Supputant.n.ab Iſaac ad exitū
ex Aegypto annos quadringentos & triginta:ab exitu ad templū quod Salomō
ædificauit totidem fere. a Salomone ad templi deſolationē per Babylonios ānos
quadringentos & decem:a templi inſtauratione ſub Eſdra ad hanc ſub Tito capti
uitatē annos quadringentos.xx. Itaq; ſi omnes ſimul collegeris:cōputabis a mun
di exordio ad Chriſtū iuxta ipſorū Hebræorū mentē annorū tria millia qngētos
& octo:ut & in ipſo quarti millenarii medio Chriſtus aduenerit & intra eiuſdem
millenarii quaſi intra terminos quarti diei & lunæ.i.eccleſiæ lux toti mundo afful
xerit:& innumerabilis martyrū apoſtoloꝝ/doctorūq; multitudo q intra qngētos
annos poſt Chriſti mortem oēs claruere:& firmamenti.i.legis obſcuritatē & no
ſtræ noctis tenebras illuminauerint. At dicent Hebræi Eſto per hæc tempora Ie
ſus aduenerit. Non dū habes Ieſum Chriſtū fuiſſe niſi oſtenderis creditum a no
ſtris futurū/ut per ea tēpora Chriſtus ueniret. Bene res habet & æquū poſtulāt.
& nos præſtare facile poſſumus qđ iure poſtulant. Manifeſta.n.uulgata publica
apud eos ferunť Heliæ oracula citra omnē figurā citra uelamen ex ꝓfeſſo dicen
tia quarto mūdi millenario uenturū Meſſiam:quæ ne uel ficta uideanť a me uel ꝑ
arbitrio interpretata afferā teſtimonia ipſoꝝ Thalmutiſtarū:cum qbus nobis eſt

Ieſus xp̄s ſplēdor p̄næ ſubſtātiæ.

Dogma hebræorū

Moſes gerūdinēſis diu' Hieronymus

Dies dei mille āni.

Q uo tp̄e ieſus apparuit iuxta ānales hebręorum.

Helię oracula

Thalmutiſtæ

controuerſia:qui & illorum faciũt mentionẽ, & ipſa ueritate cogẽte fatentur præ
teriiſſe tẽpus ab Helia prædictũ de aduentu Meſſiæ. Verba hæc ſunt in particula

In Anodazara quomodo dicatur Meſſiæ futurus euẽtus

q̃ inſcribiť Anodazara capite libne edeẽ Tana dbe elihau ſeſeth alaphim ſana ha
ue haolã. Sene alaphim tohu:uſnæ alaphim thora: uſnæ alaphim Iemoth hamas
ſihi uba hauonothema ſerabu iaſhu meon maſeias. hæc ſic latine interp̃temur uer
bũ uerbo reddentes. Dixerũt filii ſiue diſcipuli Heliæ. Sex mille annoꝝ mundus.
Duo mille inane: Duo mille lex: Duo mille dies Meſſiæ: & ꝓpter peccata noſtra
quæ ſunt multa præterierunt de eis quæ præterierũt. Hæc illi. Age nũc ipſis uer-
bis añ omnium oculos propoſitis poſtq̃ nec commentitiũ/nec arbitrarium ego
quicq̃ afferre poſſum diſcutiamus examinemuſq; uerba oraculi/ & ſtatim propo-
ſiti compotes erimus. Sex mille annorum inq̃t eſt mundus: quod uel ſic interpre-
temur Poſt ſex mille annorum curricula: quot etiam ex noſtris multi crediderũt:
conſumationem mundi quaſi ſabbatum futuram: uel ſi (quod eſt uerius) illam di
em nemo nouit: in hunc ſenſum accipiamus: de ulteriori. ſ. tempore nullum in le-
ge uaticiniũ hrĩ: ſed hoc ad propoſitam non attinet quęſtionem. Videamus quod

Hebręi interpretes

ſequitur. Duo mille inane Duo mille lex tum Meſſias. inane uocať (ut hebręi om
nes interpretes dicũt) tempus ante traditam a deo hominibus ullam legem. Sed
uideo inſultantem. Iudæum dicentemq; ſi duo mille anni ſunt ante legem & duo
mille legis uenturus ergo Meſſias non quarta die. i. dum quartus agitur millena-
rius: ſed die potius quinta qa poſt quartum. ſ. millenarium: Sed. n. rñſio facilis: ut
quam ueritas animoſa ſuppeditat. Quod enim dicitur ab Hęlia duo mille inane.
Duo mille lex. haud ſic accipiẽdum q̃ſi integrum tempus duo mille annorum fu-
turus ſit mundus abſq; lege: ſimiliterq; duo mille annos ꝑmanſura ſit lex: ſed ꝙ &
tẽpus legis naturæ ad ſecundũ ꝑueniet millenariũ & tempus legis ad quartũ uſq;
ꝑueniet. Sed & anteq̃ ſecũdus exactus ſit lex: & antequã q̃itus elabatur: erit Meſ-

Helias Thalmutiſtæ

ſias. Quã ego expoſitionẽ mihi ipſe nec fingo nec ſomnio: ſed eam me ipſe Helias
docet: ipſimet docẽt & Thalmutiſtæ. Quod tibi etiam Iudæa aſpis (niſi aures oc
cludas) mox erit manifeſtũ. Inquit Helias duo mille inane. & duo mille lex. Vide
deamus in quem ſenſum fuerit uerũ quod dicitur de inani: indeq; diſcamus rõnẽ

Principiũ legis qũo accipi debeat.

exponẽdi id: qđ diciť de lege. Pricipiũ legis aut a Moſe accipimus aut ab Abraã.
A moſe accipi nõ poteſt quoniam fuiſſet inanitas ſupra quã per duo mille & ter-
cẽtos annos aut circiter. Totidem. n. fere ab Adam ad Moſem. Accipiendum igiť
legis principiũ ab Abraã. cui datum fœdus circũciſionis totius antiquæ legis ra-
dix & firmamẽtũ a: ab Adã aũt ad Abraã ſi ſuas cõſulãt hiſtorias haud integrũ ſpa
tium duo mille annorum: ſed mille dũtaxat octingẽtos quadragintaocto effluxiſ
ſe inueniũt. Quo fit ut non poſt ſecundum millenarium: ſed intra eius terminos
inanitati: legis plenitudo ſuccederet. Quare eadẽ ratione nõ poſt q̃rtum millena
rium: ſed dum quartus agereť inanitati legis: plenitudo euangelica ſuccedere de-

Thalmutiſtæ

buit. quod ſi impudenter etiam & ꝑtinaciter negare pertendant audiãt ſuos Thal
mutiſtas noſtram ſententiam maxime roborãtes. Fatenť. n. ipſi iam tunc cũ ſcribe
bant præteriiſſe tẽpus ab Helia prædictũ de aduentu Meſſiæ: idq; ſuis imputant
peccatis. Quod ſi uerba Heliæ ſic acciperẽtur: ut poſt q̃rtũ millenariũ Chriſtus
eſſet uẽturus nõ intra fines ipſius q̃rti: nec dixiſſent nec dicere potuiſſent Thalmu
tiſtæ præteriiſſe tẽpus ꝓmiſſi a ꝓphetis Meſſiæ: qm̃ quo tpe ſcripta eſt doctrina
Thalmutica: quã nos attulimus: nõ dũ a mũdi exordio fluxerãt anni quattuor mi
lia. Apparuit

lia. Apparuit.n.ut ſupra oſtendimus Ieſus poſt annos a mundi exordio iuxta He/ braeos tria millia qngentos & octo. Scriptū autem (ut ipſi tradūt) Thalmut Hie roſolymitanum trecenteſimo anno poſt Chriſti mortem Babylonium aūt cente/ ſimo anno poſt Hieroſolymū. Quare utrūq intra fines quarti millenarii conſcri ptum eſt:& tamen præteriiſſe tēpus dictū ab Helia de Chriſto uēturo & fatenẽ/ & conquerunẽ. Quo hic ſe condent/aut quas latebras quærent:ut hūc noſtrū ſo lem ipſis inuitis p uniuerſum illuceſcētem oīno fugiant oīno non uideāt: Fatenẽ Thalmutiſtæ (ſi non credunt ueteribus) prædicta a prophetis de aduentu Chri ſti tpa præteriiſſe. Fatenẽ creditū a pphetis uenturū illum p ea tempora:p quæ Ie ſum ipſi aduenisse uolunt. Nec ſui doctores oīno non ueri ſunt cū dicunt ob eorū peccata nō ueniſſe Meſſiam. Neq.n. illis uenit:qui eum non agnouerūt. Neq eſt meſſias.i.redemptor uindex peſſimæ captiuitatis beneficus rex retributor terræ promiſſionis/ideſt ſupernæ Hieruſalē niſi his:qui Meſſiā eū confeſſi ſunt. quod ſi in ppria uenientē ſui non receperūt non ſunt iam ſui:q erant ſui:ſed ab ortu ueni/ unt/& ab occaſu q i ſinu Abrahæ recūbant:filii aūt dilectionis eiiciunẽ in tenebras exteriores. Vnde & importuna eo⁊ ſoluiẽ qſtio ſaluti futurū Meſſiam hebræis: Chriſtum aūt exitio fuiſſe & perditioni. Neq.n. ſunt hebræi:qui pmiſſum hebræ is ex ſtirpe Dauid regem & dñm non modo non ſequuntur/aut colūt:ſed quaſi la tronem quaſi ſacrilegum quaſi pphanū per oēm iniuriam & contumeliam Cruci affigunt. Si filii Abrahæ eſſent:perſtarent in inſtitutis Abrahæ:& cuius diẽ hunc.ſ. quartū ille præuidens gauiſus eſt ipſi quoq gaudētes aduentantē exciperent. At tulit pacē Meſſias hoībus/ſed non oībus. Neq enim dictū ab angelis ſimpliciter: & in terra pax hoībus/ſed adiectū hoībus bonæ uoluntatis. Vtiq idē ſol:q puros oculos illuminat ægros/& debiles cæcat & obſcurat. & recta ſit rōne:ut qui bōis eſt ſalutaris:idē malis ſit noxius:& qui amicos beat utpote porēs/& nō ingratus: Idem etiā hoſtes fulminet & diſperdat. Si male eueniſſet iudæis ſuſcepto Chriſto nō fuiſſet Chriſtus. Sed ſi male euenit crucifixo:utiq fuit Chriſtus: Qui de ſuis ui ctoribus ēt cruci affixus tunc cū maxime uictus apparuit tanta eo⁊ cū ſtrage/& calamitate triūphauit. Quid igiẽ cæci ſolē expectatis: Adeſt ſol & lucet/ſed lucet in tenebris & tenebræ ueſtræ illū nō cōprehēdunt. Præteriit dies quartus:quo or tus eſt ſol. Qui nō diſſoluit legē/ſed perfecit:ſicut neq ſol firmamentum deſtruit: ſed exornat:ſed pficit:ſed illuſtrat. Probauimus ex ordine diei quarti & tpe aduen tus Chriſti intelligenda de eo quæ hic dicuntur. Probemus idē ex figuræ ſimilitu dine:q a per nullā aliam rem imaginari Chriſtū congruentius poſſumus:q̄ p ſolē. Nam & in ſole poſuit tabernaculū ſuū:& exiit de tribu iuda:cuius ſignū eſt leo ſo lare aīal:& cū ſolem in Rep. Plato uiſibilem filiū dei appellet:cur nō itelligamus nos imaginem eſſe inuiſibilis filii. Qui ſi lux uera eſt illumināſ oēm mentem ex/ preſſiſſimū habet ſimulachrū hūc ſolē:q eſt lux imaginaria illuminans oē corpus. Sed quid alia quærimus: ipſum ſolem interrogemus:q patiente Chriſto aduerſa luna deficiens conſenſum nobis ſuæ naturæ euidenter oſtendit. Vt iure optimo nos:ne tangam altiorem cauſam diem quam uocāt mathematici ſolis & diem do mini uocauerimus:& illius cultui totam mancipauerimus. Vel hinc oſtendentes non eſſe cur amplius corporeum ſolem (ut olim gentes) colamus quaſi regē cæ/ li & dominum:poſtq̄ ſol inuiſibilis coæternus patri & coæqualis:per quem & cæ lum & terra condita ſunt ſedentes in umbra mortis homines illuminauit.

Thalmut Hieroſo/lymitanū

Thalmut Babyloni um.

Chriſti ad uentus qd attulerit humanæ gñationi.

Sol Chri ſti imago.

Plato in repu.

Dies ſolis dies dñi.

Caput quintum.

Sed iam examinemus an quæ ſequũtur opera diẽ quartũ reſpõdeãt his quæ poſt
aduentũ Chriſti eueniſſe cõpertũ eſt:ut tunc demum hãc noſtram expoſitionem
ut ueram ut ſtabilem recipiamus:cũ illi undiq; atteſtari:& cõſonare oĩa cognoue
rimus. Videamus qd fiat poſt diem quartum. Producunt aquæ piſces & aues: ꝓ
ducit terra pecora & iumenta. Reuocemus ad mentẽ quid ſuperius ꝑ aquas dixi
Per aquas gentes per terrã iſraelitæ figurantur
mus ſignificari:quæ ſub cælo locatæ collectæ ſunt ad locũ unũ:qd itẽ ꝑ terrã:quę
ab illarũ diluuio facta eſt imũis. Diximus ꝑ aq̃s gẽtes ꝑ terrã iſraelitas figurari:qd
& multis cũ teſtimoniis ꝓphetarũ tum ſimilitudinis rõnibus cõprobauimus: Vi
dimus autem ante ſolis exortum ſteriles aquas nihil ꝓducere:quod eſſet bonum:
Terram aũt feracẽ quidẽ:ſed exigui fructus olerum ſcilicet atq; herbarũ. Poſt ſo
lem & aquæ maiori etiã q̃ terra fœcũditate duo genera proferũt animãtium aues
& piſces. Terra non iam cõtenta arboribus & fruticibus & magna pecora & iumẽ
Simeon
ta producit. Nõne uidetis me etiã tacente impletũ uerbum boni Simeonis:ut eẽt
hic noſter ſol lumẽ ad reuelationẽ gentium & gloriã plebis tuæ iſrael. Nõne habe
mus ſub oculis expreſſam:ſi nihil aliter interꝑtemur & gentiũ uocationẽ & tranſ
formationẽ terreſtris Hieruſalẽ umbratiliſq; ſynagogæ in uerã eccleſiam: & per
Quippe ſole intercedente
petuam dei cæleſtẽq; ciuitatem. Ante ſolis exortum aquæ nihil producunt. Ter
ra producit aliqd:ſed tenue:ſed exiguum. Quoniã ante Chriſti aduentũ apud gẽ
tes nullũ ſpecimẽ uitæ nullus fuit fructus ueræ religionis. Apud Iſraelitas fuit q
Vegetalia ſenſualia ac rationalia generãtur ut inqt Ariſtote.
dem uitæ ſpes aliqua & uiã lucis ex parte cognouerũt & ueram coluerũt religio
nem:ſed ĩchoatam : ſed imperfectam donec ille ueniret:qui eſt uia ueritas & uita.
Et niſi ad hoc myſterium recurramus:afferat mihi quiſpiã rationem:cur terræ or
natum & ſobolẽ ita partitus eſt:ut alia quidem ante ſolẽ protulerit:alia autẽ poſt
ſolem. Cur item ante ſolem nihil producunt aquæ:terra aliquid ꝓducit. Cur duo
genera animantium ab aquis:unum duntaxat genus a terra producitur. Cur auis
aereum animal aquis aſcribitur. Nam(ut agamus de primo)nõ ſatisfacit ſi dica
mus quod quidam dixerunt herbas & plantas de terra educi ante facturam ſolis
ne uirtute eius creatę uiderentͤ. Nam multo magis eadem ratiõe & piſces & aues
& omnis elementorum ornatus debuit fieri ante ſolem.ne uirtute eius factus cre
Moſes omnia callide recenſuit
deretur. Reliquiſſet igitur ſuſpitionem Moſes:& ſi ad plãtas utpote imperfectio
res producendas ſolis lumine opus nõ fuiſſet: fuiſſe tamẽ ad animalia producẽda
quæ ſunt perfectiora. Conſequens enim ut ſi illo non adiuuante perfectiora in lu
cem ueniſſent: poſſent & ſine illo fieri quæ ſunt minus perfecta:Non reciprocatͤ
autem ratio ut ſi abſq; eo fuerint facta quæ ſunt ignobiliora utpote plantæ deſpi
catiſſimum genus uiuentium:potuerit etiam eius opera non intercedente produ
ci omnigena animalium natura. Verius igitur unde nos diximus auctoris conſili
um inueſtigatur. Similiter ſi dicat aliquis relata ad aquas animãtia:quæ in aquis
degunt:uidebit unum potius genus ad eas duo autem ad terram fuiſſe referenda:
quia auium terra potius quã aqua domicilium eſt.& citra omnem cõtrouerſiam
ſi animalis naturam conſideremus aut terreſtre aut aereum animal auis eſt:aqua
Altiſſimæ rationes Ariſtoteles
tile nullo modo eſt. Sed audite altiſſimas omnium rationes ad Chriſti ad eccleſiæ
nos myſteria uel inuitos trahentes. Et profecto ſi omnia(ut inquit Ariſtoteles)
uero conſonant cõſonare omnia maxime Chriſto debẽt:qui eſt ipſa ueritas. Qui
non ab re non de nihilo hebræis totiens dicebat Scrutamini ſcripturas:ipſæ ſunt
q̃ teſtimonium

quæ teſtimoniũ perhibent de me:& prædicta de ſe tam multa. Immo oĩa in lege ĩ
pſalmis in prophetis aſſeuerabat:Sed cæcutimus nos ſæpe ad tantam lucē:nec nĩ
ſi reueláte eo oculos nr̃os cõſiderare poſſumus mirabilia de lege eius. Veniamus
eo nobis opē ferēte ad myſteriorũ figurarũq́ reuelationem. Duo ex aquis anima
lia:unũ ex terra producit:quia maior fuit plenitudo credentiũ ex gẽtibus q̃ ex iu
dæis. Terra aũt & ſi minus multa perfectiora tamen producit animantia his quæ
aquæ producunt iumenta ſcilicet & quadrupedia oĩa. Quia & ſi plures ex ethni-
cis crediderũt q̃ ex hebræis perfectiores tamen qui ex hæbreis:ex quibus apoſto
li fundatores totius religionis. Duo item genera diuerſa duplicẽq́ naturam aquæ
educit auium & piſcium unam tantũmodo terra:quoniam ex gentibus alii quidē
de ſeruitio dæmonum:alii de lege naturæ ad Chriſtum transferũtur. hebræus oĩs
hebræus tantum quia non permiſſum illi uiuere intra terminos naturæ: cui data
lex dei eſt peculiaris ei neq́ reliqs gẽtibus cõmunis. Neq́ enim fecit taliter omni
nationi & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis. Significant igitur nobis piſces:qui a dæ
monum cultu ad nos uenerunt nõ ſolum quoniam aquæ (ut ſupra oſtẽdimus) fi
gurant gentium impietatem:ſed quoniam per hęc quæ in aquis degunt animalia
improbos dæmones ſignificari ſæpe in ſacris litteris atteſtatur Ionethes caldęus: Ionethes
Significant aues:qui de naturæ inſtitutis ad gratiam ſunt tranſlati. Cuius manife caldæus
ſta ratio ex his: quæ in proœmio huius libri abunde ſcripſimus de naturali ſuper
naturaliq́ fœlicitate. Oſtẽdimus enim & cælum expreſſimum eſſe ſimulachrum
ſupernaturalis fœlicitatis:& naturalem fœlicitatem ſecundariam quãdam & ima
ginariam potius q̃ ueram eſſe fœlicitatem. Quare qui hanc cõſequuntur naturæ
legibus utentes per aues congruentiſſime denotantur incolas nõ primi & ueri cę
li:ſed aeris:quod ſecundaria & imaginaria quadam ratione cæli etiam ſibi uendi-
cat nomen. Vnde & uolucres cæli & aues celi tam crebro in diuinis litteris appel
lantur. Videte autem q̃ & profundo factum cõſilio: ut nõ ad aerem:ſed ad aquam
aues referantur. Quoniam qui ſecundum naturam uiuebant:genitum tamen &
ipſi populus cenſebantur. Quippe qui & ſe gentes uocabant. & inter gentes uiue
bant quales fortaſſe & Socrates & pleriq́ philoſophorum. Propterea in commu
ne utrunq́ genus ad aquas eſt relatum. Sed quantum euangelicæ quantum apo-
ſtolicæ doctrinę hæc expoſitio cõueniat imprompru eſt obſtendere. Quãdoqui
dem & conuerſi ex hebræis apoſtoli a Paulo per boues terreſtria animalia & a no Paulo
ſtris doctoribus ſuper euangelium:in quo uendentes de templo eiiciuntur:ſunt fi Euágeliũ
gurati:& Chriſtus iſraelitas oues appellat. Apoſtoli autem:quibus mandata con Chriſtus
uerſio gentium:piſcatores a domino ſunt appellati:quorum princeps Petrus:qui
Romæ dominæ gentium: quaſi oceani quaſiq́ cæterarum piſcator erat futurus.
Chriſtus autem:qui ſe dixit non miſſum niſi ad oues quę perierũt de domo iſrael:
ſibi non piſcatoris/ſed paſtoris potius nomen uendicauit.

Caput ſextum.

Manifeſta etiam hinc diſſolutio quæſtionis:quę diu torſit interpretes huius libri:
Cur ſecundo die non fuerit dictum:& uidit deus quoniam bonum. Si enim dica- Cur ſecun
mus quod dici ſolet ideo factum quia opus aquarum eo die abſolutum non fuit. do die nõ
ſed tertio in quo aquæ quæ ſunt ſub cælo confluxerunt ad locum unum haud ple eſt dictum
ne uidebitur ſatiſfactum. Neq́ enim opus ſecundi diei propriũ eſt diſpoſitio aqua quoniam
rum:ſed diſpoſitio firmamenti:quo inter aquas medio loco firmatum eſt. Fuit au- bonum

tem eo die & firmamenti factura:Cũ dixit deus fiat firmamẽtũ:& diſtinctio aqua
rum:cum dixit & diuidat aquas ab aquis ſatis abſoluta. Aquarum autẽ collectio
quæ dicta eſt mare: & terræ reuelatio: & plãtarum ꝓductio ſicut alterius operis
omnino rationem habent: Ita & alio ideſt tertio die ad quem ſpectabant cõſuma
tæ ſunt. Quærenda igitur ratio de altiori myſterio. Firmamentum(ut ſupra oſtẽ
dimus(legem figurat. Et erat firmamentũ uti informe ita neq; perfectum ſimpli-
citer donec ſole luna ac ſtellis fuit inſtructum: Quemadmodum neq; lex non qui

Mãicheus

dem mala(ut dicunt manichei)ſed neq; bona erat ſimpliciter ideſt pfecta: donec

Chriſtus legem impleuit

Chriſtus uenit:qui legem impleuit. Si malum fuiſſet firmamentum:ſolem non re
cepiſſet:Si fuiſſet bonum:ſole non eguiſſet. Sed firmamentum eatenus bonum
quatenus ſolis cæterorumq; ſyderum erat capax:ſicut eatenus bona etat lex qua-
tenus pedagogus nobis erat in Chriſto & multa permiſit Moſes ob duritiam po-
puli:quæ euangelium poſtea nõ permiſit. Quod autem legem non poſſimus ap-

Manes

pellare malam ut credidit Manes poſſimus tamen appellare non bonam apertiſ-
ſime docet propheta:apud quem deus de hebræis loquens inquit dedi eis præce-
pta nõ bona. Non dixit præcepra mala ſed præcepta non bona ideſt non perfecta

Veteres hebræi

non abſoluta non conſumata. quod confirmãt ueteres hebræi doctores:qui illud
interpretãtes eccleſiaſticis. Vanitas uanitatũ & oĩa uanitas. Vana inqunt etiã lex
donec uenerit Meſſias. & de his quidẽ hactenus.

Caput ſeptimum.

Quid operet uirtus baptiſmi

Quoniam autem ſupremum beneficium corporati uerbi id fuit ut per baptiſmi
ſacramettum:per quod uirtus Chriſti in nos transfunditur regeneremur in filios
dei non ex ſanguinibus: ſed ex deo nati. poſtremo hoc nobis indicat Moſes cum
poſt exottum ſolem & mundo demonſtratum:poſt aquarum terræq; fertilitatem
hominem facit ad dei imaginem non terrenum hominem:ſed cæleſtem. Conuer-
ſis enim ad Chriſtum gẽtibus & iudæis hoc erat reliquum: ut per ſanctiſſimum la
uacrum dominicæ cruci ſe cõformantes reformarentur ad imaginem dei. Nam ſi
baptiſmus dei filios facit: filius autem imago patris:nõ ne totius trinitatis uirtus
operans in baptiſmo illa eſt quæ dicit. Faciamus hominem ad imaginem noſtrã?
Si igitur ſumus ad imaginem dei ſumus & filii. Si filii & heredes ſumus hæredes

Paulus

dei coheredes Chriſti. Sed qui ſunt filii? Scriptum a Paulo eſt clamate nos abba
pater in ſpiritu ſancto. Qui igitur ſpiritu uiuunt hii ſunt filii dei: hii Chriſti fra-
tres:hii deſtinati æterne hæreditati quã mercedem & fidei & bene actæ uitæ in cæ
leſti hieruſalem fœliciter poſſidebunt.

EXPOSITIO PRIMAE DICTIONIS IDEST IN PRINCIPIO.

IAm ad calcem uentum eſt operis ſeptiformi uniuerſi con-
textus expoſitiõe decurſa. Sed ſupereſſe aliquid adhuc co
gnoſco itactum a nobis & indiſcuſſum: quod etiam primo
loco exponendum uidebatur ideſt quid ſibi uelit prima di
ctio legis quæ eſt in principio. Non temere autem aut ſine
cauſa de hoc principio in fine totius operis dicere uolui.
Nec aut de dei filio hic ſum diſputaturus quod eſt princi-
pium per quod facta ſũt omnia(Eſt enim ſapiẽtia patris)
Nec ꝓbaturus idẽ ſentire cũ nr̃is hoc loco ueteres hebræ-
os:quod alibi faciemus. Sed cogitamus per aliam interpretandi ratiõe guſtũ da
re lectoribus

relectoribus moſaicæ profunditatis. Quod nõ antea faciemus q̃ cum de dogmate quodam: quod uere paradoxon eſt antiquioris iudaicæ diſciplinæ: paucula delibauerimus. Firma eſt ſententia omnium ueterum: quam ut indubiam uno ore confirmant: omnium artium omnis ſapientiæ & diuinæ & humanæ integrã cognitionem in quinque libris Moſaicæ legis includi: diſſimulatam artem & occultatam in litteris ipſis quibus dictiones legis contextæ ſunt quo modo nunc declarabimus. Sũmamus gratia exempli primam particulam libri geneſeos uidelicet ab exordio uſq; ad locum ubi eſt ſcriptum & uidit deus lucem quod eſſet bonum. Eſt tota illa ſcriptura tribus & centum elementis coagmentata: quæ eo modo diſpoſita: quo ibi ſunt dictiones conſtituunt quas legimus nihil niſi cõmune & triuiale præ ſe ferentes. Corticem ſcilicet cõflat hic litterarum ordo hoc textum medullæ interius abditæ latentium myſteriorũ. At uocabulis reſolutis elemẽta eadẽ diuulſa ſi capiamus & iuxta regulas quas ipſi tradunt quæ de eis conflari dictiones poſſunt rite coagmentemus futurum dicunt ut eluceſcant nobis ſi ſimus capaces occluſæ ſapientiæ mira de rebus multis ſecretiſſima dogmata & ſi in tota hoc fiat lege tum demum ex elementorũ hac quæ rite ſtatuatur & poſitione & nexu erui in lucem omnẽ doctrinam ſecretaq; omnium liberalinm diſciplinaꝝ. Dixi autem ſi ſimus capaces occluſæ ſapientiæ. Nam fieri poteſt ut tractantibus nobis diſſoluentibuſq; & cõponentibus aliquas dictiones pariant̃ inde multa uocabula multiplex item ſeries orationis: quæ magna doceat: magna ſignificet: ſed niſi aliquis de ea re doctrinam alibi ſit conſecutus quid illa ſignificent non intelligens quaſi inutilia atq; fortuita non contemnere nõ poteſt. Neq; enim dogmata & doctrinas ibi diſcere poſſumus: ſed ſolum poſſumus agnoſcere. Hæc ego ut nõ probo aſſerens uel atteſtor: quia de eis nec feci periculũ: nec me facere poſſe cõfido: Ita neq; nego neq; cõtemno: tum quia magnos hæc opinio habet auctores: Tum quia de Moſe: qui in tota domo dei fuit fidelis: Maiora etiã facile credi poſſunt.

Se auctor tale dogma ꝓlatu rũ pollicetur ut ſit iuxta paradoxon ueteris iudæorũ diſciplinæ

Quæ autem mihi non illas quidem abyſſos intranti: ſed huius maris littus radẽti gemmarum diuitiæ occurrerit quas neq; hermus neq; pactolus apud poetas ferre dicuntur: Non ingratum fore putaui noſtris hominibus ſi publicarem. Libuit periclitari in prima operis dictione quæ apud Hebræos Breſir apud nos in principio legit̃ an ego quoq; uſus regulis antiquorum eruere in lucem inde cognitu dignum aliquid poſſem? Igitur præter ſpem meã præter opinionem inueni quod neq; inueniens ipſe credebam neq; credere alii facile potuerunt uniuerſam de mũdi rerumq; omniũ creatione rationem in una ea dictione apertam & explicatam: Rem dico mirabilem inauditam & incredibilem. Sed mox credetis ſi attenderitis & res ipſa uerum me demonſtrabit. Dictio illa apud Hebræos hoc modo ſcribit̃

Moſes in tota domo dei fidelis

Ex hac igitur ſi tertiam litteram primæ ceniungamus fit dictio .i.ab Si geminare primæ ſecundam addamus fit .i.bebar. Si præter primã omnes legamus fit .i.reſit. Si quartam primæ & ultimæ cõnectamus: fit .i.ſciabat. Si tres primas quo iacent ordine ſtatuamus: fit .i.bara. Si prima omiſſa tres ſequentes: fit .i.roſc. Si omiſſis prima & ſecunda duas ſequentes: fit .i.es. Si tribus primis omiſſis quartam ulrimæ copulemus: fit .i.ſeth. Rurſus ſi ſecundã primæ: fit .i.rab. Si poſt tertiã quintã tum Quartam ſtatuamus: fit .i.hiſc. Si primas duas duabus ultimis coagmentemus: fit .i.berith. Si ultimam primæ: fit ultima dictio &

In prima dictione operis uniuerſam rotius mundi rõnem contineri

duodecima quæ eſt   .i.thob uerſo: qđ frequentiſſimũ apud Hebræos thau in
Fida interpretatio
thet elementũ. Videamus autem quid primo hæc latine ſignificent: tum quæ per
ea non ignaris philoſophiæ de tota natura myſteria reuelentur. Ab patrẽ ſignifi-
cat. Bbar in filio & per filiũ (utrũq; enim ſignificat beth præpoſitio) Reſit princi
pium. Sabath quietẽ & finem. Bara creauit. Ros caput. es ignem. Seth fundamẽ-
tum. Rab magni. hiſc hominis. Berit fœdere. Tob bono. & totam ſi ordine conſe-
quenti orationem texamus erit huiuſmodi. Pater in filio & per filium principium
& finem ſiue quietem creauit caput ignem & fundamentum magni hominis fœ-
dere bono: hæc tota oratio ex primæ illius dictionis reſolutione & compoſitione
diſſultat. Cuius q̄ altus q̄ plenus omni doctrina ſit ſenſus haud palam eſſe omni-
bus poteſt. Sed ut aliqua ſtatim non tamen omnia omnibus aperta quæ per has
uoces nobis ſignificantur. Notum omnibus chriſtianis quid ſit patrem in filio &
per filium creaſſe. Quid item ſit filium principium eſſe & finem omniũ: Eſt enim
Ioannes
α & ω (ut ſcribit Ioannes) & ipſe pricipium ſe appellauit: & nos demõſtrauimus
finem rerum omnium eſſe: ut principio ſuo reſtituant̃. Cætera paulo obſcuriora
quid illa ſcilicet ſibi uelint caput ignis & fundamentũ magni hominis: quid illud
ſit fœdus & qua ratione bonum dicatur. Neq; enim ſtatim in ꝓmptu omnibus ui
dere hic explicatam mundorũ quattuor de quibus ægimus omnẽ rationẽ: cogna-
tionem item & fœlicitatem: de quibus poſtremo nos diſputauimus. Primũ igitur
illud aduertendũ uocari a Moſe mũdũ hominẽ magnũ. Nam ſi homo eſt paruus
Mundus magnus/ q̄ ſuperius q̄rtus dicitur/eſt homo
mundus: utiq; mundus eſt magnus homo. hinc ſumpta occaſione tres mundos in
tellectualem cæleſtem & corruptibilẽ per tres hominis partes aptiſſime figurat:
ſimul indicans hac figura non ſolũ contineri in homine mũdos omnes: ſed & quę
hominis pars cui mũdo reſpõdeat breuiter declarans. Cogitemus igit̃ in homine
tres partes ſupremã caput: tum quæ a collo ad umbilicum ꝓtẽditur. Tertiã: quæ
ab umbilico extẽdit̃ ad pedes. Sunt enim & hæ in hominis figura uarietate qua-
Quæ ꝑs in homine cui mundo reſpondeat
dam diſcluſæ & ſeparatæ. Sed mirũ q̄ pulchre q̄ examuſſim per exactiſſimã ratio
nem tribus mundi partibus ꝓportione reſpondeant. Eſt in capite cerebrum fons
cognitionis. Eſt in pectore cor fons motus uitę & caloris. Sunt in parte poſtrema
genitalia membra principium generationis. Itidem aũt & in mũdo ſuprema pars
quæ eſt mundus angelicus ſiue intellectualis eſt fons cognitionis: ꝗa facta illa na
Cognitio
tura ad intelligendum eſt. Pars media: quæ eſt cælum principium uitæ motus &
Motus
caloris in qua ſol uti cor in pectore dominat̃. Eſt infra lunã quod omnibus notũ
Gñatio
generationis principiũ & corruptionis. Videtis quam apte omnes hę mundi par
Vide myſticam auctoris indaginem.
tes & hominis inuicem cõgruant. Deſignanit autem Moſes primam quidem no-
mine proprio capitis.ſ. Secundam autem ignem appllauit: & quia hoc nomine
a multis cælum cenſetur: & quia in nobis hæc portio principium eſt caloris: Ter
tiam uocauit fundamentum quia per eam (ut notum omnibus) totum hominis
corpus fundatur & ſubſtinetur. Adiecit autem ꝙ hæc creauit fœdere bono: quia
inter eas fœdus pacis & amicitiæ ex naturarum cognatione & mutuo conſenſu
per ſapientiæ dei legem ſancitum eſt. Quod fœdus ideo eſt bonum: quia ad de-
um: qui eſt ipſum bonum: ita dirigitur & ordinatur: ut quemadmodum inter ſe to
tus mundus unus: Ita & cum ſuo auctore poſtremo ſit unum. Imitemur & nos ſan
ctiſſimum fœdus mundi: ut & mutua caritate inuicem ſimus unum & ſimul om-
nes per ueram dei dilectionem cum illo unum fœliciter euadamus.

Ioannes

Ioannes Pici Mirandulæ elegiaco carmine ad Deum deprecatoria.

Alme deus/ſumma qui maieſtate uerendus
Vere unum in triplici numine numen habes
Cui ſuper excelſi flammantia mœnia mundi
Angelici ſeruit turba beata chori:
Cuius & immenſum hoc/oculis ſpectabile noſtris
Omnipotens quondam dextra creauit opus:
Aethera qui torques qui nutu dirigis orbem/
Cuius ab imperio fulmina miſſa cadunt:
Parce precor miſeris noſtras precor ablue ſordes/
Ne nos iuſta tui pœna furoris agat.
Quod ſi noſtra pari penſentur debita lance
Et ſit iudicii norma ſeuera tui/
Quis queat horrendum uiuentis ferre flagellum
Vindicis:& plagas ſuſtinuiſſe graues:
Non ipſa iratæ reſtabit Machina dextræ
Machina ſupremo non peritura die.
Quæ mens non primæ damnata ob origine culpæ?
Aut quæ non proprio crimine facta nocens?
Aut certe ille ipſe es proprium cui parcere ſemper
Iuſtitia mq; pari qui pietate tenes:
Præmia qui ut meritis longe maiora rependis/
Supplicia admiſſis:ſic leuiora malis.
Nāq; tua eſt noſtris maior clementia culpis/
Et dare non dignis res mage digna deo eſt.
Quanquam ſat digni:ſi quos dignatur amare
Qui quos non dignos inuenit/ipſe facit.
Ergo tuos/placido miſerans precor aſpice uultu
Seu ſeruos mauis/ſeu magis eſſe reos:
Nempe reos/noſtræ ſi ſpectes crimina uitæ
Ingratæ nimium crimina mentis opus:
At tua ſi potius in nobis munera cernas/
Munera præcipuis nobilitata bonis
Nos ſumus ipſa olim tibi quos natura miniſtros
Mox fecit natos gratia ſancta tuos.
Sed premit(heu)miſeros tantæ indulgentia ſortis:
Quos fecit natos gratia/culpa reos.
Culpa reos fecit/ſed uincat gratia culpam/
Vt tuus in noſtro crimine creſcat honor:
Nam tua ſiue aliter ſapientia/ſiue poteſtas
Nota ſuas mundo prodere poſſit opes/
Maior in erratis bonitatis gloria noſtris
Hecq; præ cunctis fulget amandus amor:

Qui potuit cælo dominum deducere ab alto,
Inqꝫ crucem ſummi tollere membra dei:
Vt male contractas patrio de ſemine ſordes
Ablueret lateris ſanguis & unda tui
Sic amor & pietas tua rex mitiſſime/tantis
Dat mala materiam ſuppeditare bonis.
O amor o pietas noſtris bene prouida rebus
O bonitas ſerui facta miniſtra tui
O amor o pietas noſtris male cognita ſæclis
O bonitas noſtris nunc prope uicta malis:
Da precor huic tanto/qui ſemper feruet/amori
Ardorem in noſtris cordibus eſſe parem:
Da ſathanæ imperium/cui tot ſeruiſſe per annos
Pœnitet/excuſſo depoſuiſſe iugo.
Da precor/extingui ueſanæ incendia mentis/
Et tuus in noſtro pectore uiuat amor:
Vt cum mortalis perfunctus munere uitæ
Ductus erit dominum ſpiritus ante ſuum./
Promiſſi regni fœlici ſorte potitus
Non dominum/Sed te ſentiat eſſe patrem.

FINIS.

Robertus Saluiatus Laurentio Medici Salutem.

Cum eo natus ingenio Laurenti Clariſſime eaqꝫ natura ſim inſtitutus:ut nihil mihi ſit prius ꝙ illos amare colere & uenerari:qui uel ingenio excellentes uel doctrina ſint ſingulares: Non potui Picum tuum Mirandulã non amare præ omnibus & admirari uirum profecto omni admiratione digniſſimum. Is cum nuper tibi librũ de ſeptiformi ſex dierũ Geneſeos enarratione primitias ſtudiorum ſuorum dicauerit opus non meo tantum/ſed omnium iudicio excellentiſſimum:dare operam uolui ut mea impenſa emẽdata impreſſione publicaretur: Nihil dubitans ſimul me & meo in illum amori & publicæ ſtudioſorum utilitati ſatisfacturum.Acceſſit qꝫ non ingratam me tibi rem facturum ſperaui ſi quæ tibi ille phyſica & diuina myſteria communicauit per me deniqꝫ omibus fierent communia. Vale.

IOANNES PICVS MIRANDVLA LAVRENTIO MEDICIS.

APologiam nſam dicaui tibi Laurenti medices/ut rẽ non utiq;(deũ
teſtor)uiſam mihi dignã tãto uiro:Sed tibi eo iure debitã quo mea
oĩa iam pridẽ tibi me debere intelligo.Hoc.n.habeas pſuaſiſſimum
qcqd ego aut ſum,aut ſum futurus id tuũ eẽ Laurẽti & futuꝝ ſemp
in poſteꝝ:Minus dico q̃ uellẽ/& uerba oĩno frigidiora hæc q̃ ut ſa-
tis exprimãt qđ cõcipio.i.quo amore:q̃ fide:q̃ obſeruantia & ꝓſequar:& a multis
iam annis fuerim te ꝓſecutus.Moueor cũ pluribus in me collatis officiis amantiſ
ſimũ aĩum tuũ plane teſtantibus/tum tuis non tam fortunæ q̃ animi:iiſdẽq; raris
imo tibi peculiaribus bonis/quæ narrare in præſentia pudor me nõ ſinit tuus.Re
deo ad Apologiã:quã hilari quæſo ſuſcipias fronte:exiguũ ſane munus/ſed fidei
meæ/ſed obſeruantiæ profecto in oẽ tp̃s erga te maximæ non leue teſtimonium.
Quã ſi forte eueniat ut a magnis:q̃bus es ſemp occupatiſſimus tractandis rebus
attingas:memineris nõ tam hoc ip̃m & ꝓperatũ.ſ.opus potiusq̃ elaboratũ & opis
argumentũ ex alieno mihi nõ meo ſumendũ fuiſſe iudicio:q̃ nõ iccirco illã nuncu
patã tibi/ut quæ in me non eſt in me agnoſcas ingenii/aut doctrinæ præſtantiam:
ſed ut ſcias:nã dicam iteꝝ:me qcquid ſum tuæ amplitudini eſſe deditiſſimum.

APOLOGIA IOANNIS PICI MIRANDVLAE CONCORDIAE COMITIS.

CVM nuper Romã ueniſſem pedes ſummi põtificis Inno-
centii.viii.cui ab innocẽtia uitæ nomẽ meritiſſimũ de mo
re deoſculaturus:ut ſimul & ab inſtituto nõ diſcederẽ meo
cõmentandi/tractãdiq; ſemp aliqd de re lr̃aria,& rẽ facerẽ
ꝓ uiribus dignã urbe Roma:gratã principi xp̃iano:utilẽ
mihi & ſtudioſis:nõgentas de diuinis & naturalibus rebus
quæſtiões ꝓpoſui.Ad quas in publico doctiſſimoꝝ homi
nũ cõſeſſu eſſem rñſurus:Vix in publicũ uenerãt cũ inter
aliquos qui ſi non ingeniũ uel doctrinã ſtudiũ ſaltem bo-
narũ artium in me probarent obtrectatoꝝ turba multiplex aſſurrexit.Et q̃q̃ & fa
ſtidia/& naſos/& cẽſuras/& oĩno iudicia uniuſcuiuſq; uaria eſſe uiderẽ utiq; ut ſem
per accidit cũ nouũ aliqd & non triuiale molimur.Quinq; fere tñ erãt præcipua
quæ ſummuſſores iſti in me dãnarent.Aliq.n.p̄hiam & lr̃as oĩno carpere:illud ẽt
ut uiderent ſcioli.Quãdoq; addentes eiectũ Adam de paradiſo ꝙ per ſciam boni
& mali æqualẽ ſe diis facere uoluit.Exterminãdos pari exẽplo de Chriſti curia q
uolunt ſapere plusq̃ oportet.Alii nõ tam p̄hiam q̃ hoc ipſum diſputãdi genus &
hanc de lr̃is publice diſceptãdi inſtitutionẽ non approbare ad põpã potius inge-
nii & doctrinæ oſtẽtationẽ q̃ ad cõparandã eruditionẽ eſſe illã oblatrãtes.Nõnul
li me audacẽ dicere & temerariũ.Qui hac ætate quartũ.ſ.&.xx.nõdũ natus annũ
de altiſſimis p̄hiæ locis:de ſublimibus chriſtianæ theologię myſteriis:de incogni
tis diſciplinis in celebratiſſima urbe in ampliſſimo doctiſſimoꝝ hoĩum cõſeſſu di
ſputationẽ ꝓponere nõ dubitarem.Multi non tam ꝙ Romæ ꝙ iuuenis q̃ ꝙ de tot
numero.i.de nõgentis diſputaturus eſſem q̃õnibus accuſare/& ſupflue/& ambitio
ſe/& ſupra uires id factũ calũniantes.Ex his aũt qui ſapiam.i.theologiæ ſtudium
ꝓfitebanť:qdã fuere qui conuiciis forte leuioribus non cõtenti non iam audacẽ

Inno.viii. ſummus pont.

Obtrectatoꝝ nugæ

Quo ætatis ãno diſſerere iſti-tuerat.

me non temerarium non glorioſum:ſed magum:ſed impium:ſed nouũ in Chriſti
eccleſia hæreſiarcham prædicarent. Fui ego (deũ teſtor) dubio diu cõſilio diluen
da hæc mihi obiectamenta an ſilentio potius prætereunda eſſent. Mouebant me
Duæ ad ſcribendũ cãæ impedimenta
ut tacerem duo præcipue: Primũ ꝙ ego & contentionis & iurgioꝝ abhorrens ani
mi pacẽ/& quã mihi mea præſtiterunt ſtudia placidiſſimæ uitæ tranqllitatẽ ama
ui ſemp: nec odi ullum magis ſcribẽdi munus/q̃ ꝙ in diſceptatione & amarulenta
quoquomodo altercatione ſit conſtitutum: quippe q non minus referre q̃ inferre
iniuriã uel contumeliã/nec boni uiri duxerim eſſe unq̃ nec phi. Alteꝝ hoc ipſum
erat/ꝙ & ſummi põtificis: cuius mihi merito celebranda ſemp memoria/& ex ſan
ctiſſimo apoſtolico ſenatu cõpluriũ iudicio contentus: quoꝝ & benignitatẽ/& be
niuolẽtiſſimũ in me aĩum obliuiſci nunq̃ aut poſſum/aut debeo. uidebar facile &
odium poſſe negligere & cõuitia hoſum improborũ: & profecto quod attinet ad
cætera in hac eram ſnĩa/ut indignos illos exiſtimarẽ: qbus aliqñ reſponderẽ. Sed
in uno mihi obiecto hæreſeos crimine hoc ſi facerẽ uerebar/ne quod nõ diluerẽ:
Ruffinus
uiderer crimen agnoſcere. Scribit aũt & ſapientiſſime Ruffinus eſſe quidẽ glorio
ſum Chriſti exemplo patienter iniurias tolerare. At unã notã hæreſeos qui ferat/
Hieronymus
uel diſſimulet nõ eſſe chriſtianũ/& Hieronymus noſter q̃ta maxima põt animi cõ
tentione clariſſima exclamat uoce. Nolo in ſuſpitione hæreſeos quẽq̃ eſſe patien
tem. Tacere ergo me non uult Hieronymus & inuitũ, ocioſumq; hoiem pro ſua
qua põt auctoritate ad ſcribendũ trahit/& impellit. Quare ſi qui ſunt q forte me
tacere uellent: ſciant ſibi nõ mecũ/ſed cũ Hieronymo eſſe cõtrouerſiã qui me tace
re non uult. Hieronymo non audire qs põt ſine flagitio? ipſo ergo ſuadẽte imo co
gẽte ẽt breuẽ aggreſſus ſum aſcribere apologiã: nõ ut quẽq̃ lacerem uel accuſem:
ſed ut a maximo qđ mihi iniuria obicit impietatis crimine iure me excuſem. hoc
quæſo patiant obtrectatores mei eo aĩo quo ego iniquã illorum offenſam paſſus
ſum ſemper. Patiant inq̃ ut qui chriſtianus de chriſtianis ſum parentibus natus:
q uexillum Chriſti Ieſu in fronte gero: q pro Chriſti fide ẽt obeã lubens quaſi cũ
Paulus
Paulo hoc ipſis æquo aĩo audientibus exclamẽ uoce. Nõ magus nõ iudæus ſum:
non Iſmaelita nõ hæreticus. ſed Ieſum colo, & Ieſu crucẽ in corpore meo porto: ꝑ
quẽ mihi mũdus crucifixus eſt/& ego mundo. Deniq; cũ & ſanctitatis & ſapiæ, &
id genus egregios titulos/nec mihi arrogẽ/nec illis derogẽ hunc unũ mihi ipſi ꝓ
quo tuendo ẽt ſanguinẽ ultro effundam: quæſo nõ demant/ut. ſ. me poſſim dicere
chriſtianũ. Quod ſi cõcedunt hæc eis nõ ſcribo a qbus iam impetraui quod tota
Vt hæreſis nomen aboleret ſumptũ ẽ apologiæ onus.
noſtra contendit apologia. Aliis ſcribo qui eſſe me aut fuiſſe aliqñ hæreticũ cre
dunt uel ſuſpicant. Quãq̃ aũt principale ꝓpoſitũ eſt hoc ut oñdamus ab ortho
doxo & catholico tramite non me/ſed illos deuiare/qui me hæreticũ calũniant:
tamen poſtq̃ ſcribendũ eſt: dicemus & aliqd de his quę primo nobis obiecta ſunt:
ne meo ſilentio quaſi culpa conſciẽtia abuti poſſint nr̃i obtrectatores. Erat aũt qđ
uitio in primis dabant multi hoc meũ philoſophari. Quibus hoc loco nihil ſum
reſpõſurus: qa & cãm phiæ ſeorſum agere opere peculiari eſt conſilium: & oĩno ſi
turpe eſt dare ſe lr̃is colere bonas artes & diſciplinas malo hanc culpã agnoſcere
quã deprecari. His etiã qui genus hoc diſputandi/& hanc de deo de natura de mo
ribus publice diſceptandi inſtitutionẽ deteſtant. Multa non ſum dicturus qñ hoc
crimen ſi crimen eſt cõe: eſt mihi cũ magnis uiris imo cũ probatiſſimis non ſolum
noſtræ/ſed fere oĩum ętatũ philoſophis. Quibus fuit certiſſimũ nihil ad cõſequẽ
dam quã

dam quã quærebant ueritatis cognitioné ſibi eſſe potius q̃ ut eſſent in diſputandi
exercitatione frequentiſſimi. Sicut.n.per gymnaſticam corporis uires firmiores Diſceptã
fiũt/ita iu hac quaſi lĩaria paleſtra aĩ uires & fortiores lõge & uegetiores euadũt. di utilita
Nec crediderim ego aut poetas aliud p decãtata Palladis arma:aut Hebræos cũ té gymna
ferrũ ſapientũ ſymbolũ eſſe dicũt:ſignificaſſe nobis q̃ honeſtiſſima hoc genus cer ſticæ com
tamina adipiſcẽdæ ſapiæ oppido q̃ neceſſaria. Quo forte fit ut & chaldæi in eius parando
Geneſi q pħus ſit futurus illud deſiderẽt:ut Mars Mercuriũ triquetro aſpectu cõ proponit.
ſpiciat q̃ ſi ſi hos cõgreſſus:hæc bella ſubſtuleris ſomniculoſa & dormitans futura
ſit oĩs pħia. Sed ꝗ attinet ad hæc ut dixi malo auctoritatibus & ꝑiudiciis magno
rũ uiroꝝ q̃ rõnibus me defendere. Illud uẽ opæ maioris ſatiſfacere his q ætate in
genio doctrina imparẽ dicũt me tã magnæ ꝓuinciæ:nec iuxta Horatiũ cõſuluiſ Horatius
ſe hũeros qd ferre ualeãt qd recuſent. Profecto hic mihi difficilis rõ defenſiõis dũ
ſi parẽ me dico imodeſti/& de ſe uimia ſentiẽtis:ſi imparẽ fateor temerari/& icon
ſulti uideor notã ſubiturus. Graues icidi anguſtias dũ nõ poſſum ſine culpa de me
ꝑmittere qd nõ poſſum/& ſine culpa nõ pſtare. Et qdẽ illud Iob afferre poſſem Iob
ſpũm eſſe iu oĩbus/& forſan audire cũ Timotheo. Nemo cõtẽnat adoleſcẽtiã tuã/ Thimote
ſed ex mea uerius hoc cõſcia dixero nihil in nobis eẽ magnũ uel ſingulare. ſtudio us
ſum me forte/& cupidũ bonaꝝ artiũ nõ iſiciatus. docti tñ nomẽ mihi nec uẽdico/
nec arrogo. Nã ut ſcripſit aliqñ Hermolaus meus deliciæ Romanæ liguæ ætatis Hermo
nr̃æ ſplẽdor & gl̃ia uõ põt non idoctus eſſe q ſe doctũ credit. Quare & qd tã gran lai dictũ
de hũeris onus impoſuerim nõ fuit ꝓpea ꝗ mihi cõſcius nr̃æ iſirmitatis nõ eſſem.
ſed ꝗ ſciebã hoc genus pugnis.i.lĩariis eſſe peculiare qd in eis lucꝝ eſt uici. Quo
fit ut imbecilliſſimus qſꝗ uon detrectare mõ,ſed appetere ultro eas iure poſſit &
debeat. Q ñqdẽ q ſuccũbit bñficiũ a uictore accipit:non iniuriã.q̃ppe qui p eũ &
locupletior domũ.i.doctior & ad futuras pugnas redit inſtructior. hac ſpe aĩatus
ego iſirmus miles cũ fortiſſimis oĩum/ſtrenuiſſimiſꝗ tã graué pugnam decernere
nihil ſum ueritus. Q d tñ temere ſit factũ/nec ne rectius utiꝗ de euentu pugnæ q̃
de nr̃a ætate poterat qs iudicare. Reſtat ut his rñdeã q nũeroſa ꝓpoſitaꝝ reꝝ mul
titudĩe offendunẽ:q̃ ſi hoc eorũ hũeris iſideret onus. & uõ poti⁹ hic mihi ſoli quã
tuſcũꝗ eſt labor eẽt exanclãdus. Indecẽs ꝓfecto hoc & moroſum nimis uelle alie
næ iduſtriẽ modũ ponere:& ut inqt Cic.i ea re q̃ eo melior quo maior mediocrita Cicero
té deſiderare:oĩno tã grãdibus auſis erat neceſſe me/uel ſuccũbere,uel ſatiſfacere.
licā.Dicit ergo cōcluſio.Chriſtus nō ueraciter & quātum ad realē præſentiam ut pōit Thomas & cōis uia deſcendit ad inferos:ſed ſolū quo ad effectū.Vbi eſt notandum ꝙ ly & ubi dr̃ & quātū ad realē præſentiā tenetur copulatiuæ. & ly ut cū dicit̃ ut ponit Thomas tenetur ſpecificatiue & determinatiue ut mox declarabo. Ex q̄bus patet ꝙ prædicta concluſio eſt una ꝓpoſitio copulatiua negatiua uel de copulato extremo negatiōe præpoſita coniūctioni copulatiuæ. Cuius ſenſus eſt. Nō eſt ita ꝙ chriſtus ueraciter & quantū ad realem præſentiā eo modo quo pōit Thomas deſcenderit ad inferos &c.& illa copulatiua æquiualet uni diſiunctiuæ affirmatiue de ꝑtibus cōtradicētibus.ſ.iſti.Chriſtus nō deſcēdit ueraciter ad inferos uel non deſcēdit ad inferos ſecundū realem præſentiā &c.Ex quo ſequit̃ ꝙ ex dicta cōcluſione inferēdo ꝙ chriſtus nō ueraciter deſcendit ad inferos eſt arguere a tota diſiunctiua affirmatiua ad alterā eius ꝑtē determinate.Talis aūt argumentatio peccat ſecūdū cōſequēs.Diſiunctiua enim affirmatiua eſt conſequēs ad alterā eius partem.Sequit̃ ulterius ꝙ rōne falſitatis prædictæ partis non debet falſificari tota diſiunctiua prædicta.Vnde in ſimili iſta ꝓpoſitio eſt uera. Socrates eſt homo.& illa eſt falſa Socrates eſt homo:& deus nō eſt deus.Ex qua arguere ergo Socrates non eſt homo:profecto puerile eſt. A ſimili ex iſta copulatiua negatiua chriſtus nō ueraciter & quantū ad realē præſentiam ut pōit Thomas deſcēdit &c. Arguere ergo chriſtus nō ueraciter deſcēdit puerile eſt:& hoīs penitus neſciētis logicam nec philoſophiā nedū theologiam.Nō ſolū aūt non intendo in cōcluſione mea iſtā ꝓpoſitionē eſſe uerā.Chriſtus nō ueraciter deſcēdit ad īferos:ſed neq̧ iſtā. Chriſtus uel aīa chriſti non fuit præſentialiter in inferno:& ꝑ realem ac uerā præſentiam ſuæ ſubſtantiæ:ſed ſolum intendo ꝙ nō fuit ibi ꝑ realē præſentiam eo modo quo ponit Thomas & cōis uia.Ideo dixi ꝙ ly ut tenetur ſpecificatiue & determinatiue de ly realis præſentia.ideo nō ualet nō fuit ibi realiter præſens eo mō quo talis doctor dicit:ergo non fuit ibi realiter præſens. Tenet autē cōis uia.i.uia Scoti Bōauēturæ & omniū Scotiſtaꝝ & q̄ſi oīum nominaliū: ꝙ ita fuerit ibi præſens ꝙ ſua ſubſtātia fuerit ei ratio præſentialitatis & locabilitatis:quā opinionem q̄ ēt Thomas mihi uidet̃ ſe q̄i iſta materia.Ideo dixi ut pōit Thomas & cōis uia. Cōmunē uiā theologorū appellans quæ cōiter nunc tenet̃ Pariſius ubi pręcipue uiget ſtudiū theologiæ:ibi aūt fere oēs incedunt in iſta materia de præſentialitate aīæ ad locū cū Scotiſtis & noīalibus:& ego propter hoc ſolum.i.ꝓpter reuerentiam uniuerſitatis Pariſiē.nolui ponere hanc meā concluſionem niſi tanq̄ probabilem:etiam ꝙ uiderem ipſam ſecundum uiam multorū probatiſſimorū doctorum poſſe etiam aſſertiue poni ꝙ aūt ly ut poſſit teneri in cōmuni modo loquendi determinatiue patet. Nam ſi quis dicat attributa nō diſtinguuntur: ut dicit Scotus apud omnes ꝓpoſitio haberet duplicem ſenſum propriū. Vnus eſſet capiendo ly ut relatiuæ & ęquipolleret huic dictioni ꝙ ac ſi diceret̃ attributa non diſtinguūtur:quod.ſ.attributa non diſtingui dicit Scotus.& propoſitio eſſet falſa etiam ſecūdū Thōiſtas quia etiam ipſi concedunt attributa aliquo modo diſtingui.Alius ſenſus eſſet capiēdo ly ut determinatiue & ſpecificatiue & æquipolleret huic dictioni eo mō quo ac ſi diceretur attributa non diſtinguuntur eo modo diſtinctionis quo dicit ea diſtingui Scotus.& tūc apud Thomiſtas propoſitio eſſet uera & ita eſt in q̄libet ꝓpōne ubi poſt recitatā opinionē pōit̃ auctoritas alicuiꝰ cōiūcta per hāc dictionē ut. Si ergo iſte modus loquendi & ꝓprius & uſitatiſſimus apud

omnes

Scotus
.S.Bonauentura
Noīales
.S.Tho.
cōis uia
Vniuerſitas pariſienſis

Scotus
Thomiſtæ.

omnes theologos concedat: oportet ꝙ ẽt cõcedant ꝙ in ꝓpoſitione nr̃a in qua dicit Chriſtus nõ deſcendit ut dicit Thomas ly ut ſicut põt teneri relatiue ut ſit ſenſus Chriſtus nõ deſcendit qđ.ſ.Chriſtũ deſcendiſſe dicit Thomas.ita ẽt & tã bene & tã ꝓprie teneri ſpecificatiue æq pollendo huic.licet Chriſtus deſcẽderit p̃ntialiter non tñ eo mõ p̃ntialiter quo dicit cõis uia & ẽ ſenſus quẽ ego intẽdo.Sed di- Obiectio
ceret forte qſpiam adhuc non effugis qa deinde addis.ſed ſolũ quo ad effectũ ergo nõ ſolũ excludis realẽ p̃ntiã eo mõ quo ponit eã cõis uia.Sed ſimplr̃ oẽm realẽ p̃ntiã ex quo dicis ꝙ ſolũ quo ad effectum ita ꝙ dicenti iſti ꝓpoſitio nõ tñ eſt negatiua copulatiua ut dicis negando.ſ.p̃ntialitatẽ ad modũ Thomæ &c.Sed ẽt affirmatiua dicens.ſ.affirmatiue ꝙ Chriſtus ſolum quo ad effectum fuit in inferno. Solutio
Sed rudis eſt hæc obiectio nã hæc dictio ſed eſt dictio aduerſatiua & uigore eius importat̃ p ſequẽtia ad ipſam ueritas affirmatiua oppoſita dicto ꝙ negat pars ſuperior cõcluſiõis.Cui iſta aduerſat̃.ſi ergo ut ꝓbatũ ẽ in ſupiori pte negat̃ ſolũ p̃ſentialitas aĩæ p ſbam nõ q̃tũ ad qđ ſed q̃tũ ad quo.i.ꝙ nõ negat̃ ſbam fuiſſe p̃ntẽ ſed ſbam fuiſſe rõnẽ p̃ntialitatis.Ita ẽt in iſta ultia pte q̃ ponit affirmatiuam pciſe aduerſantẽ illi fuiſſe in inferno p effectũ eſt accipiẽdum nõ q̃tum ad rẽ locatã ſed q̃tum ad rõnẽ locãdi ut breuiter ſit ſenſus q ẽt rudibus patere põt ꝙ ex quo ſubſtãtiæ finitas nõ fuit ei rõ localis p̃ntiæ ſolus effectus fuit ei talis rõ.Recolligẽdo ergo breuiter dico ꝙ Chriſtus ueraciter deſcendit ad inferos:& ꝙ p realẽ p̃ntiã fuit Epilogus
in inferno.ſed dico ꝙ non eo mõ ueraciter & p̃ntialiter fuit ibi quo dicit Thomas Cõcluſio-
& cõis uia qa.ſ.ſua ſubſtantia non fuit ſibi rõ eſſendi in loco ut ponunt illi,ſed ſua nis
operatio.Et hæc opinio q̃ ſit ꝓbabilis & a q̃ multis catholicis & excellentiſſimis doctoribus credita.Iã ſatis patuit ſupra ꝙ ẽt de uirtute ſermonis ſit uera & nõ hæretica iudicãda ſatis explicauimus.Scimus.n.ꝙ illa eſt uera.Chriſtus nõ ut deus & homo ut ponit Arrius ſatiſfecit pro nobis quia licet uerũ ſit ꝙ ut deus & homo Arrius
falſum eſt tñ ꝙ eo mõ exiſtẽs homo & deus quo ponit Arrius.Ita licet ſit uerũ ꝙ ueraciter & p̃ntialiter fuerit Chriſtus in inferno tñ ꝓbabile eſt & a multis creditum ꝙ non eo mõ ueraciter & p̃ntialiter quo Thomas dicit & cõis uia mõ ſupra expoſito.Sed unus uidet̃ reſtare ſcrupulus ꝙ hæc nõ fuerit mea intẽtio: cũ poſui concluſionẽ.Quia ſi Thomas in primo ſniarũ tenet iſtã uiã ẽt ipſe ꝙ operatio ſit Obiectio
ratio angelũ eſſe in loco uidet̃ ꝙ cõcluſio ẽt ſit uera ſecundũ Thomã.Quare cũ ego dicã non ut ponit Thomas uidet̃ ꝙ aliud ego ſim opinatus de illo deſcenſu q̃ id quod dixi.Hũc aũt ſcrupulũ non haberẽt ſi bene meas cõcluſiones cõſideraſ- Solutio
ſent.Ego.n.huius ſum opinionis ꝙ Thomas in hac materia de mõ eſſendi in loco rerũ ſeparatarũ diuerſa ſenſerit:& non ubiq; eandẽ ſecutus ſit opinionẽ.Quare licet in primo ſniarũ uideat̃ tenere iſtã uiam quã ego ſequor in cõcluſione tñ & alibi:ut in quarto ſniarũ & maxime in tertia parte ſummæ:ubi tractat de hoc deſcenſu & ex qua potius q̃ ex ſcripto iudicanda eſt opinio eius uidet̃ eſſe cũ opinione Scotiſtarũ.ꝙ ita fuit ibi per eſſentiã ꝙ ſua eſſentia fuerit ſibi rõ locabilitatis & nõ effectus ſolũ uel operatio.Dicit.n.Thomas ibi ꝙ aĩa Chriſti fuit per effectum in aliis partibus inferni.per eſſentiam autem in limbo &c.Ex hoc dicto ego arguto ſic.Vbicũq; eſt aliquid per id quod eſt ſibi ratio locabilitatis ibi eſt per ſuam ſubſtantiam & realẽ præſentiã.ergo ſi effectus fuit aĩæ Chriſti ratio locabilitatis ubicunq; fuit per effectũ ibi fuit per realẽ præſentiam ſuæ ſubſtantiæ.ſed ſecundum Thomã alicubi fuit per effectũ ubi non fuit per realẽ ſui præſentiã.ergo ſecundũ

Diuerſa circa hãc qõnẽ opinatũ Thomã eſſe Scotiſtæ

Thomã effectus non fuit ei ratio locabilitatis.hoc me mouit ad ꝓbabiliter credẽ
dum Thomã in hoc articulo ambulare cũ Scotiſtis.Sed quicquid ſit de opiniõe
Diſſenſio Thomæ nihil ad ꝓpoſitũ:quia errare in opinione Thomæ nõ eſt errare in fide.&
inter Tho ſæpe eſt multiplex opinio inter Thomiſtas de opinione eius.ſufficit hoc qd' eui
miſtas denter appatet:ꝙ cũ ego poſui concluſionẽ credidi hanc eſſe opinionẽ Thomæ.
& ꝙ ego nũc non extorqueo propoſitionẽ ad ſenſum alienũ ab eo quẽ tunc habe
Nota. bã.Quod enim ego hoc a principio crediderim.& hæc fuerit ſnĩa mea de opinio
ne Thomæ cũ poſui cõcluſiones.ex hoc patet euidentiſſime:qa ego iſtã poſui cõ
cluſionẽ ꝙ de mõ eſſendi in loco angeloꝝ non differunt Thomas & Scotus.Sciẽ
autẽ ꝙ expreſſe Scotus dicit ꝙ ſecluſa omni operatiõe adhuc ſubſtantiæ incorpo
reæ debeť locus.Quare oportuit ꝙ ego crederẽ Thomã eſſe in hac ſnĩa. & ideo
licet ego firmiter tenerẽ ꝙ Chriſtus ueraciter & præſentialiter fuerit in inferno:
& in hoc conuenirẽ cum Thoma & cum oĩbus catholicis:tamẽ quia ego putabã
Thomã credere ſuam ſubſtantiã fuiſſe ſibi rationẽ locabilitatis & nõ operationẽ:
Qđ San Ideo dixi in concluſione mea non eo mõ quo ponit Thomas & cõis uia. Nec de
ctus Tho bet alicui uideri mirabile ꝙ Thomas in uno loco ſequať unam opinionem & in
mas qñqꝫ alio aliam.Nam & in primo ſnĩarum ſequiť opinionẽ cõmentatoris de genitis ex
de eadẽ re putrefactione:quã deinde in ſeptimo methaphyſicæ & alibi reprobat.Item in ſe
diuerſa ſẽ cundo ſnĩarum ſequiť opinionem cõmentatoris de materia cæli:quã deinde & in
ſerit. ſecũdo cæli reprobat & in ſumma.Itẽ in quarto & in quæſtionibus ſuper Boetiũ
de trinitate tenet uiam cõmentatoris de dimenſionibus interminatis.& in libello
deinde ꝓprio ut crediť & in multis aliis locis illam nõ tenet.Item in primo ſnĩaꝝ
dicit ꝙ eadẽ actione intelligiť ipſum intelligibile & ipſum intelligere . In prima
uero parte ſummæ & in tertio ſnĩarum tenet actionẽ reflexã differre a directa.Itẽ
in ſcripto tenet ꝙ aĩa Chriſti ſecundũ ꝙ corpori cõiungibilis fuerit ſicut aĩa uiato
ris.ſecundũ uero ꝙ uerbo cõiungibilis ut aĩa cõprehenſoris.In ſumma autẽ tenet
ꝙ aĩa Chriſti totaliter & quantũ ad oĩa fuit ſicut aĩa cõpræhenſoris & ꝙ ipſa cla
ritatis impaſſibilitatiſqꝫ dotẽ in corpus nõ traſſuderit fuiſſe ex diſpenſatione diui
na.Item & de ſcĩa Chriſti aliter ſentit in ſcripto & aliter in ſumma & ita de multis
aliis.q.eſt uidere in qbus ipſe diuerſas diuerſis in locis ſequutus eſt opiniones.ꝙ
ſi iſti oĩno cõtendũt opinionẽ illam de mõ eſſendi in loco ſecundũ operationem
eſſe etiam Thomæ nihil plus habebunt contra me niſi ꝙ opinio mea de modo de
ſcenſus Chriſti tanto eſt ꝓbabilior & minus eſt hæretica iudicanda quanto etiam
Nota. ſecũdũ opinionẽ ſancti Thomæ eſt uera.Ob id autẽ magis miror a magiſtris iſtis
dãnatam cõcluſionẽ meam ꝙ anteq̃ iſtã cõcluſionẽ hæreticã iudicarent ſuper ea
ipſiſmet meã intentionẽ his uerbis non mõ declarauerã ſed etiã ſcribendam anno
tandamqꝫ dictaueram ſic dicẽs.Nemo intelligat me ex hac cõcluſione dicere ani
Verba cõ mam Chriſti non deſcendiſſe ad inferos & animã Chriſti in triduo non fuiſſe in in
cluſionis ferno immo utrũqꝫ cõfiteor.ſed dico ꝙ neqꝫ motus localis neqꝫ alicubi locari cõ
impreſſæ petit alicui ſubſtantiæ ſeparatæ ſicut erat aĩa Chriſti niſi rõne operationis hæc p̃
ciſe & non alia de uerbo ad uerbũ eis notanda pronũciaui pro breui declaratione
huius concluſionis quã cũ adhuc poſtea hæreticam iudicauerint quam iam pro
Arguit cõ catholica habere poſſint ego non uideo.Et ut breuiter per modũ argumẽtationis
tra oppo recapitulando oſtendã errare illos in fide qui credunt propoſitionẽ meam ab hæ
nentes reſi non poſſe defendi.Arguo ſic ponens cõcluſionem in ſe hæreticam põt accu
ſari de

ſari de hæreſi pro quanto hæreſis eſt in intellectu. Sed ponens prædictam meam concluſionē non pōt ex eius poſitione accuſari de hæreſi ergo concluſio ſupradi-cta non eſt in ſe hæretica. maiorē ipſi habent pro cōceſſa minorē ſic probo. Q no tienſcunqꝫ ponendo totum illud ad quod ſequit̃ de neceſſitate. a. propoſitio non pōt quis accuſari de hæreſi ēt ponens a ꝓpoſitionē accuſari non pōt: ſed ponēs to tum illud ad quod ſequit̃ poſitio concluſionis meæ eo modo quo a me eſt poſita non pōt accuſari de hæreſi ergo & ponēs ipſam propoſitionē (ut eā poſui) accu-ſari nō pōt. Probo minorē ſic cōtradictoriū huius dicti rō eſſendi in loco. i. hic uel ibi mō ſupra declarato ſeparatis ſubſtãtiis eſt operatio nō finitatio naturæ nō eſt de fide & contradictoriū huius dicti nō licet arguere a tota copulatiua ad alterā eius partē nō eſt de fide & cōtradictoriū huius dicti. Si qnis poſita aliqua aſſertio ne negatiua uel affirmatiua addat auctoritatē alicuius doc. cū ꝓpoſitione ut ly ut pōt teneri ita bene determinatiue ſicut relatiue. Q nia ita bñ poteſt æquiualere huic dictioni eo mō quo ſicut huic dictioni ꝙ ſimiliter non eſt de fide. & cōtradi-ctoriū huius dicti per cōmunē uiam in rebus theologicis cōgruenter poſſumus intelligere uiam quæ cōiter tenetur in ea uniuerſitate in qua tēpore ſic dicētis ma gis uiget ſtudium theologiæ nō eſt de fide. & cōtradictorium huius dicti hoc tpe in uniuerſitate Pariſienſi magis uidet ſtudium theologiæ q̄ alibi non eſt de fide. & contradictoriū huius dicti in uniuerſitate Pariſienſi nunc cōiter tenet̃ ꝙ finitatio naturæ ſit ratio locabilitatis ſubſtantiæ ſeparatæ. non eſt de fide. & cōtradictoriū huius dicti Scotus & maior pars nominaliū tenet ſupradictā opinionem. & Tho mas eam uidet̃ tenere in tertia parte ſummæ ubi agit de deſcenſu Chriſti non eſt de fide. Tunc ſic. Si contradictoria horum dictoꝝ nō ſunt de fide ſeqtur ꝙ iſta di-cta ponere credere & diſputare nō eſt in ſe hæreticū aut contra fidē nec ipſa diſiū ctiue uel copulatiue ponēs tenens & diſputās pōt accuſari de hæreſi. Sed ad hæc dicta ſimul & copulatiue poſita ſeqtur poſitio cōcluſiōis meæ ut iacet præciſe er go ponens concluſionē meā præciſe ut iacet de hæreſi accuſari nō pōt. Probatio nes aūt oīum ſupradictorū habent̃ ex ſupraſcriptis. nā de primo dicto patet ꝙ nō ſolū eſt hæreticū ſed ēt rationabilius ſuo oppoſito & a multis catholicis doc. cre-ditum & approbatū & in ſecundo cōſentiunt oēs dialectici & oēs theologi q unq̄ dialecticam nouerūt. ita de aliis oībus de quibus ēt ſi qs pōt dubitare uera ſint an falſa nemo tñ tam rudis eſt. tā expers oīs doctrinæ. tā ignarus fidei & eorū quæ ad fidē attinēt qui diceret illa credi non poſſe abſqꝫ hæreſi & ſic eorū contradicto ria eſſe de fide. Tunc aūt ulterius arguatur ſic. Q ui credit concluſionē iſtā Chri-ſtus &c. Ex ui uerborū & ſecundū propriū & nō exortum uſum loquēdi non poſ-ſe habere ſenſum catholicū credit cōtradictorium alicuius uel aliquorū ex ſupra dictis. vii. dictis eſſe de fide. Sed qui aliquid tenent eſſe de fide ꝙ nō ſit de fide ma le ſentiūt de fide. quia cōtra dictum domini deuteronomii. iiii. nō addetis ad uer-bum quod ego loquor uobis neqꝫ minuetis ab eo ergo de cōcluſione mea male ut ſupra ſentientes de fide male ſentiunt. Vide o ſumme pontifex. uidete o apoſtoli-ci ordinis auguſtiſſimi ſenatores uide o uniuerſa Roma immo Italia immo chri-ſtianorū eccleſia ut cōuincātur in hac prima propoſitione in qua me maxime ful minabant & in qua multis non tam accuſandi me q̄ excuſandi ſe de ſua damnatio ne anſam aliquam habere uidebantur & de cæteris quidem concluſionibus pate bit luce clarius nullam uel minimam quidem potuiſſe eos habere occaſionē dā-

Argutiæ quibus cō cluſio nō eē hæreti ca defen-ditur

Exclama-tio

nandi eas de hæreſi & iam de iſta prima in qua erant fortiores uiſum eſt qualis ſit & recte ne an non recte per eos fuerit damnata præſertim iam explicato eis per me ſenſu quem per eam intẽdebam & uerbis cõcluſionis ſine aliquo uel terminorum uel orationis abuſu uel extorſione applicato. Et q̄uis hoc ſufficiat ad defenſionẽ cõcluſionis meæ tñ ad pleniorẽ huius materiæ diſcuſſionẽ. Dico ꝙ etiã interpretando cõcluſionem eo mõ quo ipſi interpretabantur ꝙ. ſ. Chriſtus effectualiter tantũ nõ p̃ntialiter fuerit in inferno adhuc aliq̃bus forte poſſit uideri præſumptuoſe per eos fuiſſe determinatũ ꝙ cõcluſio ſimpliciter eſſet hæretica. cum ſit ꝙ Durandus ordinis prædicatorũ theologus maximus qui forte non minus doctrina magiſtros iſtos excedit q̄ ego excedar ab eis tenuit illam opinionẽ eſſe probabilẽ & cum ueritate articuli bene defenſabilẽ. Sic enim ſcribit in tertio ſniarũ. Ad tertiũ ſic procedit̃ & uidet̃ ꝙ Chriſtus ſecundũ aĩam nõ deſcenderit ad infernum quia idẽ finitũ non põt ſimul eſſe in diuerſis locis ſed aĩa Chriſti cum eſſet creatura finita & ſtatim poſt mortẽ fuit in paradiſo cum aĩa latronis. Cui dictũ eſt Lucæ xxiii. Hodie mecũ eris paradiſo ergo tunc ſaltẽ non potuit eſſe in inferno. Item ea quæ Chriſtus fecit & paſſus eſt in natura aſſumpta ordinata fuerũt ad ſalutẽ humanã. Sed ad hanc nõ profuiſſet ꝙ Chriſtus ad inferos deſcendiſſet quia per paſſionem quã in hoc mundo ſuſtinuit liberauit nos ab omni culpa & pœna ergo uidetur ꝙ Chriſtus ad inferos nõ deſcendit. In cõtrarium eſt quod dr̃ in ſimbolo. deſcendit ad inferos. Et apoſtolus dicit ad epheſios. iiii. ꝙ aũt aſcẽdit quid eſt niſi q̄a deſcendit ad inferiores partes terræ. glo. i. ad inferos reſpondeo ꝙ cũ articulus ſit Chriſtũ ad inferos deſcendiſſe & nõ põt intelligi ratiõe diuinitatis ſecundũ quam eſt ubiq; nec rõne corporis ſecundũ quam fuit in ſepulchro. reſtat ꝙ intelligatur ratione humanæ naturæ animæ ſuppoſito quo uidenda ſunt duo primum eſt per quẽ modũ aĩa Chriſti deſcendit ad infernũ. Secundũ eſt ad quẽ infernũ deſcẽdit.

Defendit poſtremo cõcluſionẽ auctoritate durandi ex ſupabundanti.

Durandi uerba

Quomõ angeli moueãtur ad locum

Quantũ ad primũ ſciendum eſt ꝙ cum anima ſeparata non ſit corpus nec uirtus in corpore nõ poteſt dici ꝙ aĩa Chriſti deſcẽdit ad inferos eo genere motus uel deſcenſus quo corpora mouẽtur eo genere motus quo angeli mouentur non clare patet. Angeli enim dicunt̃ moueri de loco ad locũ inquantũ ſucceſſiue operãtur in diuerſis locis. anima ſeparata non dicitur habere aliquam operationẽ circa locum uel circa corpus exiſtens in loco quia cũ ex natura ſua ſit determinata ad certum corpus nõ poteſt mouere nec agere in aliud niſi mediante corpore proprio. ſed illo caret dum eſt ſeparata. ergo nõ poteſt anima moueri de loco ad locum ratione operationis quam habet circa locum uel circa corpus exiſtens in loco. Nihilominus hoc nõ obſtante põt dici anima ſeparata deſcẽdiſſe ad infernũ dupliciter. Vno modo ſecundũ deputationem. & ſic dicũtur deſcendere ad infernum animæ dãnatorum ſimpliciter. quia ſimpliciter deputatæ ſunt ut reſumpto corpore ſint in inferno ꝓpter quod dicũtur ibi eſſe bi ſunt ſimpliciter deputatæ. animæ autẽ ſanctoꝝ patrũ dicũtur in limbo eſſe uel ad limbum deſcẽdiſſe propter deputationem nõ ſimplicem ſed cõditionatam. q̄a reſumpto corpore niſi liberarẽtur a redemptore. hoc autẽ mõ nõ dicitur anima Chriſti deſcendiſſe ad infernum. ſ. propter deputationẽ quia oĩs talis deputatio eſt propter culpam cõtractam uel commiſſam quæ in Chriſto nõ fuit. Alio modo põt dici aĩa ſeparata deſcendere ad infernum ſecũdum effectum & hoc modo põt dici anima Chriſti deſcẽdere ad infernum propter duplicem effectum quem habuit in illis qui erãt in inferno. Vnus

Animæ ſeparatæ ad infernum dupliciter intelligit̃ deſcenſus

Deputatio duplex

Nota duplicitatẽ effectus

effectus

effectus fuit exhibitio uiſionis diuinæ qua carebant.ad quã ſe habuit paſſio Chri
ſti per modum meriti & quia totum meritum dependet priucipaliter ab actu ani
mæ:Ideo hic effectns attribuitur ſibi ſicut principali principio meredi.Itẽ per ap
priopriationem ſicut Chriſtus ſecundũ animam fuit beatus ſic ſecundũ eam attri
buitur ei fuiſſe cauſam beatitudinis in aliis.Congruum enim eſt ut ens in poten- Vnde di-
tia reducat̃ ad actũ per id quod in actu eſt. Alius effectus fnit ſecũdum quoſdam cit̃ de po
ad quem ſe habuit anima Chriſti directe per modũ agẽtis.ſ.illuminare animas pa tẽtia aliqd
trum quæ erant in limbo & de myſteriis quæ cadunt ſub reuelatione:Secundum reduci ad
enim Dionyſium ſeptimo cæleſtis gerarchiæ:Chriſtns ſecundum animam habet actum p
docere angelos & rõne huius duplicis effectus põt dici anima Chriſti deſcendiſſe actum me
ad infernnm.Confirmatur autẽ hoc trplici ratione. Prima eſt quia moueri uel de dium
ſcendere competit animæ ſeparatæ nõ per modum motus corporum ſed per mo- Dionyſi⁹
dum quo moueri competit ſubſtantię ſpiritali ſed reliquis ſubſtantiis ſpiritalibus Prima rõ
pnta deo & angelo nõ cõpetit ſibi moueri de loco ad locum per motũ qni ſit ſub-
iectiue in ipſis ſed per effectum quem habent in aliis rebus ergo ſimili modo com
petit animæ ſepatæ & cõpetebat animæ chriſti. Secũda rõ talis eſt. Chriſtus dici Secunda
tur deſcẽdiſſe ad infernũ:ut animas ſanctorꝝ patrnm illnminaret ad uidẽdum deũ
in eodẽ aũt inſtanti quo Chriſtus mortuus eſt ſancti patres uiderunt deũ.in eodẽ
aũt iſtanti nõ potuit anima Chriſti eẽ in inferno per motũ ergo nec deſcẽdit illuc
per motũ qui eſſet in ipſa ſed per effectum qnem hauerit in aliis. Item ſicut in illo Tertia
triduo dr̃ anima chriſti fuiſſe ĩ inferno cum animabns ſanctorum patrũ ſic in illo
triduo uel parte tridui dicit̃ fuiſſe in paradiſo cum anima latronis.Cui dictum eſt
Lucæ.xxiii.hodie mecum eris in paradiſo.ſed id nõ poteſt intelligi quo ad locum
acqſitum per motum: cum ſecundum ponentes ſpiritus in loco diſinitiue moueri
de loco ad locum.Idem ſpiritus non poteſt eẽ in pluribus locis nec moueri ſimul
pluribus motibus ad plnra loca tendentibus. quare oportet ut intelligatnr ſecuu
dum effectũ.ꝙ ſi quis dicat ꝙ paradiſus dicit̃ dupliciter. Vno modo locus corpo Paradiſũ
reus.ſ.cælũ empyreum:& ſic nõ fuit anima chriſti in paradiſo niſi poſt aſſnmptio dupliciter
nem.Alio modo dr̃ paradiſus uiſio diuinæ eſſentiæ & ſic anima chriſti fuit in para dici
diſo ab inſtãti cõceptionis & anima latronis in ipſo die paſſionis p quẽ modũ non
repugnat animę Chriſti ꝙ ſimul fuerit ĩ paradiſo ſic dicto.i.ꝙ uiderit deũ & ꝙ fue
rit localiter in inferno ſi ſic inq̃ dicatur non ualet quia ſicut paradiſus dicit̃ dupli Infernum
citer ſit & infernus. Vno enim modo dicit̃ infernus locus correſpondẽs infra ter- dupliciter
ram.Alio modo carentia uiſionis dininæ ſicut ergo anima latronis nõ dicit̃ fuiſſe dici
cũ anima Chriſti in paradiſo niſi qnia merito paſſiõis Chriſti anima latronis uidit
deũ ſic anima Chriũi nõ dr̃ fuiſſe cũ aĩabus electorũ patrũ in iſerno niſi qa aĩæ eo
rum qnæ carebãt uiſione diuina & ſic dicebãt̃ eẽ in inferno merito huius paſſiõis
purgatæ ſunt ab hac carẽtia utrũq; ergo de pari debet intelligi quo ad effectũ nõ
quo ad locũ uel motũ localẽ q fuerit ſubiectiue in ipſa aĩa q̃uis aũt iſtud ꝓbabili
ter ſit dictũ ẽt ſatis uideat̃ ſaluare articulũ & dictnm ſcripturę:qnia tñ uirtus diui
na nõ cõprehendit̃ a rõne hũana.Ideo nõ eſt pertinaciter aſſerẽdũ ꝙ aĩa xp̃i p aliũ
modũ nobis ignotũ nõ potuerit deſcẽdere ad iſernũ.Ad primũ argumentũ dicen
dũ ꝙ idẽ finitũ nõ põt eẽ ſimul in pluribus locis diffinitine uel circũſcriptiue nec
iſto mõ ponit̃ animam Chriſti fuiſſe ſimul in paradiſo & in inferno.ſed ſecundum
effectũ nihil ꝓhibet ꝙ idẽ finitũ dicat̃ eſſe ĩ pluriqus locis qñ effectus ſũt cõpoſ-

ſibiles & ſimul ſubſunt uirtuti eiuſdem agentis & ſic anima Chriſti dr̃ fuiſſe in pa-
radiſo ſimul & in inferno qa merito anima latronis uidit deum quod eſt eſſe in pa
radiſo & animæ patrũ quæ carebant uiſione diuina & ob hoc dicebãtur eſſe in in
ferno liberatæ ſunt ab hac carẽtia & per cõſequẽs ab inferno.immo ſecundũ unũ
& eũdem effectũ.ſ.ſecundũ liberationẽ patrum potuit aĩa Chriſti dici.ſimul eẽ in
paradiſo & in inferno cõſiderãdo terminum a quo & ad quẽ illius effectus ratiõe
enim carẽtiæ uiſionis diuinæ a qua fuerunt per paſſionẽ Chriſti liberati potuit di
ci aĩa Chriſti fuiſſe in inferno rõne uero uiſiõis diuinæ ad quã ſunt admiſſi potuit
dici eſſe in paradiſo. Ad ſecundũ dicẽdũ ꝙ eo ipſo ꝙ per paſſionẽ Chriſti liberati
ſumus a culpa & a pœna dr̃ Chriſtus deſcẽdiſſe in infernũ qa merito eius paſſiõis
aliq adẽpti ſunt a pœnis inferni. Deſcẽſus.n.ille nõ attẽdit̃ ſcdm motũ localẽ exi-
ſtentẽ in aĩa ſed ſecũdum effectũ quẽ habuit in ſaluãdis hæc Durãdus ad uerbũ.
Q ui cũ talẽ opinionẽ nunq̃ inueniat̃ retractaſſe ſi ipſa ſit ſimpliciter hæretica &
cõſequenter cõtra iam determinata ab eccleſia. Sequitur ꝙ Durãdus mortuus ſit
Exclama- hæreticus. O inſignis ordo prædicatoꝝ & nr̃æ religionis maximus ſplẽdor potes
tio hæc pati doctorẽ tuũ primũ fortaſſe poſt Thomã aut ſine dubio inter primos.eu
ius libri quotidie in tuis ſcholis.in tuis clauſtris.in tuis bibliothecis habentur.le-
guntur colũtur nunc eſſe ꝓnũciatũ hæreticũ. Agas tu cãm doctoris tui.ego meã
egi.imo tu o eccleſia tuam agas cãm quæ ꝑmiſiſti per tot annos & nũc permittis
Durãdum publice legi & tam nephandã iuxta hos magiſtros illius hæreſim aut
per ignorantiã nunq̃ agnouiſti.aut per negligẽtiã & rei diuinæ cõtẽptũ agnitam
nõ dãnaſti. Q uod ſi dicãt nõ opus fuiſſe noua dãnatiõe.cũ hæc opinio ſit de iam
dãnatis. Primo ex hoc ſeqtur ꝙ dixi ſupra. Durãdũ.ſ.mortuũ eſſe hæreticum. Se-
cundo & Capreolũ & Durandellũ & multos alios doc.qui opinionẽ Durãdi reci
tant & eã tñ de hæreſi nõ arguũt ignaros fuiſſe & rudes in fide.nec ſcientes diſcer-
nere hæreticũ a nõ hæretico. Tertio dicãt mihi iſti patres ubi ipſi iſtius opiniõis
legerunt dãnationẽ. Ego qdem ut de me fateor me eam uſq̃ legiſſe nõ memini. Cõ
ciliorũ ꝓfecto determinationẽ nullã contra Durãdum afferre poſſunt. Cum nõ
ſolum dãnata hæc unq̃ fuerit opinio in conciliis: ſed nec in aliquo eoꝝ de ipſa ha
bita mẽtio eſt. Dicta itidẽ ſcripturę ſacræ allegare cõtra eum neſcio quo mõ pote
Frãciſcus runt ſi non mẽtiat̃ Scotus qui dicit teſte Franciſco ꝙ ẽt de ipſo deſcenſu Chriſti ne.
dum de mõ deſcenſus non habet̃ expreſſa mẽtio in doctrina euãgelica & per præ
miſſa a nobis in principio. Q .patet de mõ quo uteret̃ forte Durãdus ad exponẽ
dum auctoritates ſcripturæ quæ uiderent̃ eẽ cõtra eũ. De auctoritatibus ſancto
rum forte multas poſſent adducere dicentiũ fuiſſe aĩam Chriſti triduo in inferno
ſicut corpus fuit in ſepulchro & ſimilia.& qeqd ſit de fantaſia Durandi quo.ſ.mõ
ipſo ſupradictas auctoritates exponeret forte dicẽdo de aĩa hoc dici & non de to
Nota to cõpoſito.qa per animã principalr̃ illa ſit operatus quicqd inquã ipſe dicat cu-
Durandi ius ego opinionẽ nec teneo nec unq̃ tenui. Ego hoc dico & firmiter aſſero non ua
opinionẽ lere iſtã cõſequẽtiã.hæc opinio eſt cõtra dicta Auguſtini uel Hieronymi uel Gre
eẽ contra gorii & ſic de cæteris docto.eccleſiæ ergo eſt hæretica & huius dicti ueritas ſicut
Auguſti. eſt a bonis omnibus & ſubtilibus theologis credita ita a me ẽt euidenter probabi
Hierony tur. Q uãuis.n.ſanctoꝝ doc.ſcriptura extra canonẽ bibliæ poſita ſit tradẽda & le
mũ & Gre ganda & cum debita reuerentia ſuſcipiẽda non tamen ſunt eorum dicta ita firme
gorium auctoritatis & imobilitatis ut eis contradicere non liceat & circa ea dubitare niſi

uel per

uel per ſcripturam ſacrã aliter probent euidenter & expreſſe uel firmiter per ec-
cleſiã ipſa auctoriſante determinatũ fuerit illa firmã ueritatẽ & indubiã cõtinere.
Ideo per dicta ſanctoꝝ extra canonẽ bibliæ præciſe nõ põt conuinci opinio hæ-
retica manifeſte.nã ubi nõ eſt infallibilis ueritas ibi nec fides certa & indubia.Cũ
fides certa ueritati infallibili innitat̃.imo circa talia nõ eſt aſſenſus infallibilis nec
adhæſio firma.Ex quo.n.ibi certa ueritas & indubia fides nõ eſt ei ſemper aſſenti
tur cum dubio & cũ formidine falſi:quia ut dicit Auguſtinus in epiſtola ad Hie-
ronymũ &.xi.cõtra Fauſtum.c.viii.&.xvi.cõtra eundẽ Fauſtũ ſi ſcriptura non cõ
tinet infallibilẽ ueritatẽ & in aliqua pte ſui falſa inuenit̃ non remanet in ea certa
fides qua ei firmiter credat̃ & pp falſitatẽ reptã in una ſui parte tota ſuſpecta ha-
betur & ſic fides titubaret.Q uia ut dicit Augu.de fide chriſtiana.c.vii.titubat fi-
des ſi ſacrarũ ſcripturarum uacillat auctoritas.Q uod aũt in dictis ſanctoꝝ extra
canonẽ bibliæ nõ ſit ueritas infallibilis quantũ ad p̃ns attinet tres mihi ſuccurrũt
probatiões. Prima eſt quia ipſimet doc.de dictis ſuis dubitãt an in eis errauerint
an nõ.Vnde Aug.primo de trinitate.c.i.inqt.Nec pigebit me ſicubi heſito quære
re.nec pudebit me ſicubi erro me corrigere.Et.c.ii.perinde quiſqs hoc legit ubi
pariter heſitat.quærat ubi errorẽ ſuũ cognoſcit redeat ad me:ubi meum.reuocet
me.hinc liber retractationũ Auguſtini i quo multa ex dictis ab eo antea dãnat &
retractat.Vnde & ſecũdo de trinitate magis optabo a quolibet reprehendi q̃ ſiue
ab errãte ſiue ab adulãte laudari.Laudator.n.& errans confirmat errorem.adula
tor uero allicit in errorẽ.Emendabit autẽ me iuſtus in miſericordia & arguet me.
oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meũ.Et ſicut dicit Guido carmelita in
libro de hæreſibus:licet Auguſtinus in his dictis loquat̃ humiliter nihilominus
loqtur ueraciter.Vnde ipſe ad Vincẽtiũ dicit negare nõ poſſum nec debeo.ſicut
in ipſis maioribus ita in meis tã multis opuſculis multa eſſe quæ poſſunt iuſto iu
dicio & nulla temeritate reprehẽdi.& in libro de uera religione inqt quicquid in
libris meis erroris inueniet̃:hoc ſolum mihi eſt attribuẽdũ quicqd aũt uerum aut
bene expoſitũ illud uni oĩum remuneratori & largitori deo tribuat̃.Pñt ergo di-
cta Auguſtini egregii & diuini doctoris nõ ſemper in oĩbus continere indubiã ue
ritatem.Cum ipſe circa ea dubitet errauerit necne & quod dictũ eſt de Auguſti-
no dictũ intelligat̃ ſimiliter de aliis doctoribus.Secunda ꝓbatio ſumitur a diſcor
dia quæ eſt inter ipſos auctores.Diſcordia enim in ſcriptoribus teſtimoniũ eſt fal
ſitatis.Cum ſit neceſſe ꝙ ſaltem unus diſcordantium falſum dicat:quia neceſſario
altera pars contradictionis eſt falſa.Ideo Auguſtinus.xvi.de ciuitate dei probat
ſcripturæ ſacræ ueritatẽ ex mutua concordia ſcriptorum eius in qua omnes con
cordant:& nullus ab alio diſcordat quod atteſtantur ſcripturæ ſacræ indubiæ &
infallibili ueritati.Vero enim & ueritati ut dicit philoſophus primo ethicorum
omnia cõſonant quod non accidit in aliis ſcripturis.Q uanta.n.ſit diſcordia in di
ctis ſanctorũ extra canonicas ſcripturas nemo non nouit niſi q illorũ libros non
legit.Diſcordat Augu.a cæteris ſanctis doc.circa intelligentiã operũ ſex dierum.
Q uia alii ponunt ꝙ deus fecit illa ſex dierũ opera ſecundũ ſucceſſionem tpis die
rum:a qbus diſcordat Augu.qui ponit oĩa ſimul facta iuxta illud q uiuit in æter-
num creauit oĩa ſimul.Vnde motus Aug.numerat illos ſex dies non ſecundũ ſuc
ceſſionẽ tẽporũ ſed ſecundũ diſtinctionẽ cognitionis angelicæ rerum in proprio
genere & uerbo & tamen non dicuntur illi uel iſti hæretici & conſtat ꝙ una opi-

Ratio

Auguſtinus

Prima ꝓbatio ꝙ in dictis ſanctoꝝ extra bibliæ canonem nõ ſit ueritas infallibilis

Guido carmelita

Secunda

Ariſtoteles

nionum eſt falſa & per conſequens dicta eorum non innituntur infallibili ueritati. Similiter diſcordant Hieronymus & Auguſtinus. quia Auguſtinus omnium pſalmorũ auctorem facit Dauid. quod negat Hieronymus. Diſcordant ſimiliter ſuper reprehenſione Petri a Paulo an fuerit de peccato mortali aut ueniali ipſius Petri. Itẽ etiam diſcordant in ceſſatione legaliũ ſic ꝙ ſibi cõtradicẽdo unus neceſſario falſum dicit & tamẽ ex hoc neuter eorũ hæreticus reputaẽ. Similiter Beda ſuper primo regũ dicit ꝙ Samuel fuit uerus ſacerdos quod expreſſe negat Augu. in libro de q̃onibus noui & uete. teſta. dicẽs Samuel nõ fuiſſe ſacerdotẽ cum non fuerit de filiis Aron. & Hieronymus primo cõtra Iouinianũ dicit ſimulq; cognoſcendum eſt ꝙ Samuel leuita non ſacerdos nec pontifex fuit. Ideoq; non nominatur inter ſacerdotes ſed inter eos qui inuocant nomen dñi. Dicta ergo iſtorum nõ innituntur infallibili ueritati cũ ſibi cõtradicãt quorũ una pars neceſſario eſt falſa ut patet per phũm. iiii. methaphiſice. Quin ipſe Aug. in hac ſñia ſibimet uideẽ aduerſari. nã in libro de q̃onibus noui & uete. te. q. xlyi. dicit ut diximus Samuel non fuiſſe ſacerdotem. & tamen. xii. cõtra Fauſtum. c. xxxv. ſic dicit cõmutatũ ſacerdotium in Samuelẽ reprobato Hely. & cõmutatũ eſt regnũ in Dauid Saule reprobato. ubi clare Augu. dicit tranſlatũ ſacerdotium in Samuelẽ. ſic ꝙ Samuel uere fuerit ſacerdos ſicut Dauid uere fuit rex. De eodẽ etiã Samuele an fuerit reſuſcitatus uidetur a ſeipſo diſſentire Augu. Nã in quæſtionibus noui & uete. teſt. q. xxvii. tenet ꝙ Samuel non fuit per Phitoniſſam uere reſuſcitatus ſed dæmon in ſimilitudine Samuelis apparuit Sauli. & in libro de cura pro mor. agen. ponit ꝙ aĩa Samuelis a dæmone uere excitata per artẽ magicã locuta fuerit Sauli. Hieronymus etiã in illa. q. an Salẽ fuerit Hieruſalem uideẽ in quadã ſua epiſtola de cuius titulo nõ memini ſibi cõtrarius. qui etiã de. lxx. interpretibus contrariũ ſentit Auguſti. Item Greg. & Dyo. diſcordant circa ordines angelorũ & ſolus Hieronymus cæteris circa ꝓmotionem bigami aduerſatur. ipſe. n. tenet & ſcribit in epiſtola ad Occeanũ ꝙ Bigamus ante baptiſmũ poſt baptiſmũ põt promoueri ſi modo poſt baptiſmũ plures non cognouerit uxores. Cui cõtradicunt cæteri dicentes ꝙ Bigamus ſiue ante baptiſmum ſiue poſt baptiſmum non põt promoueri & in hoc exiſtimatur iſtos melius dixiſſe ut ſcribit Aug. de bono cõiugali & Ambroſius de officiis. Itẽ Hiero. ad marcellã de quinq; q̃onibus ſcribẽs dicit ſanctos qui in fine mundi inuenientur non morituros ſed uiuos aſſumendos Aug. aũt in li. de ciui. dei. Omnes tũc morituros affirmat. Itẽ Hiero. ſuper Mattheũ dicit hoc dictũ pſalmi in oẽm terram exiuit ſonus eorũ & c. & illud Chriſti prædicabiẽ euangeliũ hoc in uniuerſo mundo eſſe cõpletum per apoſtolos Aug. autẽ in epiſtola ad Exitiũ cui conſentit Origines ſup Mattheum tenet hoc nondum eſſe cõpletũ. Itẽ Hiero. ſup epiſtola ad Titum. tenet angelos per multa ſæcula ante mundũ uixibilẽ extitiſſe & deo ſeruiſſe quod & Ambro. tenet in Examerõ. Augu. aũt ſuper geneſim tenet ꝙ ſimul cum cœlo empyreo ſint creati. Itẽ Hiero. in prologo libri ſapientiæ tenet ꝙ ille liber ſit philonis & non ſit cõputandus inter ſacras ſcripturas. Aug. autẽ in tertio retractationũ oſtẽdit ſe q̃nq; tenuiſſe ꝙ fuerit editus a Ieſu ſirach quod ibi retractat: & licet nõ exprimat a quo ſit editus tñ in libro de doctrina chriſtiana ipſum enumerat inter libros ſacros. Itẽ Hiero. in libro hebraicarum q̃onum dicit ꝙ deus anteq̃ cœlũ & terrã faceret paradiſum ante cõdiderat pp illud quod dr̃ plantauerat deus paradiſum a principio. Aug. aũt ſuper Geneſim ad litteram exponit a principio

Inter Hieronymus & Auguſti. diſſenſiões

Cũ beda i hac q̃ſtiõe ſentit Hieronymus

Ariſtoteles

Gregorii Dyoniſiique areopa. diſcordia

a principio.i.tertia dic Item Aug.in libro de cõcordia euãgeliſtarũ aſſerit totã ne
gationẽ Petri factã fuiſſe in atrio annæ & quæ dicta ſunt inde poſt miſſum Ieſum
ad Caiphã recapitulãdo dicta eſſe Hiero.aũt ſup Mattheũ uidet̃ uelle ꝙ Petrus
in atrio Caiphæ negauerit.Cui Beda in Lucã cõſentire uidet̃. Item.Hieronymus
ſup illud abacuch.mũdi ſunt oculi tui negat ſingulos angelos prępoſitos ſingulis
corporalibus creaturis.& Aug.l.lxxxiii·quæſtionibus tenet ꝙ ſic.Cui cõſentiunt
Origenes & Dam.Hieronymus ſup illud Ionæ. Tollite me & mittite in mare.di Hierony
cit ꝙ licet ꝓpria pire manu:ubi caſtitas piclitat̃.Aug.uero in libro de ciuitate dei mus &
cõtrariũ affirmat. Multa deniq; repiunt̃ talia qbus ſci doc.inter ſe ſalua fide cõtra Augu.cũ
ria cõſcripſerũt. Sed nec oĩa ſuccurrũt ꝓperanti maxime.neq;.n.elaborari hoc a Dama. &
me opus potuit exactiore diligẽtia qd̃ uolui ueniẽti ſtatim iniuſtæ iſamiæ morbo Origene.
occurrere.ſcripturus alias ſup hac re ut maiore ocio & cura ita & plura & fortaſſe Verba
meliora addã tñ & illud qd̃ nũc occurrit Hieronymi i epiſtola ad Aug.ſic dicẽtis. Hierony
Nec mireris ſi in tuis libris & maxime i ſcripturaꝝ expoſitione quæ uel obſcuriſſi mi
mæ ſunt:qdã a recta linea diſcrepare uideant̃.& hoc dico non ꝙ in operibus tuis
quædam reprehendenda iam cẽſeam.neq; enim lectioni horum unq̃ operam de-
dimec horum exemplariorũ apud nos copia eſt præter ſoliloquiorũ tuoꝝ libros
& quoſdã cõmentarios in pſalmis quos ſi uellẽ diſcutere nõ dicam a me qui nihil
ſum:ſed a ueterum græcorũ docerẽ interpretationibus diſcrepare hæc ille. Sicut
ergo ipſi ad ſe inuicem ita & nos ab eis in multis ſalua fide & ueritate ſcripturæ:&
ſanctæ eccleſiæ determinatione diſſentire poſſumus.Tertia ꝓbatio ſumit̃ ex ſpe Tertia ꝓ
ciali prærogatiua ſacræ ſcripturę & ſanctionum uniuerſalis eccleſiæ quibus ſolis batio
cõcedimus infallibilis ueritatis excellẽtiã.unde Aug. contra Hier.in epiſtola ad Auguſti.
eũ ſic dicit.Ego.n.fateor caritati tuæ ſolis ſcripturæ libris quę iam canones appel
lant̃ didici hũc timorẽ honorẽq; deferre ut nullum horũ auctorũ ſcribẽdo erraſ-
ſe firmiſſime credã:aut ſi aliquid in eis offendo litteris quod uideat̃ cõtrariũ ueri
tati nihil aliud q̃ mẽdoſũ eẽ codicẽ uel interpretẽ nõ aſſecutũ eſſe uel me minime
intellexiſſe nõ ambigã. Aliorũ autẽ ſcripturas ita lego ut quãtalibet ſanctitate &
doctrina polleãt:nõ ideo uerũ putem qa ipſi ſenſerint;ſed quia uel per alios locos
ſacræ ſcripturæ uel ꝓbabili.i. euidẽti ratione quod a uero nõ abhorreat pſuadere
potuerunt.nec te frater mi arbitror ſic libros tuos lege uelle tanq̃ ꝓphãrũ & apo
ſtolorum de quorum ſcriptis ꝙ omni errore careãt dubitare nephãdum eſt.abſit
hoc a pia humilitate & ueraci de temet ipſo cogitatione.Et ipſe Augu.iii.de trini Auguſti.
tate ſane cum in omnibus litteris meis nõ ſolũ piũ lectorẽ ſed etiam liberũ correc
torem deſiderẽ.Verũtamen uelut lectorem meum uolo mihi eẽ deditũ:ita correc
torẽ nolo:ſibi & ſicut illis dico nullis meis litteris q̃ſi ſcripturis canonicis inſerui-
re.Sed in illis & quod non credebas cũ inueneris incũctãter crede in iſtis autẽ lit
teris quod certum nõ habebas niſi certũ intellexeris noli firmiter tenere.Ita illi di
co noli meas litteras ex tua opinione uel contentione ſed ex diuina lectione:uel Auguſti.
incõcuſſa ratione corrigere: Et Aug.in epiſtola ſiue libro ad Vincentiũ. Noli er-
go frater cõtra diuina tam multa tam clara tam indubitata teſtimonia colligere:
uel calumniari epiſcoporũ ſcripta minorum:ſicut Hylarii Cypriani uel Agrippi
ni.Nam hoc genus litterarum ab auctoritate canonũ diſtinguendum eſt.Non.n.
ſic leguntur tanquam ex eis ita teſtimonium proferatur ut contra ſentire non li-
ceat. Et in epiſtola ad Fortunatum idem Auguſtinus nec quorũlibet diſputatio- Auguſti.

nes quáuis catholicorũ laudatorũ hominum uelut ſcripturas canonicas habere debemus: ut nobis nõ liceat ſalua honorificentia quæ illis debetur hominibus aliquid in eorũ ſcriptis improbare atq; reſpuere. Et in libro de unico baptiſmo qs neſcit canonicã ſanctã ſcripturã ueteris & noui teſtamẽti certis ſuis terminis cõtineri eãq; poſterioribus omnibus epiſcoporũ literis ita præponi(ut de illa omnino dubitari nõ poſſit)utrũ uerũ aut ratũ ſit qcquid in ea ſcriptũ conſtitit eſſe. epiſcoporũ aũt literas quæ poſt cõfirmatũ canonẽ ſcriptæ ſunt uel ſcribunť & p ſermonem forte ſapientioris cuiuſlibet & per aliorũ epiſcoporũ grauiorẽ auctoritatem doctiorẽq; prudentiã. & p cõcilia licere repræhẽdi: ſi qd in eis forte eſt a ueritate deuiatũ. Poſſent infinita huiuſmodi adduci. Ex qbus pareret dicta ſanctorũ infallibili ueritati ut præciſe ſanctorũ ſunt nõ inniti. Vnde & ſæpe inuenies modernos

Robertuſ Olchot — doctores diſcedere a dictis ſanctorũ. Dicit enim Robertus Olchot q; ſanctus uir

Ochan — Anſelmus in multis deceptus ppter ignorãtiã logicæ & Ochan de actibus ghierarchicis nõ ſentit cũ Dionyſio.

Scotus — Et Scotus in.iiii.ſen. quaſi deſtruit totum proceſſum Anſelmi in libro Cur deus homo. & ita ſæpe alibi inuenies de aliis doctori-

Durandũ erraſſe concludit — bus. Volui aũt hæc hic adducere nõ tam ob Durandi opinionem quã ego nec teneo nec unq̃ tenui q̃ p p id quod mox in principio ſecũdæ.q. tractabiť. Ex his omnibus concludo q; ſi nõ inuenitur expreſſa determinatio uel ſcripturæ ſanctæ uel uniuerſalis eccleſiæ contra opinionẽ durãdi præſumptuoſũ eſt ipſã dicere ſimpliciter hæreticã. Si aũt inueniatur ferat oportet Durãdus patiẽter hãc notã.

Obiectio — Sed dicet aliqs eſto q; ſenſus tuus quẽ declaraſti te prẽtẽdere p illã ppõnẽ ſit catholicus Eſto q; illũ ẽt pmittat uis uerborũ nõne & ppõ tua poteſt facere illũ ſenſum Durãdi quẽ tu ẽt deteſtaris: & ppea tu erraſti ponẽs cõcluſionẽ q̃ ſcandalũ poſſet face-

Rñſio prima — re in mẽtibus fideliũ. Ad hoc ego dico primo q; alia eſt ratio eorũ quæ pponunť diſputanda: Alia eorũ quæ ad doctrinã in ſcriptis tradunť legẽda. Cũ.n.qd diſputandũ ponitur breuis & cõciſa & inexplicita pponiť ppõ in ſe & uerborũ & ſenſuũ multiplices implicãs difficultates in ipſo diſputãdi cõgreſſu diſſoluẽdas. Alioqn ſi omnia ibi explicarẽtur diſputationi locus nõ relinqueretť ppea ambiguã obſcurã uel æquiuocã ppoſitionẽ ponẽs diſputandã iõ excuſatur qa futurũ eſt ut inter diſputãdũ ipſã diſtinguat & declaret. q uero doctrinaliter aliqd litteris mãdãt id faciũt ſcribẽdo quod hic fit diſputando. Quare ibi omnia clara dilucida & ex-

Secunda — pedita eſſe deẽbt. Secũdo cõſiderẽt ſeueriſſimi iſti cẽſores nõ ſolũ difficile ſed pene impoſſibile eẽ ita librare & examinare uerba omnium ppõnum quas quis pponuit: ut nulla poſſit eſſe in ſenſu ambiguitas & erronea inde opinio nulla elici poſſit nec ego pfecto meis propoſitionibus arrogare uolo q; euangelicæ & apo-

Nota hæreticorũ hæreſes ac unde pullularint — ſtolicæ multæ ppoſitiones nõ habent. Multas.n.& inter illas eſt reperire quæ & multiplices habent intelligentias & ad erroneũ ſenſum transferri pñt immo: quæ & prima facie ſonare hæreſim uidentur. hinc omnes hæreſes pullularũt: dũ.ſ.aliq nõ tam pfunditatẽ ſenſus ĩtroſpiciebãt q̃ qd cortex uerborũ euangelicoꝝ ſonat attẽdebãt. hinc Arrius audiẽs pr̃ maior me eſt pr̃em credidit eẽ maiorẽ filio & filiũ dixit eẽ creaturã. hinc Eluidius audiẽs q; Ioſeph nõ cognouit Mariã donec peperit primogenitũ ſuũ attẽdẽs potius uim grãmaticalẽ illius dictiõis donec q̃ ueritatẽ ſenſus euãgelici de ppetua uirginitate Mariæ dubitauit: hinc Marcion illud Pauli legẽs. Lex aũt ſubintrauit ut abũdaret. delictũ credidit legẽ Moyſi eſſe malã & a malo principio iuxta Manicheũ & Baſilides illud legẽs. ego aliqñ ſine lege

uiuebã credidit animam Pauli in alio corpore aliquãdo uixiſſe. Hinc Eunomius
audiẽs chriſtum rñdentem iudæis accuſantibus eũ ꝙ ſe diceret filiũ dei ſcriptum
eſſe & illud ego dixi dii eſtis & filii excelſi omnes rẽ potius dictã. & id quod ſm ſe
reſponſum eſt attendens q̄ inrentionẽ & propoſitũ reſpondẽtis credidir eo modo
Chriſtũ filiũ dei dici quo & q̃libet ſanctus dicirur dei filius. Similiter & hęc ꝓpõ
illam diẽ neq; filius nouit multis fuit occaſio credendi plura intelligere patrem q̄
credat filius q̄ ſi ſecundũ ſenſum quẽ cõmuniter faciunt uerba etiã interpreremur
id uidetur præſeferre cnm tamen alia ſit latentis ſenſus ueritas: Poſſem infinitas ſi
miles propoſitiones adducere ex canone ſcripturarũ: & ideo bene dixit Hilarius Hilarius
intelligentia dictorum ex cãis eſt aſſumenda dicendi quia non ſermoni res ſed rei
eſt ſermo ſubiectus. Er gloſa ſuper iſtud textum. Inqt non ſemper debemus intelli Gloſa
gere ut uerba prima facie ſonare uidenẽ maxime ubi ambigua ſunt ſed debemus
recurrere ad intentionem loquentis. Et Gregorius inqt plerunq; dũ ꝓprieras uer Grego.
borũ attenditur ſenſus ueritatis amittitur. Et Gregorius. xxvi. libro moraliũ. Nõ
debet aliquis uerba cõſiderare: ſed uoluntatẽ & iutentionẽ: quia nõ debet intẽrio
uerbis deſeruire: ſed uerba intentioni: & Hiero. ſuper epiſtolã ad Galathas teſtaẽ Hierony
nõ in uerbis ſcripturarũ eſſe euangeliũ ſed in ſenſu: non in ſupficie ſed in medulla: mus
non in ſermonũ foliis ſed in radice rationis. Propterea Ochã in dialogo falſificat Ocham
hãc cõmunem propoſitionem. uerba non ex opinionibus ſingulorũ ſed ex cõmu
ni uſu accipienda ſunt maxime: in ſecunda parte. Dicit. n. ꝙ in uerbis ambiguis &
multiplicibus nõ eſt recurrendũ ad cõmunem intelligentiã: ſed potius ad intẽtio
nem loquentiũ. & ita dũ eſt ambiguitas in doctrina alicuius dicentis uel ſcriben-
tis. Similiter recurrendũ eſt ad intentionẽ dicentis ut ipſe ſe exponat & exprimat
uerũ ſenſũ quẽ ꝑmittat uis uerborũ. nec eſt reprobãdus niſi poſſet conuinci ꝙ ta-
lis ſenſus uerus aliis dictis ſuis eſſet cõtrarius uel eſſet imptinẽs ꝓpoſiro ſuo. & ita
etiã in ſimplici loqnela ad intentiõem loquẽtis recurrẽdũ eſſe dicit idem doctor.
& ſtandũ eſſe interꝑtationi eius niſi cõſtat aut probabiliter uel niolẽrer præſuma
tur ꝙ tali modo loquẽdi ambiguo uſus eſt ad decipiẽdum uel ad aliũ malum finẽ.
Ex quibus omnibus concludo ꝙ non ego erraui qui cũ proteſtatione ꝓbabiliter Epilogus
multiplicem ꝓpoſuerim ꝓpõnem inter diſputandũ declarandam. quæ tamen ẽt
nullum poteſt facere ſenſnm quẽ etiã aliquis doctor non reprobatus aut pro tali
nondũ per eccleſiã declaratus tenuerit. ſed errauerũt potius qui ꝓpoſitionem ha
bentẽ ſenſum catholicũ quẽ ꝑmittit uis uerborũ: & ꝙ eſt magis in eo ſenſu catho
lico iam eis a proponẽte declaratã ſimpliciter hæreticam eſſe iudicarunt. Quod
etiã ſi ante declaratũ ſenſum meũ feciſſent: licet forſitan excuſabilius erraſſent: ta
men quia ſi uere docti ſunt ꝑ ſe ẽt poterant cognoſcere habere ꝓpõnem duplicem
ſenſum: quod attendẽtes nõ ſolum ſimpliciter eã dãnare ſed in bonnm etiã potius
eã ſenſum interpretari debuiſſent. Nã aug. in libro de cõcordia euãgeliſtarũ illud Auguſti.
Mathei exponẽs: nolite iudicare & nõ iudicabimini inquit hoc loco nihil aliud p̄
cipi exiſtimo niſi nt ea facta quæ dubiũ eſt quo animo fiant in meliorem partem
inrerpretemur. De factis. n. mediis quæ poſſunt bono & malo animo fieri temera
riũ eſt iudicare maxime ut condẽnemus. Quod ergo de his quæ fiunt dicit Augu
ſtinus dictum pariter intelligamus de his quæ dicuntur & ita ſpeculatiuis appli-
cantes ſententiam Auguſtini. Cõcludamus ꝙ in hiis dictis quæ poſſunnt habere
bonum & malum ſenſum temerarium eſt iudicare maxime ut condemnemus.

QVAESTIO SECVNDA DE POENA PECCATI MORTALIS.

ESt aũt ſecũda cõcluſio quã iſti dãnauerunt hæc.peccato mortali fi
niti tpis nõ debet̃ pœna infinita ſecundũ tp̃s ſed finita tantum.
Et quia dũ pono cõcluſionẽ in libello meo hæc p̃mittuntur uerba.
Niſi eſſent dicta ſanctoꝝ quæ in manifeſto ſui ſermonis uidenẽ di-
cere oppoſitũ firmiter aſſererẽ infraſcriptas cõcluſiones. Aſſero tñ
ipſas eſſe ꝓbabiles & rationabiliter poſſe defendi.Q uatũ prima eſt hæc.Peccatũ
mortale eſt in ſe malũ finitũ.Secũda eſt hæc.peccato mortali finiti tpis &c. Q ui
dam magiſter de hac mecũ cõcluſione habẽs diſputationẽ:quid inq̃t ipſe aliud q̃ ꝑ-
rimus teſtimoniũ ꝙ tua cõcluſio ſit hæretica:cũ tu ipſemet manifeſte dicas eã eẽ
cõtra dicta ſanctoꝝ.Valet.n.cõſequẽtia eſt cõtra dicta ſanctoꝝ ergo eſt hęretica.
oſtendi ego tunc ei ut ẽt inferius oſtẽdã quõ mea cõcluſio ſentẽtiis ſanctorũ nihil
repugnabat.& quõ erãt intelligẽda uerba.ſed qñ ita fuiſſet ꝙ cõcluſio eſſet cõtra
dicta ſanctorũ quãtũ ualeret ſua cõſequẽtia & q̃ docto ut ſe ipſe iactat theologo
eẽt indigna patere põt unicuiq; ex ſupradictis in prima cõcluſione.Scio qd dice-
rẽ hic de iſto magiſtro.Eſt.n.is q totiẽs in patriã lr̃as miſit de me q̃ſi trophæũ triũ
phũq; pollicẽtes.Sed uolo ut p̃miſi a principio rõnibus nõ cõuiciis agere cauſam
meã.Venio ad cõcluſionẽ.& qa iſti magiſtri iudicauerũt & cõcluſionem ipſam &
rñſiones ẽt quas eis ſup hac cõcluſione me interrogãtibus dedi eẽ falſas erroneas
& hæreticas uolo prius declarare ipſam cõcluſionẽ eẽ catholicã & cõſonã dictis
fere oium doctoꝝ.dico aũt meã qa ſi eã in alio ſenſu capias q̃ in eo quẽ ego per ip
ſam intẽdo:iã nõ ẽ iſta mea cõcluſio quã ego ꝓpoſui.Propoſitio.n. multiplex eſt
multæ ꝓpõnes deinde uolo declarare ipſas ẽt rñſiões meas eſſe tales.tã de ipa cõ
cluſione q̃ de ipſis rñſionibus declarãdo ſemp ꝙ ſenſus meos.i.quos p illas intẽdo
permittit uis uerborũ.Pro declaratiõe ergo cõcluſionis qnq; ſunt notãda. Primo

Primũ notãdũ i peccato.ſ.conuerſio & auerſio

notandũ ꝙ in pcõ duo poſſunt cõſiderari.Cõuerſio ad bonũ creatum & auerſio a
bono incõmutabili & increato.Primo mõ peccatũ eſt malũ finitũ ẽt ſcd̃m oẽs do
ctores.Secũdo peccatũ eſt malũ infinitũ ſecundũ cõem uiã.& qa cõuerſio ad bo
nũ creatũ quo peccãdo abutit̃ peccator eſt de intrinſeca rõne ipſius peccati.Ideo
dr̃ ꝙ peccatũ eſt intrinſece malũ finitũ.auerſio aũt a bono increato facit ipm eſſe
extrinſece infinitũ qa ſolũ pro tãto dr̃ infinitũ malũ qa eſt auerſio ab infinito bo-
no & ideo ſolũ relinquitur ꝙ extrinſece & obiectiue infinitũ malũ.Secũdo nota

Secundũ p tp̃s q notetur

ꝙ per tẽpus poſſumus intelligere ſolũ tp̃s uiæ: & hoc mõ certũ ẽ ꝙ neq; peccatũ
nec qcq̃ aliud ad hoiem ptinẽs poſſit eẽ infinitũ ſecundũ tp̃s cũ tp̃s uiæ cuiuſlibet
uiatoris ſit nõ ſolũ duratiõe & finitũ ſed ẽt breue.Alio mõ poſſumus intelligere p
tẽpus :tempus uiæ & termini & hoc mõ accipitur in concluſione.& ſic aliqd po-
teſt in homine durare per tẽpus infinitũ ut patet. Tertio nota ꝙ peccatũ mortale

Tertium peccatum .ſ.duplr̃ ſumi

poteſt capi dupliciter.uno modo pro actu prohibito uel omiſſione actus præce-
pti a deo.Alio modo pro reatu derelicto ex prædicto actu prohibito uel dicta o-
miſſione actus.qui quidẽ reatus in multis locis ſacræ ſcripturæ dr̃ peccatũ.&p ta
le peccatũ denoiatur aliquis peccator ceſſante uel trãſeũte actu peccati prio mõ
dicti.Ex quo tertio notando patet ꝙ rõnabiliter eſt dicendũ ꝙ licet in iſto qui dã
natur pro peccato mortali aliquãdo finiat̃ ipm peccatũ pro quo dãnatur quantũ
ad entitatem intrinſecam ipſius actus qui primo modo denominatur peccatum.
non finit̃ tamen quantũ ad reatũ:immo ſi ſic finiret̃ nõ deberetur ei pœna æter-
na.&

fuiſſet diſputatio noſtra accipiens ſcripta ab his qui deſcripſerant codicem quæ uoluit addidit.& quæ uoluit abſtulit & quæ ei uiſum eſt permutauit:& circũfert tanq̃ ex noíe noſtro inſultans & oñdens ea quæ ipſe cõſcripſit pro q̄bus indignantes fratres q in paleſtina ſunt miſerũt ad me Athenas hoiem:q acciperet a me ipſa auctẽtica exẽplaria qđ ne relectum q̄dem uel recenſitum a me antea fuerat:Sed ita neglectũ iacebat ut uix inueniri potuerit.miſi tamen & ſub deo teſte loquor:qm̃ cum cõueniſſem illum ipſum qui adulterauerat librum:quare hoc feciſſet uelut ſatisfaciens mihi reſpondit qm̃ magis ornare uolui diſputationẽ atq; purgare ipſam.Videte quali purgatione diſputationem noſtrã purgauit tali nempe quali purgatione Marcion purgauit euangelia uel apoſtolum uel qualis ſucceſſor eius poſt eum Apelles.Nã ſicut illi ſubuerterũt ſcripturarũ ueritatem:ſic iſte ſublatis quæ uere dicta ſunt ob nr̃i criminationẽ inſeruit quæ falſa ſunt.Hæc ad uerbum in Origenis epiſtola legunť.qđ ſi uiuente ipſo nõ dubitabãt hæretici eius libros corrumpere:Q nãto magis credendũ eſt hoc ipſos auſos fuiſſe poſt eius mortẽ.Cõquærit autẽ & de alio quodã hæretico in epheſo q cõferebat multa falſa tãq̃ ſua.& extat etiã in alia eius epiſtola de ſuo℞ libro℞ falſitate quærimonia.Q uartũ qđ eiuſdẽ rei maxime fidẽ facit ꝙ.ſ.hæretica illa Origenis nõ ſint ſed ab hæreticis inſerta eſt:ꝙ de illis eiſdẽ inuenit alibi Origenes pie & catholice determinare.Ex quo ſi illa hæretica Origenis ſunt:ſibi ipſi cõtradicet.Locos aũt ubi catholice agit de illis plurimos eſt uidere in apologia Pãphili.& hoc eſt qđ dicit Ruffinus ꝙ nõ eſt curãdũ de nomine auctoris illius libri qm̃ illa defenſio cuiuſcunq; ſit ꝑ ſe ualida eſt cũ ex uerbis & dictis ꝓpriis ipſius Origenis de eius catholico & orthodoxo dogmate fidẽ faciat.Et ꝑ hoc ẽt uideť ſatisfieri cuidã dicto Hieronymi cõtra Ruffinũ.Nã cũ Ruffinus hoc idẽ diceret pie.ſ.& catholice de illis alibi ab Origene determinatũ ſic inq̄t cõtra eũ.Vbi eſt illa fiducia q̃ inflatis buccis crebertime ꝑſonabas te quæ in aliis libris Origenis legeras emẽdaſſe in libris periarchon.Et nõ aliena:ſed ſua reddidiſſe ſuis.De tãta librorũ ſylua fruticẽ ac ſurculũ ꝓferre nõ potes.Rñderet.n.forte Ruffinus nõ oportere ſe de ea ſylua ſurculos ꝓferre:de qua iã Pãphilus multas ꝓtulerat integras arbores.Locos.n.illos copioſiſſime recitat Pamphilus & illo iam præſuppoſito hoc agit Ruffinus in libello ſuo quẽ Pãphili libro ſuꝑaddit:ut oſtendat unde hoc ꝓuenerit ꝙ in libris Origenis cõtradictoria inueniant.aſſignatq; illã cauſam de falſatione ꝑ hæreticos.Q uintũ qđ & multũ facit ad aſſerẽdũ hoc ꝙ hęreſes illæ nõ ſunt de mẽte Origenis eſt ꝙ ex teſtimonio multo℞ q̄bus merito tenemur fidẽ adhibere habemus Origenẽ in principalibus opinionibus in q̄bus erraſſe dr̃ catholice ſenſiſſe.Duo.n.ſunt principales hæreſes quæ Origeni obiiciunť.Prima eſt de trinitate ꝙ male.ſ.de filio & peius de ſpiritu ſancto ſenſerit.Secũda eſt de ſalute diaboli qđ.ſ.pœna eius & ĩfernale ſuppliciũ nõ ſit æternũ futurũ ſed ab eo ſit aliq̃n liberandus.Ex qua uidenť multæ aliæ depẽdere eidem aſcriptæ.Illa.ſ.ꝙ pro ſalute iſtorũ ſaluãdorũ dæmonũ iterũ in ſublimiori elemento ſit crucifigẽdus chriſtus.& illa ꝙ omnia reſtituẽda ſunt in unũ:& illa ꝙ diabolus pœnitere poſſit:& illa ꝙ pœna dãnato℞ nõ ſit æterna.De iſtis aũt duabus hæreſibus ꝙ nõ fuerũt de mente Origenis uidenť eſſe euidẽtia argumẽta.Nã de trinitate nõ ſolũ Dydimus quo præceptore tãtum gloriatur Hierony.dicit catholice ſenſiſſe Origenem.idq; propriis in periarchon editis cõmentariis cõprobauit.Sed & Athanaſius defenſor niceni cõcilii libris propriis contra Arrianos uoce clara teſtem fidei ſuæ hũc uirum uocauit:

Q uæ nã principalibus hæreſes origeni attribuantur

Primæ hęreſis defenſio

Dydimus

Athanaſius

Origenis dicta qui bus nõ hę retic° ſed chriſtianiſ ſimus cen ſetur

& Methodiũ legimus pœnituiſſe ꝙ Origenẽ damnaſſet. dicitq; eũ tandẽ inuentum
nihil male credẽtẽ de ſancta trinitate. Q uinimo. ipſiuſmet Origenis hẽmus dicta
de trinitate a catholica fide nihil diſcrepantia. nam ſup illud Pauli ad Romanos &
ſpũs adiuuat infirmitatẽ noſtrã expreſſe tenet ſpũm ſanctũ non eſſe creaturã & ſup
illud qui etiã ꝓprio filio nõ pepcit ſed pro nobis omnibus tradidit illũ quo modo
nõ etiã cũ illo omnia donauit hæc Origenes exponens dicit. Nihil enim eſt neq; ui
ſibilis neq; inuiſibilis creaturæ qđ filio poſſit adæquari. nullo enim pacto creatori
ſuo põt creatura cõferri. & ſi creator ipſe donatus eſt nobis quõ non cũ ipſo nobis
omnis creatura donabitur. & infra ſup illud Pauli qui eſt ſuper omnia deus benedi
ctus ſic inquit Origenes. Chriſtum aliud ſecundũ carnẽ eſſe: aliud ſecũdũ ſpiritum/
iam & in prioribus huius ipſius epiſtolæ partibus deſignauit ubi dicit q factus eſt
ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ q deſtinatus eſt filius dei in uirtute ſecundũ ſpũm
ſanctificationis: & quõ ſecundũ ſpiritũ filius dei ſit & ſecundum carnẽ filius Dauid
ibi plenius expoſuimus pro uiribus. quẽ ergo ibi ſecundũ ſpiritũ filiũ dei dixit hic
ꝓcedente doctrina ordine ꝓficiẽtibus utpote auditoribus deũ q eſt ſup omnia ip-
ſum eſſe ꝓnunciat: & miror quomodo qdam legentes ꝙ idẽ apoſtolus in aliis dixit.
Vnus deus pater ex quo omnia & unus dominus Ieſus chriſtus quẽ omnia negent
filiũ dei deũ debere ꝓfiteri. ne duos deos ꝓfiteri & dicere uideant: & qd de hoc lo-
co apoſtoli facient in quo aperte chriſtus per quẽ omnia ſuper omnia deus eſſe de-
ſcribit. Sed non aduertunt qui hoc ita ſentiũt quia ſicut dominum Ieſum chriſtum
nõ ita unũ eſſe dominum dixit ut ex hoc deus pater dominus nõ dicatur. ita & deũ
patrem nõ ita dixit eſſe unũ deũ ut deus filius nõ credatur. Vera eſt enim ſcriptura
quæ dicit. Scitote ꝙ dominus ipſe eſt deus. Vnus aũt uterq; eſt deus quia nõ eſt ali
ud filio diuinitatis initium q̃ pater ſed ipſius unius paterni fontis ſicut ſapiẽtia dicit
puriſſima eſt manatio filius ergo eſt chriſtus deus ſuper omnia quæ omnia illa ſine
dubio: quę & paulo ante diximus ſuper principatus & poteſtates & uirtutes & om
ne nomen quod nominat᷑ nõ ſolũ in hoc ſæculo ſed etiã in futuro. Q ui autẽ ſuper
omnia eſt ſuper ſe neminẽ habet. nõ enim poſt patrem eſt ipſe ſed de patre. hoc idẽ
aũt ſapiẽtia dei etiã de ſpiritu ſancto intelligi debet. ubi dicitur. Spiritus domini re
pleuit orbẽ terrarum & hoc quod cõtinet omnia ſcientiã habet uocis. ſi ergo filius dei
ſuper omnia dicit᷑. & ſpiritus ſanctus continere omnia memoratur. Deus autem pa
ter eſt ex quo omnia. & ſic euidenter oſtenditur natura trinitatis & ſubſtantia una
quæ eſt ſuper omnia. hæc Origenes ad uerbũ. & alibi ſuper illud Pauli quomodo
aũt prędicabũt niſi mittantur ſic inquit. Sunt enim nõnulli qui annunciãt quidẽ &
prædicãt de patre & filio & ſpiritu ſancto ſed nõ ſincere non integre ut ſunt omnes
hæretici qui patrẽ quidem & filium & ſpiritum ſanctũ annũciant ſed nõ bene neq;
fideliter annũciant. Aut enim male ſeparãt filium a patre ut alterius naturæ patrẽ
alterius filiũ dicãt: aut male cõfundũt. ut ex tribus cõpoſitũ deum uel trinæ tantũ-
modo appellationis faciãt. q aũt bene bona annũciãt ꝓprietates qdẽ patri & filio
& ſpiritui ſancto ſuas cuiq; dabũt. nihil aũt diuerſitatis eſſe cõfitebunt᷑ in ſubſtantia

Secundæ hæreſis de fenſio per ipſummet Origenẽ

uel natura. hæc Origenes. Q uibus uerbis quid magis catholicum quid magis ex-
preſſum neceſſe eſt igitur ſicubi aliter ſcriptũ inueniat᷑ in libris Origenis nõ Orige
nis eẽ illud ſed hæreticorum qui p librorum corruptionem patronum habere uolue
runt Origenẽ erroris ſui. De ſecũda autem hæreſi tam euidens extat teſtimonium
ut meo iudicio male negare poſſit. Nã in epiſtola ꝓpria ipſe Origenes ẽt ſecundũ

Hieronym

Hieronymi traductionẽ q illius epiſtolæ mẽtionẽ facit expreſſe negat diabolum poſſe aliqñ ſaluari dicitq; ꝙ nec mẽte qs captus hoc poteſt dicere. Præterea ꝙ ẽt ex-

Origenis dialogum teſtari ueritatem

tat dialogus inter origenẽ & cãdidũ ualẽtiniani dogmatis ſectatorẽ. q cãdidus obiciebat eũdem errorẽ Origeni: & Origenes refutat: negatq; hoc ſe ſentire. & ſupra illud Pauli nunquid ſic offenderũt ut caderẽt ſic dicit Origenes hũc caſum reſpiciẽs Paulus de quo dixit chriſtus quia uidebã ſathanã ſicut fulgur cecidiſſe de cælo ne- gat cecidiſſe iſrael. Illorũ.n. uel in fine ſæculi cõuerſio erit tũc cũ plenitudo ſubin- trauerit omnis iſrael ſaluus fiet. Iſtius autẽ q de cælo cecidiſſe dr̃ nec in fine ſæculi erit ulla cõuerſio. hæc Origenes. Q d' ẽt illa quæ ei imponit' hæreſis ꝙ ſpiritus nõ intelligit filiũ & filius nõ intelligit prẽm falſo ei imponat'. patet ex his quæ ipſe di- cit ſup illud Pauli. O altitudo diuitiaꝝ ſapientiæ & ſcientiæ dei. Sic.n. inqt hãc altitudinẽ dei inſcrutabilem dicit omni creaturæ de filio uero & ſpiritu ſancto dicere iſta nõ poterat: quia filius in euãgelico dicit ad patrẽ. Pater omnia mea tua ſunt & tua mea. & de ſpiritu ſancto ipſe Paulus ꝓnũciat dicens. Nemo ſcit hominum quæ ſunt hominis niſi ſpũs hominis q in ipſo eſt: ita & quę in deo ſunt nemo cognouit niſi ſpũs dei. Q uin ergo dicit Paulus. quis nouit ſenſum domini de creaturis dicit naturã uero trinitatis excepit. hæc Origenes. R eſtare uidet' una hæreſis Origeni at-

Pro hæreſi de aïaꝝ creatione obiecta defenſio.

tributa. ſ. in opinionibus de anima ꝙ fuerint ab æterno creatæ & de cælo delabant' in corpora & de aïa ſcribit qdẽ ipſe Origenes in cõmentariis ſup epiſtolã Pauli ad Titũ ſe nihil poſſe determinati ex eccleſiaſtico dogmate accipere niſi ꝙ omnes animæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei ꝙ ſunt liberæ uolũtatis ꝙ ſunt rõnabiles ꝙ ſunt immortales ꝙ a deo creatæ & ꝙ pœnas habituræ pro malis & premia pro bonis: hæc tñ dicit ſe affirmate de anima. Q uia de his in ſcripturis euidẽtia habeantur teſtimonia. In

Q uid ad ſummũ de anima ſenſerit Ruffinus

cæteris aũt de anima quæſtionibus dicere ſe ꝙ magis ſibi ꝓbabile uidet'. & inquiſitiue nõ determinatiue ꝓcedere: qa determinatũ nihil de illis in eccleſiaſtico habeatur dogmate. Id autẽ quod magis uiſum eſt Origeni fuiſſe ꝙ eſſent ante corpa creatæ in cælis uiuẽtes cõſentiũt cõcorditer oẽs. & Ruffinus in apologia ad Anaſtaſiũ Romanæ urbis epũm poſtq̃ tres retulit opiniones de anima in fine ſic inquit. Ego uero cũ hæc ſingula legerim deo teſte dico ꝙ uſq; ad pñs certi uel definiti aliqd de hac qõne nõ teneo: ſed deo relinquo ſcire qd ſit in uero & ſi cui ipſe reuelare dignabit'. ego tamen hæc ſingula legiſſe me nõ nego. & adhuc ignorare cõfiteor. præter hoc qd manifeſte tradit eccleſia deũ eſſe & animaꝝ & corpoꝝ cõditorẽ. In libro ẽt Pãphili nõ negat' Origenẽ illi adhæſiſſe opinioni ſed ſic in eius ſcribit' defenſionẽ. Nũc uero cũ diuerſitas ſit apud eccleſiaſticos & alii alia de anima ſentiãt: & oẽs di- uerſa qũo hic magis q̃ cæteri incuſandus eſt. Tum poſt hæc uerba recitant' opiniones de anima quæ tũc erãt inter quas & illa q̃ nũc tenet' a catholicis: & cũ oſtẽſum eſt manifeſtas pro illis ꝓbationes ex ſcripturis ſacris adhiberi nõ poſſe: accidereq; & illarũ auctoribus magnas difficultates in fine ſic cõcludit'. Q d' aũt ex his omnibus oñdi uolumus illud eſt ꝙ ſicut eos qui unã quãlibet de his quas ſupra expoſuimus opinionẽ uerã putãt. nõ recta rõne hæreticos qs uocat pro eo ꝙ neq; ex diuinis ſcripturis certi aliqd de his uel manifeſti dictũ eẽ uideat': neq; in prædicatione eccleſiaſtica putat' cõtineri. Ita neq; hũc uiꝝ culpari iuſtũ eſt diſſerẽtẽ q d' ſibi ma- gis eſt uiſum. hæc ibi. Ego ãt ex omnibus ſupradictis duas infero ꝓpõnes. Prima ẽ

Prima poſitio

ꝙ ſi Origenes & de trinitate & de dęmonũ ſalute catholice ſenſit ut magis uidet' cõprobatũ teſtimoniis ob erroneam de anima opinionẽ eius cõuincere nõ poſſumus

damnationem. Quia Origenes non oĩa tenebatur ſuo tpe explicite de anima credere quæ nos nunc tenemur: quia nec in ſcriptura habebãtur manifeſta: nec per eccleſiam ut poſtea fuit tũc fuerat determinatũ. Immo nõ ſolum tpe Origenis ſed etiam tpe Auguſtini: qui per. cc. annos poſt Origenẽ adhuc fuerat/per catholicos. i. ꝑ uniuerſalẽ eccleſiã de aĩa aliqd determinatum. Nam ipſe Augu. dubius erat in opinione de aĩa ut patet ex eius epiſtola ad Hierony. an. ſ. ſingulæ ſingulis creent: ut nunc tenet orthodoxa traditio. Ex qua opinione uidebat Auguſtino ſequi ꝙ deus eſſet iniuſtus: an ex illa una quæ facta eſt in Adã a deo. Aliȩ deinde ſicut corpus ex corpore ita animæ ex aĵa fuerint ꝓpagatæ. nec credas ſolũ in iuuentute de hac re dubitaſſe Auguſtinũ. Quia & in primo libro tetractationũ qui fuit de ultimis de hac quæſtione dubitat. Sic. n. ſcribit in primo ſine controuerſia ergo quædã originalis regia beatitudinis animi deus eſt. qui eũ qdẽ nõ ſe ipſo genuit. ſed de nulla rẽ alia condidit ſicut condidit corpus de terra. Nam qđ attinet ad eius originem qua ſit in corpore utrum de illo uno ſit qui primum creatus qñ factus eſt homo in animam uiuentẽ an ſimiliter fiant ſingulis ſingulæ: nec tũc ſciebã nec adhuc ſcio. hæc Auguſti. ad uerbũ. Ex quo patet euidẽter pp erroneam opinionẽ de aĩa prædictam hæreticũ nullo mõ poſſe dici Origenẽ. Secũda ꝓpoſitio quã dico eſt hæc. qđ ſi uerum eſt qd Thomas in quolibetis dicit ut in. vii. arti. defenſionis Origenis patebit latius. & bona dicit theologia nõ obligati nos de neceſſitate ſalutis credere nõ ſolũ eccleſiæ doctoribus ſicut Hiero. ſicut Augu. & ſimiles: ſed neq; ipſi eccleſiæ niſi in his quæ ad ſubſtantiã fidei pertinent/adiunxerimuſq; iſta ad ſubſtãtiam fidei nihil pertinere utrũ illarũ hæreſum auctor fuerit Origenes: aut aliqs alius mõ hæreſes illas hæreſes eſſe. i. impia fateamur dogmata. Videt ſequi ꝙ nõ teneat homo fidelis & uere chriſtianus de neceſſitate ſalutis in hac qõne potius Hieronymo ẽt qđ ad ipſum magis declinet eccleſia q̄ athanaſio dydimo: Methodio Ruffino: Cuius & fides etiã ꝑſecutionis hæreticorũ tpe in ſancta Alexãdrina eccleſia carceribus & exiliis dr̃ ꝓbata immo ipſiuſmet Origenis dictis credere eo maxime ꝙ & in multis aliis quæ ẽt ad fidei ſubſtãtiã magis ꝑtinẽt Hieronymũ non approbamus. Sicut in materia de cerimonialibus & ſicut ẽt Hieronymo piũ eſt nõ credere ubi Ambroſii cõmentaria in lucã nugas uocat. & ipſum Ambroſiũ nũc coruũ nunc corniculã appellat. Et ubi eiuſdẽ de ſpiritu ſancto librũ damnãs dicit ſe de græcis bonis uidiſſe latina nõ bona. & ubi Baſiliũ magnum de ſuperbia taxat: & ubi in epiſtolis Auguſtini dicit ſe quædã hæretica legiſſe: ita forte. & in hoc ꝙ potius uelit illa quæ Originẽ demonſtrat catholicũ eſſe ficta & adulterata q̄ illa quæ eũ cõprobãt hæreticum ei penitus nõ adhætere. nec impiũ eſt nec fidei apparet pernitioſum ad quã uidet potius confirmandã facere Origenis patrociniũ: & teſtimoniũ adimere hæreticis q̄ ad infirmãdã iuxta illud quod in Pamphili libro his uerbis ſcribit. illud cõtẽplari debuerãt quantam ridẽdi materiã q̄tanq; hæreticis præbeãt: cũ eos quos aſſertores chriſtiani dogmatis & defenſores putãt: confurati nũc uideant & refelli a propriis & uelut ciuili bello gaudeãt impugnatã quẽ ipſi hoſtiliter impugnare nõ poterant. Fuerunt autem & exprobatis doctoribus eccleſiæ etiã Hieronymo poſterioribus qui in hac fuerũt ſententia ꝙ hæreſes illæ nõ fuerint de mente Origenis. ſed ei falſo aſcriptæ ab hȩreticis. Vnde Aymo unus ex nobilibus & antiqs doctoribus eccleſiæ in libro de chriſtianarum rerũ memoria ſic dicit. Ego ſane de Origene uiro tam illuſtri abſtinentiſſimȩ uitæ & caſtiſſimæ præclaræ doctrinæ puri

Auguſtinum ĩ animæ creatiõe ſemp fuiſſe dubium

Secunda ꝓpoſitio. S. Tho.

Hieronymo nõ eẽ ſemp credendũ nã dicacitatis uicio plærunq; damnatur

Aymonis uerba ĩ teſtimoniũ Origenis

& lucidi ſermonis ſalua fide patrũ dixetim ꝙ hæc oĩno nõ ſcripſerit ſed ab hæreti/
tis ob præclarũ nomen eius obſuſcandũ maligne conficta ſunt & conſcripta & no
mini ſuo prætitulata. hæc ille ad uerbũ. hæc dicta ſunt de primo articulo examinã
do & inq̃rendo utrum fuerint hæreticæ illæ duæ opiniões Origenis nec ne qua in
re ſicut in aliis oĩbus eccleſiæ iudiciũ aliorũ oĩum iudicio & rõnibus ſemꝑ antepo
no. Pro ſecundo articulo uidet̃ rationabilius ideo exxcuſandus Origenes ꝙ ſi quid De ſcđo
ſcripſit quod a catholicis nõ acceptet̃ in illis ſcribendis: neq̃ dogmatice neq̃ aſſer articulo
tiue. ſed dubitatiue ſemꝑ & inq̃ſitiue procedit. quare ſicut licet in Auguſtini libris
ſuper geneſim multa ſint quæ nõ acceptant̃: tñ ppea excuſantur a nobis ꝙ ut ipſe/
met dicit in libro retractationũ plura in eo libro ſunt quæſita q̃ inuenta: ita & mul
ta eſſe poſſunt in libris Origenis reprobanda & dãnanda quæ q̃a ipſe non determi
nando ſed inquirẽdo dixit non ppea hæreticus eſt dicẽdus quãdo hæreſis aſſertum Hæreſis
proprie dicit dogma cõtra expreſſam uel ſcripturæ ueritatẽ uel eccleſiæ determi/ propria q̃
nationẽ. ꝙ aũt ſic ſemper locutus ſit Origenes ex multis patet locis. Nã & poſt di/ Nota
ſputationem de aĩa inquit: hæc iuxta noſtrã ſniam nõ ſint dogmata ſed quæſita tan Verba
tum atq̃ proiecta ne penitus intractata uiderent̃. & alibi loquens de reſurrectione Origenis
inquit. Si hæc nõ ſunt contraria fidei & cætera: & infra triplex ergo ſuſpicio nobis
de fine ſuggerit̃ e quibus quæ uera & melior ſit lector inquirat: tum tres ſubiungit
opiniones de reſurrectione: & in præfatione librorũ in geneſim inq̃t. Si profundũ
aliq̃d occurrerit de hoc dicendũ q̃dem eſt ſed non tñ affirmatiue: & infra. nos de re
bus magnis quæ ſupra nos ſunt ignorantiã noſtri non ignoramus: & ſuper epiſto/
la ad Romanos li. ii. hæc ea lege dicta ſint a nobis ut ſi qui melius & rõnabilius di/
xerint illa magis q̃ hæc noſtra teneant̃. Et li. iiii. hæc prout potuimus in locis tam
arduis & tam difficilibus prolata: ſi quis forte animi noſtri ſtudiũ cõſideret ample
cti poterit. ſi uero infirmitatẽ ſenſus noſtri notare uelit ueniã petimus: & ei qui me
lius de his diſſerere uel explanare potuerit libẽter cedimus: & alibi. Probet aũt qui
legit q̃d horũ magis ſenſui cõueniat apoſtolico & illud teneat: & libro quinto hæc
interim nobis in pñti loco occurrere potuerũt. Si quis aũt melius aliq̃d ſenſerit nõ
pigeat his obmiſſis illa reſpicere. & quid plura legat̃ liber periarchon. uidebimus
illũ hoc ordine procedere ꝙ primo ponit illa quæ ſibi expreſſe uidebant̃ in ſcriptu
ris eſſe determinata: & in illis nihil aberrat ab eccleſia. Alia dicit ſibi eẽ dubia & de
illis uelle inq̃rere de oĩbus aſſerens illã ſolũ recipiendã eſſe ueritatem quæ in nullo
apoſtolicis & eccleſiaſticis dogmatis aduerſet̃. Pro tertio articulo qui eſt quaſi cõ De tertio
firmatio ſecũdi dico iſtã propoſitionẽ ꝙ ſi ſit aliquis habẽs erroneã opinionẽ de re articulo
bus fidei adhuc per eccleſiã nõ determinatis mõ in uoluntate eius nulla ſit macula Notanda
ſed firmum propoſitũ de illis credere ſemꝑ conſonæ ſcripturæ & eccleſiæ. ille nec ꝓpoſitio
peccat mortaliter nec hæreticus ꝓprie eſt dicendus. Ex qua ꝓpoſitione ſequit̃ cor Correla/
relarie poſſibile eſſe ꝙ opinari aliquã opinionem aliquo tẽpore ſit peccatum mor rium.
tale quod nõ erit alio tẽpore. & hoc eſt quia põt quis ſine pertinacia credere aliq̃d
uno tẽpore quod alio tpe nõ crederet ſine ꝑtinacia ut puta poſt determinationẽ ec
cleſiæ: aut ſacræ ſcripturæ dilucidationẽ. de oppoſito crediti atteſtat̃ ſnia oĩum do
ctorũ dicẽtiũ ꝙ nõ præciſe error intellectus facit hoiem hæreticũ: ſed oportet ꝙ ſit
malitia & peruerſitas in uoluntate. Ideo dicebat Aug. errare poſſum hæreticus eẽ Auguſti.
non poſſum. Cõfirmatur hoc ex determinatione uniuerſalis eccleſiæ: quæ mul Cõfirma/
tos canonizauit qui tamen uſq; ad mortem perſeuerauerunt in erroneis opi/ tio.

Qui fuerint hæretici poſtea canonizati nionibus de fide.& deinde per eccleſiam pro hæreticis reprobatis quas opiniones
nuſq̄ legitur ab illis fuiſſe retractatas.Tales fuerunt Papias epiſcopus hieropolita
nus.Victorinus pictauenſis.Hireneus lugdunēſis:Beatus Cyprianus & multi alii
quos ſcimus erraſſe in fide & eorum opiniones pro hæreticis condēnatas: & tamē
ipſi habentur in canone ſanctorū:ex quo ſequitur ut neceſſario dicendū ſit ꝙ uel il
Papias li etiam ꝙ deceſſerint in illis opinionibus erroneis in fide non tamen deceſſerint in
Victorin⁹ peccato mortali.uel ꝙ eccleſia errauerit in eorū canonizatione quod ſi dixerint ut
Hireneus etiam dixit qdam ex his qui me impugnabant:reſpondēs ꝙ illi forte non erant be-
ne canonizati iam non ego ſed ipſi ſentiunt contra determinationem uniuerſalis ec
Cyprian⁹ cleſiæ.Ex hac aūt ꝓpoſitione infero ad ꝓpoſitum Origenis ſic.ꝙ dato ēt ꝙ Orige
nes multas & plurimas habuerit opiniones erroneas in fide hoc præciſe ſi in uolū
tate eius nulla fuit macula aliquo modo non pōt eſſe argumētū ꝙ aīa eius ſit dāna
ta.Vt ſic arguat̄ aut quātūcunq; magnus error de q̄bulcūq; rebus fidei ſit in intel-
lectu alicuius modo in uoluntate nulla ſit macula nō impedit ſalutē eius aut quā-
tūcunq; paruus & de quacūq; re ſit impedit aut aliquis īpedit & aliquis nō īpedit.
ſi quatūcunq; magnus ſit non īpedir.ergo ēt ꝙ Origenes & in multis errauerit & in
principalioribus illa tamē ſi fuit uoluntas eius bene diſpoſita & nullo modo macu
lata nihil īpediuit eius ſalutē.& ita qui uolunt cōuincere dānationem eius nō ſuffi
cit ꝙ oſtendant errores eius & perſeuerantiā in eis.Sed oportet ꝙ oſtendant perſe
uerantiā.cū pertinacia aut negligentia uel alia malitia uoluntatis. ſi quantūcunq;
paruus ſufficit.ergo error de rebaptizādis hæreticis debuit impedire ſalutem Cy-
Chiliaſtæ priani & hæreſis illorū qui dicuntur chiliaſtæ debuit impedire ſalutem Papię qui
hæretici. fuit auctor illius hæreſis & cum illa deceſſit.& ſi ſic ergo male ab eccleſia fuerūt ca
nonizati.ſi aliqs impedit & aliquis non.dicant oportet qui ſunt illi errores qui im-
pediunt & qui nō.& ubi unq̄ inuenitur facta iſta diſtinctio ab eccleſia ut uerbigra-
tia dicatur habere errorem in his quæ pertinent ad talem uel talē articulum etiam
ſi ſit præciſe debilitas & defectus intellectus & non ſit aliqua peruerſitas nec negli
gentia:nec pertinacia nec quæcunq; alia malicia in uoluntate eſt peccatum mor-
tale.habere autē errorem in his quæ ad talem uel talem materiam pertinent nō eſt
Obiectio peccatū mortale niſi ſit in uoluntate defectus:& ſi non inueniat̄ facta talis diſtin-
ctio aut ab eccleſia aut a doctoribus nec uideantur fieri poſſe rationabiliter appa-
ret non ualere dictū quorūdā dicentiū aliā eſſe rōnem de Cypriano & Papia & ſi-
milibus & aliam de Origene qa Origenes errauit in principalibus. nā quātuncūq;
magnus ſit error mō ſit ſolū error in intellectu & in uoluntate nulla ſit malicia nō
uidet̄ ꝙ taliter errans peccet mortaliter.quapropter cū talē maliciam in uolūtate
Origenis non legamus fuiſſe.dato ꝙ etiā in principalibus fidei myſteriis errauerit
grauiſſimo errore & merito per eccleſiā dānato non pōt conuinci ipſum eſſe dāna
tum in ſe & in aīa ſua.quod ſi quis dicat multos eſſe gradus ꝓpoſitionū credendaꝝ
præter iſtum gradū propoſitionū.ſ. determinatarū per eccleſiā & ꝙ ēt ſi non ſit per
tinacia.ſignū tñ eſt pertinaciæ aſſerere aliqua quorū oppoſita tenet̄ aſſerens expli
cita fide tenere:& credere & ꝙ nō ſolū culpabilis eſt mortaliter error propter per-
Prima rñſio obiectionis. tinaciam ſed ēt quādoq; culpatur propter negligentiā inquirēdi ueritatē quæ ne-
gligentia nō eſt ptinacia ſaltē ꝓprie dicta:uidetur ad hoc rationabiliter poſſe reſpō
deri.Primo ꝙ Origenes de negligentia inquirendi in hoc ueritatē culpari non pōt.
Secunda quia ut bene dicit Hiero.in pſcrutatiōe ſcripturaꝝ diebus ſudauit & noctibus. Se-
cundo ꝙ

cũdo ꝙ in nullo errauit Origenes quod ipſe tunc ſic teneret explicita fide credere
ꝙ oppoſitũ aſſerẽs nõ dogmatice ſed ut ſibi ꝓbabilius uiſum eſt hæreticus dici poſ
ſit & hoc euidẽter probo ex dicto quodã ipſius Hieronymi ſupra allegato. Vbi.n.
Hiero dicit ꝙ etiã ſi in Clemẽtis apoſtoloꝝ diſcipuli & alioꝝ taliũ inueniantur ali
qua uitioſa.nõ tamẽ ꝓpea iſtos ſtatim hæreticos iudicaret. Subiũgit quadruplicẽ — Notãdæ
cãm.Primo ꝙ poterũt libri eſſe corrupti.Secundo ꝙ alio ſenſu ſcripſerint. Tertio — cauſæ qui
ꝙ ſimpliciter errauerint.Quarto ꝙ minus caute locuti ſint.in quibus uerbis debe — bus aliqs
mus aduertere ꝙ dato ꝙ liber Clemẽtis in quo dicit filium dei eſſe creaturã non ſit — hæreticus
deprauatus.& dato ꝙ auctor aliũ ſenſum nõ intẽderit adhuc ſtatim Clemẽs nõ eſt — dicitur
iudicãdus hæreticus.qa potuit ſimpliciter erraſſe.Quid eſt ergo ſimpliciter erraſ
ſe niſi erraſſe ex intellectus defectu & erroneo rõnis iudicio & nõ ex malicia uel ꝑ
uerſitate uoluntatis ꝙ ſi in illa hæreſi ꝙ filius ſit creatura quæ eſt maxima etiã quę
obiiciatur Origeni põt qs ſimpliciter errare qa non ſtet de ipſa adhuc alia eccleſiæ
determinatio uel per maiorẽ ſcripturarũ dilucidationem certior uerificatio in qua
hoc demũ fieri nõ poterit & ſi tunc illud Clemens non tenebatur ſub pena peccati
mortalis explicita fide credere qd poſſumus dicere obligatũ fuiſſe Origenẽ crede — Nota
re explicite de his in qbus dr̃ erraſſe.Notandũ eſt autem ꝙ qa hæreſis eſſe põt & in — Auguſti.
uerbis male & inordinate prolatis ut dicit Aug.& in ſenſu.Ideo dãs Hieronymus — Hiero.
modũ excuſandi qui in utroq; errauerit coniunctim uel diuiſim ex ſolo intellectus
& non uoluntatis defectu dicit uel minus caute locutũ fuiſſe & hoc ſi in uerbis ap
pareat hæreſis uel ſimpliciter erraſſe & hoc ſi ſenſus hæreticus ſit a ſimplici & recta
uoluntate ſed a debili & errante intellectu ꝓlatus & bene notanda & pẽſitãda ſunt
illa uerba Hieronymi:quia in eis utile & ſanũ de hæretica pertinacia dogma recte — De quar-
fundat᷑.Pro quarto articulo quidã dicẽtes Origenẽ pœnituiſſe allegãt plãctũ Ori — to articu-
genis.ſed iſte liber apocriphus reputat᷑ ut habet᷑ de creticis.xv.di.Ego ãt teſtimo- — lo.
niũ allego ipſius Hieronymi ꝙ pro apocripho haberi non põt qui expreſſe Orige — Liber apo
nem de erroribus ſuis pœnituiſſe teſtat᷑:quod non ideo affero:quia hoc ſit neceſſa — chriphus
riũ rõnabiliter ad credendã Origenis ſalutẽ:ut patebit in ſequẽti articulo.ſed quia
iſti magiſtri nunq̃ clamare deſtiterũt oſtendo tibi Origenẽ erraſſe.oſtẽdas tu mihi
eum pœnituiſſe nunquã hoc oſtendes nunquã inuenies ſcriptũ Origenẽ pœnituiſ
ſe de his quæ ſcripſit.Audiant ergo reuerẽdi patres Hieronymum ipſum cuius au
ctoritate Origenẽ fulminant in apologia ſua ad Pãmachiũ & Occeanum in qua ſe
oſtendit doctrinã Origenis nõ dogma ſectatum.Poſtq̃ Origenis recitauit errores
hæc uerba ſubiungentẽ ipſe Origenes in epiſtola quã ſcribit ad Fabianum Roma — Ambro-
næ urbis epiſcopũ pniam agit cur talia ſcripſit & cauſas temeritatis in Ambro.re-
fert ꝙ ſecreto edita in publicũ protulerit:Hæc Hieronymus ad uerbũ.Quid cla-
rius quid expreſſius.qũo iam aut qua fronte dicere poſſunt nuſquã inueniri ꝙ Ori
genes pœnituerit. Dicam autem & quia incurrit quid mihi his diebus cum duo-
bus ex his qui hanc concluſionem damnabant in ſimili propoſito cõtigerit.Cũ.n. — Nota fa-
ego ut Origenẽ de ꝑtinacia defenderẽ cuidã multũ inſiſtẽti determiatũ ab eccleſia — cetiam
Origenẽ ꝓ ꝑtinacia in aĩa dãnatũ. dicerẽ ex græcis hẽre hiſtoriis Origenis dogma
ta poſt mortẽ eius poſt multos annos fuiſſe dãnata remiſiſſemq; illũ ſi libros domi
nõ habebat ad epm̃ traguerienſem uirũ nõ minus doctrina & moribus q̃ ſua dignita
te præſtantem apud quem ego græcum librum uideram in quo de cõciliis multa
erant aggregata dixit ille bonus pater quid me ad græcos remittis quem ſcis græ-

cas litteras penitus ignorare.petamus inquit latinas.nõne habemus faſciculũ tem
porum qui de his rebus elegantiſſime tractat.afferatur dixi ego iſte faſciculus q̄q̄
ſubiunxi.Si mihi quaſi hoc faſciculo ſuppoſito ignem ut hæretico pares abigã ego
protinus & tuum faſciculum in malam crucem.neq; enim illi ulla fides.excanduit
ille ac ſi trinitatem blaſphemaſſem ne excandeſcas inq̄.afferatur faſciculus.nec me
quaſi ſolutis faſcibus iam uelis cedere.allatus eſt & inde in eo Origene hæc legi-
mus Origenes doctor egregius ac ſanctitate uitæ incõparabilis clariſſimus in ec-
cleſia dei & poſt pauca in fine dicit Grandis labyrinthus à diuerſis texitur de San-
ſone.Salamone traiano & iſto Origene an uidelicet ſaluati ſint an nõ quæ quia ſi-
ne periculo neſciuntur nec etiã eccleſia certificata eſt de his dño totaliter cõmittẽ-
da ſunt hæc bonus faſciculus.Q uibus lectis cum audiſſet ille de dãnatione Orige
nis non eſſe certificatã eccleſiã mirũ ut expalluit & apud quem probatiſſimoꝝ fa-
Nota aliã ſces nihil poterant potuit tantũ iſte faſciculus ut ſententiã illico cõmutarit.Sequẽ
ti die cõpellans me acrius q̃dam alius manu ſatis grandẽ geſtãs librũ.Q ũo inquit
aut q̃na oĩno uia audes tu ab æterno ignis ſupplicio Origenẽ defendere ecce ego
tibi oſtendam cui nõ poteris teſtimonio contradicere qui dicit Origenẽ non poſſe
defendi.Producas dixi ego uenerabilis homo:ſi habes tuos teſtes.tum inquit ille.
hic eſt teſtis quidam magnus & nomen ſubiunxit.ego uero nomen uolo ſubticere.
Cuius hi ſunt ſermones & prædicationes.tũc ego quos mihi affers ſermones quas
nugas.nugas ille reſpondit iam excãdeſcens totus.nugas inquã in quibus etiam in
iſta materia ſi de ea habet ſermonẽ(abſit enim ut ego ſimilia unq̄ legerim)niſi ex-
preſiſſimus aliquis inueniatur error.Iam uolo tecum Origenis caput Ixionis rota
perfringere.Impatiẽs & iam ille & bili exæſtuans aperit librũ & legere incipit fu-
rens uoce altiſſima.Feria quarta ſermo.xi.de origeniſtis.tum in perſecutione eorũ
quæ ſcripta erant ad ſingula uerba exclamabat.Hic ne error.& ecce dũ ſic ad Sten
toris inuidiã uociferatur hæc legit in libro ſcripta deniq; Hieronymus ſex milia li
brorũ Origenis legiſſe ſe fateẽ.& dum ſtatim perlecto hoc iterũ clamat hic ne er-
ror:hic inq̄ error & q̃dem magnns.hic apertũ mendaciũ hic falſitas expreſſa:& ut
cõpeſcerẽ illico hoĩem iubeo afferri epiſtolas Hieronymi.& ſtatim accurrẽs ad ſe
cundũ librum inuectiuũ contra Ruffinum.oſtẽdo ei Hieronymũ Ruffino dicen
ti Epiphaniũ papã iactare ſe legiſſe ſex milia librorũ Origenis his uerbis reſpõdẽ-
tem.De ſex milibus aũt libris quos ab eo lectos eſſe cõfingis:quis credet aut te ue
rum dicere aut illũ potuiſſe mẽtiri.Si.n.Origenes ſex milia ſcripſiſſet libros pote-
rat fieri ut uir eruditus & ab infantia ſacris lr̃is inſtitutus pro curioſitate & ſciã le-
giſſet aliena.Q uod uero ille non ſcripſit q̃uo legere potuit.numera indicẽ librorũ
eius:qui in tertio uolumine Euſebii in quo ſcripſit uitã Pamphili cõtineẽ & nõ di
Epilogus co ſex milia ſed tertiã partẽ non reperies:hæc ad uerbum Hiero.Erubuit ille & ſal
ua fuit res mea.Sed redeamus iam ad propoſitũ cõcludẽdo uel cũ Ruffino & aliis
quos ſupra in primo articulo recitauimus debemus concedere Origenẽ nunq̄ pec
caſſe.uel ſi cũ Hieronymo ipſum peccaſſe oĩno cõcẽdimus ſciamus & cum ipſo no
bis concedendũ Origenẽ peccati ſui proprio ad Romanum epiſcopum libello da
to pœnituiſſe.Ego autem poſtq̄ mecum diligenter perpẽdi & examinaui ea præci
pue quæ ab Euſebio & Ruffino & Hieronymo de Origene dicuntur:cõiecto Ori
genem diu in præſcrutatione ſcripturarum elaborantem:de multis arduis & prin-
cipalibus theologiæ quæſtionibus ambiguum fuiſſe cum non certe & indubitate
ſibi ipſe

ſibi ipſe uideret de illis ex ſcripturarũ teſtimonio poſſe aliquid aſſerere.& propter hoc de multis fidei myſteriis forte multa dixiſſe inqrendo & diſputando in priori-bus ſuæ ætatis annis quæ catholica fides nõ reciperet.ppea Origenẽ qui ut ipſe di-cit ſuã ignorantiã nõ ignorabat & ueritatẽ illarũ quæſtionũ ſe nondũ conſecutum plane cognoſcebat ante ſuæ ætatis.lx.annũ nunq̃ a notariis excipi publice uoluiſ-ſe:quæ in eccleſiis pdicabat ut refert Euſebius.Aduertamus ergo ꝙ Euſe.xxvi.ca-pite.vi.libri eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcribit Origenẽ tertio anno Imperii Philippi I-peratoris:& ſub Fabiano põtifice:cũ iam ipſe.lx.annũ ageret cœpiſſe dicta ſua etiã lrĩs publice cõmittere.Et aduertamus ꝙ ſupra.xvii.capite dicit ꝙ ſub Vrbano põ-tifice cui ſucceſſit Pontianus:iam ante tpa Fabiaui Origenes cõſcribẽdi cõmenta-rios in ſcripturas ſanctas initiũ ſumit cõpellẽte ſe Ambroſio.& multa ui precũ ob ſecrationũq; cogẽte.Q ui inqt Euſebius maxĩe dignus uidebat:cui iſtud ĩpendere tur officii.& cui qcqd arcanũ & abſcõditũ in ſacris lrĩs tectũ eſt pãderet. Ex qbus duobus locis Euſebii in qbus appatet q̃ſi cõtradictio colligit euidẽter: qđ urgẽte Ambroſio dictauerit quædã in prioribus annis anteq̃ ueri adhuc aliqd cõperiſſet ipſi tñ Ambroſio priuatim cõicanda:& non in publicũ edẽda.ut quæ bene tuta & ueritati apoſtolicæ conſona nõ cognoſcebat:Ambro.aũt illa ſecreto edita in publi cum protulit.Cõperta deinde p Originẽ iã ſexagenarium catholica ueritate cœpit ĩã audacter:qa & catholice publice ſcribere.& ea quæ ad priuatũ Ambroſii uſum ſcripſerat iam per illũ edita fuiſſe uehemẽter indoluit:ad quæ ſui purgationẽ ut ex uerbis Hiero.& Euſebii cõiecto rei totius ſeriẽ Fabiano Ro.epõ ſcribens de ſua ca tholica fide teſtimoniũ phibuit narrãs.ſ.quæ antea ab eo inueniuntur ſcripta ſe nõ ſcripſiſſe ut ederent.de qbus & ipſe dubius erat catholica ne eẽnt an nõ catholica. Sed Ambroſiũ illa ędidiſſe.hoc eſt.n.qđ dicit Hiero.ipſe Origenes in epiſtola quã ſcribit ad Fabianũ Ro.urbis epm pniam agit cur talia ſcripſerit & cauſas temerita tis in Ambroſiũ refert ꝙ ſecreto edita in publicũ ꝓtulerit Euſe.aũt narrãs quę ſcri pſerit poſt.lx.annũ poſtq̃ librũ contra celſum:& libros.xxv.cõmentarioꝝ in Mat-theũ &.xx.in pphetas cõnumerauit:ſubiungit.ſcripſit & ad Fabianum Ro.ur.epi ſcopũ:& ad alios q̃plurimos eccleſiarrum principes de catholica fide ſua.hæc ille. Sit ergo uerũ ꝙ ante ſexageſimũ annũ fuerit de multis fidei myſteriis dubius Ori-genes. Et ſit uerũ ꝙ ſecreto in ſcriptis multa cõicauerit Ambroſio:quæ tunc non fir miter adhærendo ſed dubitatiue inqrendo opiuabat nunc a catholicis nõ recipien da.& ita uerũ dicat Hiero.ꝙ quæ in multis Origenis libris inueniũtur ẽt nõ catho lica Origenis ſint:qa uere ab ipſo fuerunt dictata.licet non ut credita:& ut quæſita potius q̃ inuenta:& cõſequenter Origeni cui catholica fuit poſtea ueritas cõpertã culpabiliter non adſcribenda in quibus & multa ab hęreticis fuiſſe adinuẽta iuxta Ruffinũ.Pro uero etiam accipere poſſumus maxime de hoc ipſo conquerẽte Ori gene dum uiuebat.Sit ergo uerũ iuxta Euſebiũ in eccleſiaſtica hiſtoria a Hierony mo tanq̃ uera approbata Origenẽ non habere pro ſuis operibus.i.in qbus diffiniti ue aliqđ & adhæſiue dicat niſi quæ poſt ſexageſimum annũ ſcripſit. Sitq; uerum ẽt ſecundũ Hiero.de prius ſcriptis temere ab Ambroſio editis ipſum pœnituiſſe & cõ ſequenter catholicum mortuum eſſe:ut non ſolum ſecundũ Ruffinum Pamphilũ & Euſebium:ſed etiam ſm Hiero.rationabilius ſit credere ipſum eſſe ſaluum q̃ cre dere ipſum eſſe damnatum.Pro quinto articulo dico hanc propoſitionem quãtũ-cunq; aliquis grauiter in uita mortaliter peccet & conſtet ipſum mortaliter pec-

Euſebius

Hiero.

De quito articulo.

Pria ppõ

caſſe:niſi cõſtet de eius finali ĩpœnitẽtia tẽmerariũ eſt uere aſſerete ipſum eẽ dãna-
tum.patet ueritas huius ꝓpõnis ex cõi ſnia oĩum doctoꝝ in dicta ꝓpoſitione con-
ſentientiũ.Ex qua ꝓpoſitione infero duas ꝓpoſitiones correlatias.Prima eſt hæc.

Pria ꝓpo ſitio correlaria

Nõ ꝑpea quia aliqs in uita mortaliter peccauerit:& nobis non cõſtet ꝙ non pœni-
tuerit iudicandũ eſt firmiter a nobis eẽ illũ in inferno.patet qa poſito peccato mor
tali tantũ nõ ponit̃ totũ illud ad qd̃ ſeqtur dãnatio æterna.Sed oportet ultra pec-
catũ ponere & certificari de finali ĩpœnitẽtia.Nec ego qui nego firmiter eẽ credẽ
dum illũ eẽ in inferno.habeo oſtẽdere tibi pniam illius. Sed tu qui aſſeris illum eẽ

Hẽricus de aſſia

dãnatũ habes certificare de ĩpœnitẽtia & pro hoc multũ facit dictũ Hẽrici de aſ-
ſia qui in expoſitiõe.iii.c.libri geneſis dicit hæc uerba formalia. Si ergo argumẽtũ
quorũdã eſſet efficax quo aliquẽ dãnatũ eſſe ſicut de Salamone pſuadẽt per hoc ꝙ
ſcriptura eius pctm̃ cõmemorat & nullã de iuſticia aut pnia eius mentionem facit.
tunc ita primũ hoiem ex peccato ſuo dãnatũ conuinceret̃ ſicut primũ angelũ hæc
Henricus.Nuſq̃.n.habet̃ mentio de pnia.Adam ſed ſolũ de peccato. Similiter iu-
dicũ.viii.legit̃ de peccato Gedeon & nõ de pnia:& tñ a doctoribus bene credit̃ de
eius ſalute dicere & tu potes ꝙ per hoc ẽt argumentũ quidã decepti erronee dice-
bant ꝙ Moyſes erat dãnatus quia legebat̃ peccatũ eius in aquis cõtradictionis &
de eius pnia nihil habebat̃ expreſſum:& tñ dixit deus Ioſue.Moyſes ſeruus meus

Secunda ꝓpõ correlaria.

mortuus eſt.Secũda ꝓpoſitio correlaria eſt hæc nemo põt eſſe certus ꝙ aliquis ſit
dãnatus ad infernum niſi hoc habeat ex ſpeciali reuelatiõe dei uel ab his qbus cre
ditur deus reuelaſſe.patet ueritas huius ex præmiſſis ꝓpoſitionibus qa nemo põt
eſſe certus de finali pœnitẽtia uel de impœnitẽtia:niſi ille qui nouit ſecreta cordis
& cui ille uoluit reuelare.cum.n.nullus de ſtatu alicuius ita ſit certus ſicut ipſemet
de ſe quia quæ ſunt hoĩs nemo nouit niſi ſpiritus hoĩs qui in ipſo eſt.ut dr̃ ad Cor.ii.
& de ſe ipſo homo non poteſt eſſe certus utrum ſit dignus odio uel amore ut dr̃ ec
cleſiaſtes.ix.quanto magis non poterit eſſe certus de alio niſi de hoc habeat ſpecia
lem reuelationem. Ex hac autẽ ꝓpoſitione principali cũ ſuis correlariis infero ad
propoſitum meæ concluſionis ꝙ dato etiam ꝙ Origenes in illis erroribus errando
peccauerit mortaliter tamẽ cũ incerti ſumus deus finali ĩpœnitẽtia uel pœnitentia
aſſerere ipſum eſſe dãnatũ temerariũ eſt oĩno iudicium & reiiciendum. Cum ergo
nec de ſalute poſſumus eſſe certi.nec de dãnatione.piũ eſt tamen & ualde rationa-
bile credere ut dixi ego ꝙ deus eũ ſaluauerit hoĩem talis ac tantæ ſcientiæ. de quo

Hieronymi uerba

Hiero.in præfatione cantici canticorũ.cum in cæteris omnes alios ſuperauerit in
hoc ſeipſum ſuperauit & de ipſo illud uerificatur.Introduxit me rex in cubiculum
ſuũ & alibi imitari uolens ex parte Origenem.quem poſt apoſtolos eccleſiarũ ma

Origenes Adamantius iuſte dicitur

giſtrũ nemo niſi imperitus negat.& alibi Origenes tanto ſcripturarum labore ſuda
uit ut iuſte adamantis nomen acceperit:& poſt quædam hęc ſubiungit.Q uis unq̃
tanta legere põt quanta ipſe cõſcripſit & pro hoc ſudore quid accepit premii dãna
tur a Demetrio epiſcopo:exceptis Paleſtinæ & Arabiæ & phænicis atq; Achaię ſa
cerdotibus in dãnationem eius.Conſentit urbs Roma ipſa contra hunc ſenatũ co-
git non propter dogmatum nouitatem non propter hæreſim ut nunc aduerſus eũ
rabidi canes falſo ſimulant. Sed quia gloriam eloquentiæ eius & ſcientiæ fer-
re non poterant hoc quare ſcripſerim & ad pauperis lucernæ igniculum cito ſed
non cauto ſermone dictauerim poteſtis intelligere ſi Epicuros & Ariſtippos co-
gitetis.hæc Hieronymus ad uerbum. Q uæ uerba ſingula quæſo o ingenioſe le-
ctor diligẽter

ctor diligēter attēde:& ex eis ea per te intelligas quæ ego nō exprimo.In præfatio
ne aūt hebraicarū quæſtionū de eodē loquēs Origene ſic inquit hoc unum dico ꝙ
uellē cū inuidia nōis eius habere ēt ſciam ſcripturarū:floccipēdens imagines um-
braſq; laruarū quarū naturæ eſſe dr̄ terrere paruulos & in angulis garrire tenebro-
ſis.Prætereo quæ de eodē Hiero.prædicat ꝙ auariciā calcauit:ꝙ caſtrauit ſe zelo
dei licet nō ſecundū ſciam ꝙ in explanatione ſcripturæ diebus ſudauit & noctibus
quā q dilucidāt uitā æternā habebūt:ut inqt ſapiēs.& ut ſcribit ad Vigilantiū ꝓ-
phetarū obſcura diſſeruit.& tā noui q̄ ueteris teſtamēti reuelauit maxia ſacra.Præ Nota.
tereo ꝙ non ſolū martyris fuit filius:ſed & ipſe parū a martyrii merito abſuit.Nam
dicit Euſebius ꝙ & adhuc puerulus in tantū ardorē capeſſendi martyrii exarſerat: Origenes
ut ſpōte ſe periculis ingereret:& tpe deinde Decianæ perſecutionis nouas cruces: cōſequēdi
noua pœnarū genera ac ſeculis oībus inaudita tormēta ꝑtulit ita ut mille mortib⁹ martyrii
inqt Euſebius uexatus ſit:ne tm̄ una ei quā exoptabat accideret ꝑſecutore ſummo fuiſſe cu-
ſtudio hoc agēte:ut nec interitus præſtaret:nec pœna ceſſaret.Videte q̄ parū abſit pidus
a laude martyrii quā plurimi eius diſcipuli ipſo duce & cohortatore ſunt conſecu-
ti:parū dico iterū ꝑfecto abfuit a laude martyrii:imo meritū quaſi æquale meritus
eſt.Nam dicit & Aug.in libro de bono cōiugali nō eſt impar meritum martyrii in Auguſti.
Ioāne qui paſſus non eſt:& in Petro qui paſſus eſt.Nota bene hæc uerba Auguſti.
unde ſicut Ioānes licet nō tranſiret per gladiū tn̄ paratus fuit ſubſtinere martyriū:
quādo fuit miſſus in feruentis olei doliū.Ita & Origenes licet mortē martyrio non
ſubierit paratus tn̄ fuit:imo auidiſſimus illam ſubire.& tot paſſus eſt tormēta ut di
cit Euſebius ut mille mortes pro una ſubierit.& hoc eſt qđ dicit Bernardus in ſer- Bernard⁹
mone ſanctorū martyrū ꝙ eſt triplex martyriū:martyriū uolūtatis tantum:marty Triplex
riū operis tantū:martyriū operis & uoluntatis.Martyriū uolūtatis tātū paſſus eſt martyriū
Ioānes euāgeliſta:cui dictū eſt & germano eius:M.xx.calicē meum bibetis uñ Cy
prianus in ſeruis dei apud quos cogitat̃ martyriū & mente concipit̃ aīus ad bonū
deditus iudice deo coronat̃.Aliud eſt enim martyriū deeſſe aīo aliud aīum deeſſe
martyrio.Si ergo martyrio Origenis aīus nunq̄ defuit & mille mortes pro una ſu-
biit:qūo a iudice deo coronatū non credamus ſi nō mentit̃ martyr Cyprianus.& ſi
dānatus eſt qs quæſo ad gehennæ mortē eum dānauit.An Chriſtus Ieſus pro quo
totiēs ipſe mori uoluit.Quin potius ſicut dicit de ipſo Cypriano Augu.ꝙ ſanguis Auguſti.
martyrii in eo oēm hæreſeos maculā abluit.Ita & de Origene effuſum ab eo nō tā
ſupra terrā extrinſecus q̄ ſuper zelo dei & caritate ardentē cæleſtē aīam ſuā intrin-
ſecus martyrii ſanguinē oēm hæreſeos maculam abluiſſe pie credamus dicētes cū
Dauid.Beatus Origenes qui & ſi aliqñ in cōſilio errantiū abiit in uia tn̄ peccatorū
per impœnitētiā nō ſtetit & in cathedra peſtilētiæ per pertinaciā nunq̄ ſedit:ſed in
lege dñi fuit uolūtas eius:& in lege eius meditatus eſt die ac nocte.Beatus Orige-
nes cui remiſſæ ſunt iniquitates per baptiſmū & eius tecta ſunt peccata per pœni-
tentiā:& cui nō imputauit dñs peccatū pp martyriū.deniq; talem ac tantū uirū ēt
ſi aliquādo ex ingenii defectu & nō ex aliqua uoluntatis malicia in fidei myſteriis
errauerit:credamus a domino in ſuis nouiſſimis nō fuiſſe derelictū.ſed potius uiſi-
tatione ſuæ clementiſſimæ miſericordiæ & de ſecretis fidei ſi in aliquibus errabat
illuminatum ab erronea ad ſalutarem uiam reuocatum fuiſſe.& hoc ego intelle-
xi in breui reſponſiōe mea cum alias dixi,ex quo non inuenitur fuiſſe pertinax ue-
riſimile eſt credere ꝙ deus eum ſaluauerit.i.uiſitādo eum uiſitatione quam dixi in

ſtatu ſalutis digno clementiſſime collocarit:& de ſecretis fidei in q̇bus errabat ip̄m illumināſ ad ſalutarē de illis pœnitētiā aduocauerit.qđ utrū fuerit an nō fuerit ſcire certitudinaliter nemo pōt niſi fuerit ei deſup reuelatū.Sed ita fuiſſe potius q̄ nō fuiſſe credere cōſiderāti acta & uita Origenis magis cōſonū uř & ſic rōnabiliꝰ. Nā & rōnabiliter in dubiis fauorabiliori parti ſemp eſt adhærēdū.& hęc ſint dicta ut q̄ ualere poſſint qñ de ipſa Origenis pœnitētia nō cōſtaret de qua tñ cōſtare ex beatiſſimi Hieronymi teſtimonio ſupra in præcedētibus apertiſſime oſtendimus.

De ſexto articulo. Pro ſexto articulo dico ꝙ nō uř credendum ꝙ eccleſia unq̄ determinauerit aīam Origenis ad inferos eē dānatā.

Prima rō. Veritatē huius ꝓpoſitionis ꝓbo duabus rōnibus. Prima rō eſt hæc de illo cuius altera uel altera pars determinari certitudinaliter niſi temerarie non pōt.Nō debet credi factā eē determinationē ab eccleſia.Sed de hoc quæſito utrū Origenes ſaluus ſit an dānatus determinari altera pars niſi temere nō pōt ſaltē abſq; reuelatione ſpāli dei.ergo cū de tali reuelatione non cōſtet nō debet credi de hoc factā eſſe ab eccleſia determinationē.maior eſt nota:& oppoſitū eius eēt iniurioſum eccleſiæ credere.ſ.ꝙ aliquid ab ea poſſit inconſulte & temere iudicari.

Confirmatio. Minor patet ex ſupradictis articulis.Cōfirmať quia certificari nō poterat eccleſia de dānatione Origenis niſi per ſpālē reuelationē de eo factā.ſed de tali reuelatione ꝙ fuerit facta nuſq̄ habeť mētio ergo &c.

Scđa rō. Secunda rō eſt hæc q͞a ſi q̇d eſt quod perſuadeat eccleſiā determinaſſe de dānatione Origenis ſunt quidā textus decretoꝝ q hoc uidenť ſonare groſſo eos mō interpretantibus.qui tñ cū recte examinanť contra eos potius q̄ pro ipſis faciunt.Sunt aūt textus quos afferūt ferme iſti.Primo ꝙ di.xv.c.ſancta Ro.eccleſia.ſicut ſcribiť p Gelaſiū papā.Itē Origenis nōnulla opuſcula quæ uir beatus Hiero.nō repudiat legēda ſuſcipimus.reliqua aūt oīa cum auctore ſuo dicimus eſſe renuēda.&.xxiiii.q.iii.c.ſane.Itē ſi ad tēpora Theophili ſanctæ memoriæ uel ſuperius aliq̇s recurrerit & Origenē inueniet poſt mortē anathematizatū:quod ēt in eo facit & ueſtra ſanctitas. & Iulius religioſiſſimus antiq̄oris Romæ & glo.ibi.

Epheſina ſynodus. Cum iſte dānatus fuerit nōne & eius ſcripta utiq; extra.de hæreticis.c.frarernitatis.ibi āt ſic ſcribiť.Cū Celeſtinus atq; pelagius in epheſina ſynodo ſint dānati:q͞uo poterunt illorū capitula recipi quorum dānantur auctores.Ex iſtis auctoritatibus credunt aliqui cōuinci danationē animæ Origenis ad inferos.

Ego aūt dico nihil plus haberi per præmiſſa niſi ꝙ eccleſia & opiniones & dogmata Origeni attributa ut hæretica dānat & ipſum ſic ut dogmatizantem dānat & deteſtať de dānatione animæ eius aut ſalute nihil penitus intendens.& ꝙ hoc ſit uerum patet multis rationibus.

Prima rō contra doctores origenē damnantes Gelaſius. Primo quia ad eccleſiam non pertinet dānare animas hominū aut ſaluare.quia ad illū attinet ſolūmodo qui iudex eſt uiuorū & mortuorum quare ridiculū eſt ſi ſi in decretis legiť.Dānamus Origenem:exponere.i.animā eius dānamus dānatione infernali.Et patet etiam euidenter ex modo loquendi ipſius Gelaſii qui dicit reliqua opuſcula eius cum auctore ſuo dicimus renuēda. hoc enim uerbum renuere nullo modo importare poteſt id quod ipſi intendunt.ſed nihil aliud intendit Papa niſi hoc quod.ſ.nō acceptanť opuſcula eius ut autentica in eccleſia.nec ipſe ſimiliter ut probatus doctor & cuius dictis ſit credendum in eccleſia recipitur.Quod ſi ēt Papa non ſolum dixiſſet tenuimus ſed ēt damnamus nihil eēt pro eis quia ſic etiam ſolemus dicere in hoc Scotus dānat Thomam. Herueus Scotum.& ſic de reliquis in quibus ſemper locutionibus de damnatione doctrinæ & non animæ ex ipſo uſitato & proprio loquendi modo debemus intelligere.

Secundo

Secũdo arguo cõtra eos ex gloſa quã ipſi allegãt quæ dicit ſi ipſe dãnatus nonne & Secunda
eius ſcripta. Quæro ergo ab iſtis ſi fiet hæc cõſequẽtia. Ipſe Origenes eſt dãnatus
ergo & eius ſcripta dãnata. quomodo in añcedẽte capitur ly dãnatus ſi ſic capit̃.i.
in ſua doctrina nõ approbatus. & ut dogmatiſtes non acceptatus. habeo ꝓpoſitũ.
Si aũt intelligat̃ dãnatus in anima ſua infernali dãnatione tũc nihil ualet cõſequen
tia. poſſibile enim eſt multos doctores quoꝝ ſcripta catholica ſunt & pro catholi-
cis quottidie legunt̃ eſſe in inferno quia ſtat aliquẽ in fide nihil errare ſed recte ſen
tire de omnibus articulis & tamen eſſe in alio peccato mortali & in illo decedere. &
omnino imptinens eſt dãnatio animæ ad dãnationẽ doctrinæ. quia illa attendit̃ pe
nes maliciã uolũtatis. Iſta aũt penes defectũ intellectus. Quare nec ualet iſte ẽ in
paradiſo ergo dicta eius ſunt catholica. Nã & Papias eſt in paradiſo & Hireneus &
Victorinus & Cyprianus & multi alii quoꝝ tamen dicta in multis quæ nunq̃ reuo
caſſe legunt̃ ut hæretica reprobant̃. Cõfirmo hoc ex dicto illo ad quẽ ſe refert glo
ſa de hæreticis extra. c. fraternitatis. ubi dr̃ ſi Celeſtinus atq; pelagius in epheſina ſy
nodo ſunt dãnati qũo poterũt illa capitula recipi quoꝝ dãnant̃ auctores. Certũ ẽ Cõfirma
aũt ꝙ in illa ſynodo Celeſtinus & pelagius nõ fuerũt dãnati in ſe. i. in anima ſua ſed tio
in ſua doctrina. tũ quia aliter ut dictũ eſt ſupra dãnare homines eccleſia nec cõſue-
uit nec põt. tũ quia de eo debemus intelligere. ſententiatũ de quo prius eſt quæſitũ
& diſputatũ. Sed in illa ſynodo ut ex actis cõcilii patet nõ fuit quæſtio utrũ animę
Celeſtini & pelagii eſſent in paradiſo uel in iferno. Sed an dicta eoꝝ & dogmata eſ-
ſent catholica an non catholica. Quare & de hoc. i. de eoꝝ dogmatũ ueritate & de
auctoꝝ ipſorum ut ſic dogmatizantium approbatione uel reprobatione debemus
intelligere ſententiatũ. Tertio ſtultũ eſt dicere ꝙ eccleſia determinauerit Origenis Tertia.
animã eſſe dãnatam quia nõ ſicut cõſueuit eccleſia canonizare aliquos ita etiam cõ
ſueuit dãnare. i. ſententialiter decernere ꝙ ſint in inferno. & ratio quare hoc conſue
uerit & non illud eſt quia ad decernendũ ꝙ aliquis ſit ſaluus oportet nos certifica-
ri ꝙ ille deceſſerit in gratia cuius rei indicia licet tamen nõ certa habere poſſumus
nõ ex his quæ egit in uita: quia illa nõ ſufficiũt: ex quo dũ eſt in uia ſemper merendi
& demerendi eſt locus & mutãdi ſe de uno propoſito ad aliud. Sed habemus ſigna
poſt mortẽ ut ſunt miracula uel aliquid ſimile. Tale autẽ aliquod ſignũ ex quo dã-
nationẽ alicuius cõuincamus poſt mortẽ alicuius habere ꝙ poſſumus nõ eſt facile
inuenire: immo ſine dubio haberi aliud ſignũ nõ poteſt niſi ſpecialis de hoc reuela-
tio: quæ ſi cõtingeret uel cõtigiſſet ꝓfecto ſicut eccleſia cũ aliquẽ canonizat de mi-
raculis ſuis teſtatur & de aliis propter quæ mota eſt ad canonizationẽ. Ita etiã cum
aliquẽ damnaret ſpecialis reuelationis de hoc factæ mẽtionem faceret: nec temere
aut inconſulte ſic uideret̃ decreuiſſe. Quod tamen de Origene nuſquã narrat ec-
cleſia. Debemus ergo intelligere dãnatũ Origenẽ ab eccleſia eo modo quo ex his
quæ de eo narrat & teſtat̃ uĩ ueniſſe damnãdus: Sed de eo nihil aliud narrat̃ niſi ꝙ
errauerit i myſteriis fidei. & ad hũc errorẽ nõ ſequit̃ abſoluta dãnatio Origenis in
ſe ſed ſolũ in ſcriptis & in doctrina ſua ut patet ex præcedẽtibus. & ſic debemus ip-
ſum iudicare dãnatũ ab eccleſia & nõ aliter. Poſtq̃ & pertinac̃ nõ fuiſſe eum cõtra
eccleſiæ determinationẽ in illis opinionibus ſcimus: quia concilia in quibus dam-
natæ fuerũt illæ opiniones fuerũt multo poſt mortẽ Origenis: ut patet ex hiſtoriis
græcis & latinis. Et an impœnitẽs etiam illaꝝ fuerit ſcire nullo modo poſſumus im
mo uel non ſcripſiſſe illa: uel ſi ſcripſit pœnituiſſe ex Hieronymo ſupra ꝓbauimus.

De ſepti- mo arti. S.Tho. Pro ſeptimo articulo dico iſtā propoſitionē ꝙ non tenet̃ ſecundū doctrinā Sancti Thomę qlibet fidelis de neceſſitate fidei credere illum eſſe in inferno: quē eccleſia iudicauit & ſentētiauit eſſe in inferno. Veritas ꝓpoſitionis ſic deducit̃ qa tanta eſt fides adhibenda eccleſiæ in damnatione alicuius: quāta eſt adhibenda in canoniza tione ſanctoꝝ. Sed dicit Thomas ultimo articulo quolibeti noni ꝙ ſanctos canoni zatos ab eccleſia nō tenemur de neceſſitate fidei credere eſſe in gloria: ſed ſolum de pietate fidei: ergo & dānatos ab eccleſia nō tenemur neceſſario credere eē in infer- no. ſed ſolū pie ſic eſt credēdū. Fūdamentū aūt Thomæ eſt qa in his tm̄ tenemur de neceſſitate ſalutis eccleſiæ credere quæ ad ſubſtantiā fidei ptinent. Quia in illis ſpi ritus aduenīēs docet eā oēm ueritatē. Verū aūt anima huius uel illius ſit in inferno uel in paradiſo nihil attinet ad ſubſtātiā fidei. ſed tn̄ quia honor quē ſanctis exhibe mus quædā ꝓfeſſio fidei eſt qua ſanctoꝝ gloriam credimus. Ideo licet de neceſſita te ſalutis ad hoc non teneamur: Pie tn̄ ſic eſt credendum. Ex hac ꝓpoſitione infero ad ꝓpoſitū meæ cōcluſionis ꝙ etiā ſi eccleſia determinaſſet Origenem eſſe damna tum adhuc de neceſſitate fidei catholicæ nō tenemur aſſentire ꝙ ita ſit. Ex quo pa- tet ꝙ etiā ſi uerū eſſet quod ipſi cōtra me adducūt: q.ſ. eccleſia oppoſitum conclu- ſionis meæ determinaſſet adhuc male ab eis iudicatū fuiſſet ꝙ cōcluſio mea hære- ſim ſaperet. Videant ergo iſti magiſtri ꝙ nō recte adhuc ſi etiā ſint uera quæ ipſi cō tra me adducūt eſt determinatū ab eis cōtra meā concluſionē: & caueant ne noua credenda fidelibus pro ſua actoritate inſtituant: & ea eſſe de fide determinent. Audiātq; illā ꝓhibitionē dn̄i deutronomii quarto. Non addetis ad uerbū qd' ego loquor uobis. quod dictū nō ſolū damnat iſtos qui auctoritate ſua noua credenda prioribus ſuperaddant. ſed quia etiā catholicam ueritatem pro hæretica refellunt.

QVAESTIO OCTAVA DE LIBERTATE CREDENDI.

Sicut nullus præciſe ſic opinatur quia uult ſic opinari: Ita nullus credit ſic eſſe uerum præciſe quia uult ſic credere. Ex hac cōcluſione correlarie infero iſtā. Non eſt in libera poteſtate hoīs credere articulū fidei eſſe ueꝝ quādo ſibi placet: & credere eū nō eſſe ueꝝ quādo ſibi placet. Iudica uerūt iſti magiſtri ꝙ ꝓpoſitio cū ſuo correlario eſſet erro nea & hæreſim ſapiens. Ego aūt reputo cōcluſionē prin- cipalē eſſe nō ſolū catholicā ſed ueriſſimā & longe uerio- rē ſua oppoſita. Et idem dico de correlario ſane itellecto: cuius ſenſus ſi ſecūdū mētē meā accipit̃ nō eſt aliter accipiēdus ꝙ̄ ut ſequit̃ ex prin

Probatio concluſio nis ꝓ pria eius pte. Ariſtote. cipali cōcluſione: cuius ponit̃ eſſe correlariū. Quod aūt cōcluſio nō ſolū ſit catho lica ſed etiā ſit ueriſſima: Patet nā pro prima eius parte quæ eſt ꝙ nullus opinatur aliquid ſic eſſe præciſe: quia uult ſic opinari eſt Ariſtoteles ſecūdo de aīa textu com mēti. ccliii. ubi Ariſtoteles ponit differētiā inter imaginationē & opinionē. & hæc Ariſtotelis ſnīa nō ſolū nō ē reprobata ſed imo ab oībus nr̄is theologis unanimiter

Probatio ꝓ ſecūda Auguſti. approbata. Secūda aūt pars cōcluſionis quæ eſt ꝙ nullus credit aliqd eſſe præciſe ueꝝ: qa uult credere id eſſe ueꝝ eſt Auguſtini in pluribus locis q hoc ſæpius dicit ꝙ nō pōt aliquis credere ex libero arbitrio. i. ex mero impio uolūtatis ſine rōnis p- ſualione aut motiuo. & totā cōcluſionē meā in qua ſummarie tenetur iſta opinio ꝙ

Petrus de alliaco. ꝓpoſita aliqua ꝓpōne dubia ad hoc ꝙ aliquis eā credat uel diſcredat nō ſufficit me ra apprehenſio terminoꝝ & merū imperiū uoluntatis. Tenent Petrus de alliaco-

Henricus

Henricus oeta: & Henricus de aſſia. Et quando ego fui Pariſius tenebat fere tota uniuerſitas Pariſiẽſis: cõpluresq; etiã catholici doctores ita habent pro uera ut ſuã oppoſitã habeãt pro impoſſibili. imo ego adhuc nõ legi doctorẽ cõtradicentẽ huic opinioni. Correlaria aũt ꝓpoſitio nõ aliter eſt intelligẽda & accipienda q̃ cũ reſtrictione uel determinatione poſita in añcedẽte: ſic uidelicet ꝙ nõ eſt in libera ptãte uolũtatis credere aticulũ fidei eſſe ueꝝ quãdocũq; placet & credere eũ eſſe falſum quando placet. Ita ꝙ nõ præciſe ex eo ꝙ uoluntati placet ut intellectus credat ipſe credit nec talis intellectus unius ꝓpõnis p aliã ei cõcatenatã eſt inuſitatus: immo in ſcriptura ſacra ſæpe ſumit intellectus litteræ p præcedẽtia uel ſequẽtia qđ maxime in caſu noſtro debet fieri qa ergo hoc dictũ nõ eſt in ptãte noſtra &c. Non pono tanq̃ dictũ p ſe & concluſionẽ ſeparatã: ſed pono tanq̃ correlariã ex præcedenti. Q đ ſi nõ placet eis accipere intellectũ præſentis correlariæ ex ſua principali cui ipſa annectit & cõcatenatur attẽdãt ꝙ dupliciter dicit aliquid eſſe in libertate uel in libera ptãte uolũtatis. Vno mõ qa poſita apptehenſione in intellectu: nullo alio actu intellectus reqſito in ptãte impatiua uolũtatis ſit ponere actũ illũ. & ſic negat in hac cõcluſione ꝙ actus credendi in libera eſt ptãte hominis. nec oportet omnem actũ præcepti aut meritoriũ uel demeritoriũ taliter eſſe in ptãte hoĩs. ad credẽdũ enim nõ ſufficit apprehẽſio terrminorũ articuli. ſed ultra reqrit pſuaſio aut reliqua rõ ꝓbabilis ut allegatũ eſt ex Auguſtino. Alio mõ aliquid dicit eſſe in libera ptãte uolũtatis: qa omnibus aliis poſitis quę requiruntur ad hoc ꝙ ille actus ſit põt uolũtas illum ponere in eſſe & nõ ponere nec ad iſtũ actũ neceſſitat uolũtas etiã quibuſcũq; aliis poſitis. & hoc mõ actus credendi articulũ eſt in libera ptãte uolũtatis iſte eſt intellectus correlatiæ ꝓpõnis. & ex dictis põt qlibet q habet intellectũ cognoſcere ꝙ non bene iſti magiſtri abſolute dixerunt illã eſſe erroneã & hæreſim ſapere. Q đ aũt ꝓbabilis rõnabiliſq; ſit opinio illoꝝ doctoꝝ quos ego ſequor qui. ſ. dicunt ad cauſandũ aſſenſum fidei nõ ſufficit ſola appræhẽſio terminoꝝ cũ mero impetio uolũtatis põt uidẽter patere nõ ſolũ auctoritate Auguſtini multis ut dixi hoc in locis affirmãtis: ſed etiã efficaciſſimis rationibus. Et primo arguit ſic. Nõ eſt in libera ptãte hominis opinati ſic uel ſic eſſe cũ uult. ergo nõ eſt in libera poteſtate hominis credere ſic uel ſic eſſe cũ uult. Patet cõſequẽtia. Q uia ſi de quo magis uidet ineſſe & nõ ineſt ergo &c. Sed minus eſt adhærere alicui cũ formidine ad oppoſitũ q̃ ſine formidine. ergo añcedẽs eſt expreſſum ab Ariſtotele in. ii. de anima textu cõmenti. cliii. & patet p experiẽtiã. qa quilibet in ſe experit ꝙ oblata ei ꝓpõne dubia ſi eſt ei mere dubia ad neutrã partẽ opinãdam per aſſenſum inclinatur donec ei noua ſupuenerit apparẽtia uel p ſyllogiſticã rationẽ uel per intuitiuam noticiã: uel per teſtimonium multorũ: uel per auctoritatem dicentis uel aliud ſimile. Secũdo ſic arguitur non eſt in poteſtate hominis libera facere apparere aliquid ſuo intellectui eſſe uerum & facere apparere non eſſe uerũ ergo nõ eſt in poteſtate hominis ſic uel ſic credere eſſe uel nõ eſſe ueꝝ. Tenet conſequentia qa eſt contradictio aliquẽ credere aliquid & aſſentiri illi & illud ei non apparere eſſe ueꝝ. Aſſumptũ ꝓbat qa hoc uel hoc apparere tale uel tale intellectui eſt hoc uel hoc taliter uel taliter repreſentari intellectui & hoc nõ põt depẽdere ex impio uolũtatis: quia hoc p̃cedit actũ uoluntatis. Cõfirmat qa hoc apparere tale intellectui eſt qa obiectũ qđ repñtat ẽ tale & euidẽtia uel aliud qcqd ſit illud qđ id facit credibile uel nõ credibile eſt tale & intellectus eſt talis. Sed facere obiectũ eẽ tale uel intellectũ eẽ talẽ nõ ẽ in arbitrio uolũ

Doctores quibus cõcluſio hęc probatur

Declaratio correlarię ꝓpoſitionis.

Dupliciter aliqd dicit eſſe in libertate uel in libera poteſtate uolũtatis.

Primo.

Secundo.

Auguſtis

Arguitur primo.

Ariſtote.

Secundo

Cõfirmatio.

tatis.ergo rem talem uel talem apparere intellectui non eſt in imperio uoluntatis:
Tertio Tertio ſic arguiť.Q uotienſcunq; eſt aliqua potentia mere neutra & indiferens ad
duos actus ſecũdos oppoſitos nõ poteſt exire in aliquẽ illoꝝ niſi determineť prius
per aliqd qđ ſit actus primus:uel ſe habeat loco actus primi reſpectu alterius illo-
rum actuũ ſecũdorum:Sed ita eſt ꝙ intellectus eſt potentia mere neutra & indiffe
rens ad ſpecificationẽ alicuius actus ſui ſecundi: Ergo ad nullã talẽ ſpecificationẽ
poterit determinari niſi aduenięte aliquo alio qđ ſit uel actus prius uel ſe hñs loco
actus primi reſpectu talis determinationis.Tunc ſub iſta ratione aſſumo iſtã conſe
quentiã.merus actus uolũtatis nõ poteſt ſe hr̃e ut actus primus reſpectu ſpecifica
tionis actuũ intellectus:ergo ꝑ imperium ſolũ uoluntatis nõ poterit intellectus de
terminari ad talẽ ſpecificationẽ.nota eſt cõſequentia ex præaſſumpta ratione.& an
tecedens patet ex cõi ſnĩa oĩum doctoꝝ in hoc cõſentientium.ꝙ licet actus intelle
ctus quo ad exercitiũ depẽdeat a uoluntate:nõ tamẽ quo ad ſpecificationẽ.His ſic
præacceptis arguo ſic ad propoſitũ.Actus qui eſt aſſentire & actus qui eſt diſſenti
re ſunt actus hñtes rationes ſpecificas oppoſitas:ergo ad aſſenſum uel nõ aſſenſum
nõ poterit determinari intellectus per imperiũ uoluntatis ergo ad hoc ꝙ aliquis ꝑ
intellectũ credat articulũ fidei eſſe uerum uel nõ credat nõ eſt ꝑ hoc præciſe: qa ſic
uult uel nõ uult credere ſed ex aliquo alio intellectũ ex ſe neutrũ ad talis actus ſpe
Q uarto cificationẽ determinante.Q uarto ſic arguitur ad illud credendũ nõ determinatur
homo præciſe per actũ uolũtatis de quo interrogatus cur illud crediderit nõ aſſi-
gnabit præciſum actum uolũtatis.ſed ita eſt ꝙ interrogatus aliquis cur credat poti
us chriſtianæ fidei q̃ fidei maumethenſiũ:non aſſignabit præciſe actũ uolũtatis:er-
go nõ ꝑ præciſum actũ uoluntatis inclinatus eſt ille ad credendũ. Q uod aũt non aſ
ſignetur merus actus uoluntatis patet ex experientia & ex dictis noſtroꝝ theolo-
Cur euangelio debeamus credere octo a noſtris theologis aſſignari. gorũ a quibus cõmuniter illa octo allegant.Cur euãgelio debemus credere.ſ.pro-
nunciatio prophetica:ſcripturaꝝ cõcordia:auctoritas ſcribentiũ:rationabilitas cõ
tentorũ:irrationabilitas cõtentorũ:irrationabilitas ſingulorum erroꝝ:eccleſiæ ſta
bilitas:miraculoꝝ claritas.Q uinto ſic arguiť.Q uotienſcunq; aliqui duo determi
nanť ad credendum oppoſita:& quilibet illorum præciſe ꝑ hoc determinatur quia
uult ſic determinari indifferente ad hoc oĩno iudicio uel ſuaſione rationis nõ põt di
ci ꝙ rõnabilius iſte moueať ad credendum q̃ ecõtra:Sed datis duobus quorũ alter
uult credere.a.eſſe ueꝝ.& alter nõ uult credere.eſt dicere hũc uel illũ uelle rõnabi
Albertus lius & aliũ irrõnabilius.ergo illi ad ſic uel ſic uelle determinanť: qa præciſe ſic uo-
lũt.maior huius rõnis eſt nota.quia ut inqt Albertus in.iii. de anima cũ uolũtas ſic
agit præciſe.qa uult ſic agere aſſimilať tyrãno in cuius actione nõ quæriť rõ actis
quia ipſius agere nõ eſt ſecũdum rõnẽ agere ſed agere pro libito.Minor eſt manife-
ſta:qa quottidie dicimus maumethiſtas uel iudæos irrõnabiliter in hoc agere qđ
nõ credunt & nos rõnabiliter agere:qa credimus.ꝙ ſi cã præciſa quare ego crederẽ
ille nõ crederet eſſe præciſe:qa ego uellẽ ille non uelet uterq; eſſet actus tyrãnicus
uolũtatis & in neutro appareret maior uel minor rõnabilitas.Imo & in neutro rõ-
nabilitas ſed mera ptãs & imperiũ tyrãnicũ uoluntatis.Et ex dictis in iſto argumẽ-
to patebit iſtis magiſtris intellectus breuiũ uerborum quæ dixi in rñſione mea de
actu tyrãnico uolũtatis.Multæ aliæ poſſent & ꝓ iſta opinione rõnes adduci.Sed
nõ eſt ꝓpoſiti mei hic tractare iſtas materias & ꝓpoſitas quæſtiones diſcutere: ſed
ſolũ oñdere determinationem concluſiones meas nõ eſſe hæreticas;Et licet pro de
fenſione

ſenſione cõcluſiõis meæ iſta ſufficiant: uolo tñ & hoc dicere: ꝙ fuit ẽt aliqs doctor
cuius ego ut de me fatear dãnationẽ in hoc articulo adhuc nuſq̃ legi qui ſimpliciter
tenuit ꝙ actus credẽdi nõ eẽt liber. hoc. n. aſſertiue tenuit Robertus olchoth ſubti
liſſimus doctor ordis prædicatoꝝ in ſuo primo ſniaꝝ. Et cũ arguiẽ ꝙ ſequereẽ actũ Roberti
credẽdi uel nõ credẽdi nõ eſſe meritoriũ aut demeritoriũ dicit hãc obiectionẽ nul- olchoth
lam eẽ & friuolã: qa nõ iõ aliqs actus eſt meritorius qa liber ſed qa cõformis eſt ali laus
cui legi pollicẽti premiũ ꝓ eodẽ actu ipſi faciẽti uel alteri. & cõſequẽter dicit actũ
credendi nõ ideo eẽ meritoriũ quia liber. ſed qa cõformis eſt legi diuinæ quæ polli
cetur tale premiũ. ſ. uitã æternã cuilibet credẽti. poſſe aũt deũ hanc legẽ mutare &
ſtatuere ꝙ quicũq; cras ceciderit ſup lapidẽ angularẽ ex iprouiſo ſit ſaluus & tunc
caſus ille eẽt meritorius uitæ æternæ qa actus nři nõ ideo ſunt meritorii quia libe-
ri. ſed qa a deo acceptanẽ ad uitã ęternã qui deus ita põt acceptare actus naturales
ſicut actus uolũtarios. & ſic uideẽ acceptaſſe mortem innocentiũ ad uitã æternã in
qbus nullus fuit uſus liberi arbitrii. nec ſic faciẽdo deus irrõnabiliter facit quia ſua
uolũtas eſt ſufficiẽs rõ eoꝝ oium q̃ ſtatuit uel ordinat. Vnde cõcludit Olchoth ꝙ ſi
capiamus credere pro eo quod eſt cũ aſſenſu firmo adhærere his de quoꝝ ueritate
nõ cõſtat nobis niſi ex teſtimonio aliorũ iuxta quẽ modũ definit. Aug. in omelia ſu Credere
per Ioannẽ dicens. qd eſt fides niſi credere qđ nõ uides: ꝙ talis actus credẽdi nõ eſt duplicitet
in libera ptãte hoĩs. Si aũt capiaẽ credere pro eo quod eſt aſſentiri qbuſcũq; reue- dicitur
latis a deo & teſtificatis per miracula & uelle uiuere & opari ſcđm ea: tum qa hoc Auguſti.
credere includit tam actũ intellectus q̃ uolũtati cõcedit de eo qđ eſt liberũ: iuxta
quẽ modũ definiens Aug. in omelia ſup Ioannẽ dicit credere in deum eſt credendo
amare credẽdo in eũ ire credendo ei adhærere & ſuis mẽbris incorporari & de hac Auguſti.
credulitate dictũ eſt. credidit Abraã deo & reputatũ eſt ei ad iuſticiã. De prima ãt
dicitur dæmones credũt & cõtremiſcũt: prima eſt meritoria. ſecunda nõ eſt merito
ria. Et cũ diciẽ: ꝙ fides nõ eſt niſi in uolẽtibus dicit Olchoth qđ eſt intelligẽdũ de
fide formata iuxta hunc ſecũdũ modũ quę eſt fides operans per dilectionẽ nõ autẽ Olchoth
de fide primo modo accepta. qa per miracula uiſa uult ipſe poſſe fidelẽ neceſſitari
ad credẽdũ. quã opionẽ ego nõ credo eẽ uerã & poſt q̃ſitũ ſuũ idẽ doctor reexami-
nãdo nõnullas ſuas opiones dicit ꝙ licet ſtãte euidẽtia i rõne ꝙ aliqd nõ ſit credẽdũ
uolũtas neceſſiteẽ ad credẽdũ. tñ qa ſic neceſſitatus fuit ſibipſi cãtalis neceſſitatis.
Ideo iputaẽ ei ad peccatũ. Dicit ãt fuiſſe ſibi cãm qa omiſſit cõſiderare & perſeuera
ti diligẽter & diſcutere illa quæ ſibi falſam fecerũt euidẽtiam qđ ſi feciſſet nõ ſic ap
paruiſſet eẽ itellectui. ſed aliter & iõ concludit ꝙ cũ qs male credit aut diſcredit ſuũ
primũ pctm̃ ę negligẽtiæ. hæc ẽ opio Roberti Olchoth de libertate credendi quæ
nunq̃ mihi apparuit bona uel ꝓbabilis. Conſiderẽt ãt iſti pres an & iſtũ doctorem
ſimul cum Durando Henrico & aliis pro hæretico ab eccleſia anathematizent.

QVAESTIO NONA DE ACCIDENTIBVS IN SACRAMENTO.

QVi dixerit accidens exiſtere nõ poſſe niſi inexiſtat eucha
riſtiæ poterit ſacramentum tenere ẽt tenendo panis ſub-
ſtantiam non remanere.
Hanc quidem concluſionẽ non dixerunt iſti magiſtri eſſe
hæreticam uel hæreſim ſapere ſed ſolum eſſe erroneam.
cuius opinionis ſuæ ſi rationes aliquas attuliſſent: poſſem
ego illis aut credere aut rñdere. ſed ipſi nec in huius nec in Nota
aliarum in concluſionũ damnatione ullas adduxerũt ra-

tiones quas ego uiderim. Dico autem pro declaratione concluſionis ꝙ per hāc cō-
cluſionē nō intendo cathegorice & abſolute dicere accidēs nō poſſe eſſe ſine ſubie-
cto aut in ſacr̄o de facto eē in ſubiecto immo cū eccleſia firmiter teneo ꝙ acciden
tia ſacr̄alia de facto ſint ſine ſubiecto. Sed dico ꝙ ille qui diceret accidētia nō poſſe
eſſe ſine ſubiecto & teneret cū Thoma diſtinctionē realē exiſtētię panis ab eſſentia
Thomas — poſſet dicere nō repugnare diuinæ oīpotentiæ ſaluare exiſtentiā panis ſine eſſentia
eius. ſicut actum tam ſubſtentialē q̄ accidentalem conſeruat deus ſine ſua potentias
& cōſequenter in iſto eſſe panis ſubiectare accidentia nō manente ſubſtātia panis.
ad quę quidem accidentia habere poſſet corpus chriſti pn̄tiam realem: ſicut & nūc
habet ad accidētia quæ in nullo ſubiectata ſunt. & quicquid ſit de ſacr̄o eucharīſtię
de facto inſtituto a chriſto & ab eccleſia credito in quo concorditer tenetur ꝙ nihil
panis remanet adeo ꝙ ſua reproductio eſſet creatio tamen tenendo prædictam opi
nionem Thomæ de diſtinctione reali eſſentiæ ab exiſtentia. & capiendo ſacramē
tum euchariſtiæ ampliatiue ad id quod eſt uel poteſt eſſe ut capitur in cōcluſione
Nota. — mea quæ eſt modalis diuiſa nō ſolum pn̄s concluſio eſt probabilis & non erronea.
immo erroneum eſt dicere ꝙ nō poſſit eſſe aliquod euchariſtiæ ſacramētum in quo
accidētia eſſent in ſubiecto. nec ſcio per quā logicam uiderunt iſti magiſtri dānari
unam diuiſam de poſſibili propter falſitatem unius de ineſſe ex eiſdem terminis cō
ſtitute. miror q̄ ꝙ neſciāt ꝙ eſt fallacia cōſequētis: arguendo a minus amplo ad ma-
gis amplum cū deſtructione magis ampli. ac ſi quis diceret nullus homo eſt in do-
mo ergo nullus homo poteſt eſſe in domo. Similiter. n. arguunt ipſi in damnatione
huius propoſitionis in nullo ſacr̄o euchariſtiæ quod de facto exiſtit uel de facto eſt
inſtitutum a chriſto accidentia ſunt in ſubiecto igit̄ in nullo ſacr̄o quod eſt uel pōt
eſſe aut inſtitui a chriſto accidētia pn̄t eſſe ſine ſubiecto. Ex dictis patet q̄ male con
cluſio pn̄s de poſſibili dānata ſit pro erronea ab iſtis patribus q̄ debent meminiſſe.
Quod fuerint ēt ex catholicis doctoribus q̄ tenerēt de facto accidentia in ſacramē
Opinio theologorū quorūdam quā Petrus de palude recitat. — to altaris ſubiectari in exiſtentia ſubſtātiæ remanētis. Eſt. n. una uia theologorū ut
refert Petrus de palude in. iiii. di. xii. q. iii. qui dicunt ꝙ ſicut qualitas hic remanet na
turaliter quia remanet ſuum imediatū ſubiectum quod eſt quantitas. licet tollatur
ſuum remotū quod eſt ſubſtātia & ſic ipſa qualitas non ſubſiſtit ſed inhæret ſic etiā
quātitas caret q̄dē ſuo ſubiecto remoto quod eſt eſſentia ſubē ſed habet ſuum ſubie
ctum proprium & propinquum quod eſt eſſe ſubē quo mediante ineſt ſubē quia id
eſſe poſſibile ēſt remanere eſſentia nō remanēte immo dicunt ipſi neceſſe eſt ipſum
remanere conſiderato modo quo definit hic eſſe & quidem ꝙ hoc ſit poſſibile di-
cunt patere quia licet eſſentia ſit prior eſſe quo uideret̄ cum ſit prius poſſe ſeparari
eſſe a poſteriori quod magis poteſt ſeparari & fieri eſſentia ſine eſſe q̄ ecōtra tamen
conſiderando ex alia parte ꝙ eſſentia ſe habet ad eſſe ſicut potentia ad actum: & ſi-
cut materia ad formam quia actus minus dependet a potentia q̄ econtra. ſicut uide
tur magis factibile eſſe ſine eſſentia quam econtra. ſed deus in incarnatione uerbi fe
cit eſſentiam humanitatis ſine eſſe ſuo ut dicitur a multis doctoribus. ergo multo
magis poteſt hic facere eſſe ſubē panis ſine eſſentia ut ſicut eſt ibi aſſumpta eſſentia
& manet non autem eſſe & non manet. ita hic conuerſa poteſt eſſe eſſentia & non
manere & non conuerſum eſſe & manebit. Secundo oſtendunt ꝙ non ſolum iſtud
ſit poſſibile ſed neceſſe quia nihil creatum poteſt cōuerti in increatum ſed unū crea
tum poteſt conuerti in aliud quando cōicant in materia & in genere aliter nō ſicut
accidens non conuertitur in ſubſtantiam nec in accidēs alterius prædicamenti ſe

cundum

cundum cõmunẽ opinionẽ. eſſentia autem panis cum eſſentia corporis chriſti con
uenit in materia & genere. unde una põt cõuerti in aliã ẽt per naturã ſi corpus eſſet
mortale ſed eſſe panis nõ cõicat in materia nec in genere cũ eẽ corporis chriſti ſub
ſtãtiali cũ illud ſit increatũ diuinũ quod eſt ſuppoſiti diuini cũ in chriſto non ſit niſi
unũ eſſe actualis exiſtẽtiæ ſubſtãtialis. ergo eſt ipoſſibile eſt eẽ panis cõuerti & ne-
ceſſe eſt ipſum remanere. Ego ſum in opione ꝙ nõ ſit neceſſe ipſum remanere: tum Opio au-
qa ſi nõ põt cõuerti põt tñ anihilari uel põt corrũpi cedendo in potentiã materiæ. ctoris
Ita ꝙ ſicut humanitas potuit aſſumi nõ aſſumpto eſſe ſed manẽte ĩ potẽtia materię.
Sic eẽntia põt cõuerti nõ cõuerſo eẽ ſed redacto in potẽtia eſſentiæ licet ut uerum
fateamur iſtæ redactiones facilius dicãtur q̃ intelligant̃. Itẽ licet eſſe panis nõ poſ
ſit cõuerti ineſſe increatum põt tñ cõuerti in eſſentiã creatã quia quę cõicant in ma
teria ſunt inuicẽ transmutabilia dato ꝙ non cõicent in materia ꝓpinqua ſed ſolũ in
remota ſicut elementũ põt cõuerti in aĩatũ & econtra. eſſe aũt panis & eſſentia cor-
poris chriſti conueniũt in materia prima quæ eſt utriuſq; potẽtia remota licet non
conueniãt in ꝓpinqua. qa materia eſt pura potẽtia. eſſentia aũt eſt potẽtia cũ actu
immo ſi illa rõ ualeret cõcluderet ꝙ de oĩ cibo quẽ chriſtus ante paſſionẽ ſumpſit ſo
la eſſentia in ipſum conuerſa fuerit & nõ eſſe. ſed remãſit uel aliter q̃ per cõuerſionẽ
corruptũ fuit. qa eſſe ſubſtãtiale chriſti erat increatũ ante reſurrectionẽ ſicut poſt.
Itẽ dicunt aliqui ꝙ ſicut aqua quæ de potẽtia ordinata nõ põt conuerti in ſanguinẽ
chriſti prius cõuertit̃ in uinũ & poſtea totũ in ſanguinẽ ſic eẽ ſi nõ poteſt de poten-
tia abſoluta cõuerti in aliqd chriſti prius natura conuertit̃ in ſuã eſſentiã trãſiẽs in
eam ſicut forma quæ cedit in potẽtiam materiæ. & poſt illa eſſentia tota conuertit̃
in eſſentiã & ſic nõ neceſſe eſt eſſe remanere. Sicut aũt mihi uidet̃ erroneũ dicere ꝙ
neceſſe ſit eſſe remanere ita nihil minus erroneum dicere ꝙ non poteſt remanere.

Q VAESTIO DECIMA DE VERBIS CONSECRATIONIS.

ILla uerba hoc eſt corpus: quæ in cõſecratione dicuntur ma
terialiter tenentur & non ſignificatiue.
Dixerunt iſti magiſtri ꝙ hæc cõcluſio eſt ſcandaloſa & con-
tra cõem opinionem ſanctorũ doctoꝝ & ꝙ opio gloſatoris
in hoc non tenet̃. Ego aũt dico ꝙ ſua determinatio eſt ſcãda
loſa & contra cõem opinionẽ multoꝝ doctoꝝ & ꝙ gloſato-
ris potius q̃ eoꝝ opinio in hoc eſt tenẽda: & ꝙ ita ſit patebit
euidenter habito intellectu concluſionis. Eſt ergo primo ad Notãdum
uertendũ ꝙ nõ intẽdo iſta uerba fuiſſe materialiter accipien
da cũ ꝓferebant̃ a chriſto ſed ſolũ quãdo ꝓferuntur a ſacerdote euangelico conſe-
crãte. & iõ dixi in concluſione uerba quæ in conſecratione dicunt̃. i. quæ nũc a cõſe
crãtibus ꝓferunt̃. Certũ eſt autẽ ꝙ ſacerdos in cõſecrãdo recitat p̃dicta uerba chri
ſti ita ꝙ orõ ꝓlata a tali ſacerdote ſupponit ꝓ orõne ꝓlata a xp̃o ſignificatiue ſum-
pta. & talis opinio nõ ſolũ non eſt erronea uel ſcãdaloſa. ſed potius uidet̃ opinio p̃-
dicto ſenſui oppoſita eẽ cõtraria formæ cõſecrationis in qua ſacerdos dicit illa uer
ba recitatiue. Recitat. n. ſacerdos cõſecrãs chriſtũ dixiſſe apoſtolis. Accipite & mã
ducate &c. Sacerdos aũt conſecrans nec loquit̃ apoſtolis nec dicit eis accipite &c.
niſi recitatiue. Ipſe. n. ſolus recipit ſacr̃m neq; etiã aſſiſtentibus loquendo dicit ac-
cipite & manducate &c. Similiter cum dicit hoc eſt corpus meum id quod recita-
tur a ſacerdote ẽ illa oratio hoc eſt corpus meũ materialiter ſumpta pro ſimili ora

tione & ex ſimilibus uocibus cõpoſita a chriſto ſignificatiue prolata qđ etiã patet per illa uerba quæ dicũtur ante uel poſt conſecrationẽ ſanguinis.ſ.qui pro uobis & pro multis effundetᷣ &c.Eſſent.n.falſa ſi ſignificatiue ſumerentᷣ eo ꝙ ſanguis chriſti ammodo nõ effundetᷣ ergo illa uerba ſolũ recitatiue ſumuntur.Q uid aũt recitatur niſi uox prolata ab alio pro qua ſupponit uox ipſius recitantis, & ꝓpea uox iſta alterius uocis recitatoria eſt materialiter ſumenda.Itẽ etiã ſi nõ recitatiue ſed ſignificatiue caperentᷣ iſta uerba denotaretᷣ ſanguis chriſti effundi pro aliis & nõ ꝓ conſecrante.Cũ dicitᷣ qui pro uobis & pro multis effundetᷣ. Deberet enim dici potius qui pro nobis &c.quæ non ideo dico ꝙ credã oppoſitã ẽt opinionem non poſſe defendi.ſed ut pateat meã cõcluſionẽ nõ ſolũ eſſe catholicã ſed ẽt ſua oppoſita probabiliorem.Ex quibus patet ꝙ præſens concluſio non eſt ſcandaloſa ſed probabilis & opinio ſolẽnis gloſatoris de conſecratione di.ii.c.timorem.in hoc non eſt reiiciẽda ſed approbanda.ſicut nec per eccleſiam uſq; ad hæc tempora unquam fuit reiecta.

QVAESTIO VNDECIMA DE MIRACVLIS CHRISTI.

Miracula chriſti non ratione rei factæ ſed ratione modi faciẽdi ſuæ diuinitatis argumentum ſunt certiſſimum.

Q uam concluſionem declarãdo ego dixi ꝙ quia eſt firma ſcientia theologorum ꝙ ea miracula quę chriſtus fecit poſſent a puro homine in uirtute dei fieri. Dicit.n.chriſtus Ioãnis.xiiii. Amen dico uobis qui credit in me opera quæ ego facio ipſe faciet & maiora horum faciet. Ideo etiam ab ipſiſmet theologis unanimiter concluditur ꝙ id ex quo poſſumus concludere chriſtum fuiſſe deum non eſt ipſa res facta ſed modus faciendi quia taliter agebat qualiter agũt qui uirtute propria & nõ aliunde accepta agunt quod eſt proprium dei independenter. ſ. & nõ aliena uirtute agere q modus agendi creaturæ cõmunicari nõ põt qa ergo taliter multa egit chriſtus non orando.ſ.nec petendo ſed p̃cipiẽdo & imperãdo tanq̃ ptãtem habens patet ꝙ ut ipſe exiſtens deus & nõ in dei uirtute exiſtens hõ operabatᷣ.Hac uiſa declaratione mea dixerũt cõcluſio põt trahi ad malũ ſenſum qa continetᷣ iter magicas dato ꝙ ſua đclaratio ſit uera de quo eoꝝ iudicio ita miror ut mirari magis non poſſim. Primo ipſi mihi dicant an apud aliquẽ recte mea uerba & ex recto uſitatoq; loquendi interpraetantem alium habere poſſit ſenſum cõcluſio mea præter eũ quẽ dixi.Q uid.n. his uerbis clarius qd expreſſius.miracula chriſti nõ ratiõe rei factæ ſed ratione modi faciendi ſuæ diuinitatis argumentum ſunt certiſſimum.Secundo dicãt mihi an hæc ſit recti iudicis ſententia hæc cõcluſio licet ſit uera & catholica dãnãda eſt tñ qa ad malum ſenſum trahi põt ergo & dãnãda.iſta chriſtus eiiciebat dæmonia pp hoc ꝙ iudęi eã trahebãt ad malũ ſenſum dicẽtes ꝙ in belzabu principe dæmonioꝝ eiiciebat dæmonia illa.& dãnãda iſta pr̃ maior me eſt qa Arrius ex ea inæqualitatẽ filii ad patrẽ cogitauit & dãnãda iſta nõ cognouit eã donec pepit p̃ogenitũ filiũ ſuũ.qa Eluidius ex ea cõtra uirginitatẽ ꝑpetuã Marię hęreſim ẽ opinatus:& dãnãda iſta illã diẽ neq; filius nouit qa ex ea aliq plura ſcire uolũt p̃rem q̃ ſciat filius.qd plura dãnãda fere oẽs ꝓpõnes euãgelicæ qa ab hęreticis ad malũ ſenſum trahi potuerũt. qñ & ꝓpõnẽ meã in hiſdẽ terminis poſitã i qbus a multis ponitᷣ catholicis doctoribus:iõ dãnare debem᷒ ẽt ꝙ ſit uera:qa aliq ad malũ eã ſenſum trahere pñt. Profecto ſi q eã male interpretantᷣ illoꝝ ſenſus qui malus ẽ

dãnandus

dānandus eſt nō meus qui ſanctus atq; catholicus. Tertio dicāt mihi qs eſt iſte malus ſenſus quē poſſet facere. dicāt ſi ſciunt: certe ēt nō eſt dicere ſi qs uelit aut cogitare ex illa ꝓpoſitione malū ſenſum. Si qs. n. eſſet is eſſet forte ꝙ aliqs ſuſpicaretur me uelle dicere ꝙ eadē miracula quæ fecit Chriſtus quātū ad rē factā per magiam poſſent fieri. ſed hoc nō licet ſuſpicari de cōcluſiōe mea qa īmediate ante ipſam ego pono aliā cōcluſionē ꝙ miracula Chriſti nō potuerūt fieri per uiā magiæ uel cabale. Alius malus ſenſus qui poſſit inueniri uel excogitari ego nō uideo: dicant ipſi ſi poſſunt. Quarto dicāt mihi quæ eſt hæc cōſequētia an teneat de materia an de forma. eſt inter magicas ergo dānanda. ꝓfecto ſimilis eſt forma argumētandi illa qua utebanť etiā cū a principio dānare conabanť cōcluſiones magicas. ſic. n. arguebāt iſtæ cōcluſiones ſunt intricatæ & nō intellectæ a nobis ergo dānandæ: o mirā & inauditā redarguēdi formam. Iam taceant qui dicūt de incognitis nō poſſe ferri iudiciū cū iam ſit decretū ea maxime eſſe dānanda quæ maxime ſunt incognita. Sed redeamus ad propoſitum eſt inquiunt inter magicas ergo eſt damnanda. Dicant mihi ipſi utrum magicæ cōcluſiones bonæ ſint an malæ. Si malæ adbuc male per eos eſt iudicatum. Chriſtus. n. innuit in parabola de zizanis nō ſolum non eſſe reſpuendum triticum propter admixtas zizanias immo ad ſaluandum triticum innuit non eſſe eradicandas zizanias ante meſſem. Si bonæ cur bonam concluſionem inter bonas poſitam ipſi ſi boni ſunt uiri ipſos damnare debuerunt.

QVAESTIO DVODECIMA AN DEVS INTELLIGAT.

Magis improprie dicitur de Deo quod ſit intelligēs uel intellectus q̄ de angelo quod ſit anima rationalis.

Quā cōcluſionē ego declarādo dixi ꝙ concluſio innitebatur modo loquendi Dionyſii qui ſæpe dicit de deo ꝙ non eſt intellectus neq; intelligibile & ſimiliter dixi mea uerba eo modo eſſe accipiēda quo accipiebanť uerba Dionyſii. Dixerunt illi ꝙ cōcluſio erat falſa. & ad hæreticū ſenſum poterat trāſferri. & ꝙ nō ſatisfaciebat eis mea declaratio. de qua ſua determinatione nō parū miror. miror inq̄ ſi ſunt ſapientes ꝙ dicāt cōcluſionē eſſe falſam quæ ſit non mea ſed Dionyſii concluſio. Et ut clarius mentem meā intelligant declarabo breuiter fundamentū & concluſionis & locutiōis ipſius Dionyſii. Eſt ergo aduertendum ꝙ ſicut rō dicit notitiam diſcurſiuam hoibus propriā quæ qdē rō īproprie diceretť eē in deo: ita ſimiliter dicit Diony. intelligere eſſe noticiā appropriatā angelo cauſatam ab angelo & intellectu angelico & ipſum informantē & in taliter īmutantē & tale intelligere dicit nō eſſe in deo. nec ſic capiendo intelligere pōt trahi cōcluſio ad malū ſenſum: qa nō ꝓpea negat Dio. in deo eſſe cognitionē oīum. Sed iſta magis diſtat ab intellectione proprie capta modo prædicto q̄ hō ab angelo. Cū aūt dr̄ deus intelligit capiť intelligere gn̄aliter pro omni cognitione: & breuiter hoc ſciant ꝙ per hanc concluſionē nō intēdo negare de deo cognitionē oīum perfectiſſimā ſicut nec quācunq; ꝑfectionē ſimpliciter immo nec intendo negare deū intelligere capiendo intelligere cōiter. Sed nego iſtud intelligere quod dicit iuxta modū loquēdi Dionyſii notitiā angelo appropriatam ſicut & ratio dicit notitiā hoī appropriatā iuxta qď ēt īproprie dicetur eſſe rō in deo.

Nā ſicut hō rationalis ita Angelus intelligentia dicitur

at inquiunt tu dicis ꝙ magis improprie dr̄ de deo ꝙ ſit intellectus q̄ de angelo ꝙ ſit anima rationalis. hoc autē eſt falſum ꝙ de angelo nullus unq̄ diceret ꝙ eſſet aīa. de deo autem dr̄ ſæpiſſime ꝙ eſt intellectus. quare illa eſt magis impropria locutio.

Obiectio

Mitor de doctrina iſtoꝝ patrũ & multiplici lectione ſacrarũ rerũ qui dicũt ꝙ nũꝗ
Auguſti. de angelo nec ꝓptie nec iꝓptie dicat ꝙ ſit rõnalis. Sed legant Auguſtinũ in lib.
de muſica in libro de uera religiõe: & i actis cõtra fortunatũ: & i libro de cathezizã
dis rudibus. Nã in iſtis oĩbus locis memini ego ãgelos ab Auguſtino aĩaꝝ noĩe nũ
cupatos. q tñ nec oĩa uidi nec oĩum poſſe mẽiniſſe locoꝝ in ꝗbus forte legi apud ſa
Nota. cros doctores: angelos hoc noĩe uocatos. Nulla.n.res eſt quæ cũ legit̃ nõ ſit digna
multa attẽtione. Cũ ãt ego dixi magis iꝓpetie dr̃ de deo ꝙ ſit ĩtellectus nihil aliud
intendebã niſi ꝙ noticia angelica quæ intellectualis noticiæ nomẽ ſibi appropriat
magis diſtat ab infinita noticia dei quæ oĩa per eſſentiã cognoſcit ꝗ diſtet a noticia
rõcinatiua aĩæ rõnali uel hoĩ appropriata. Si uero ex præſenti cõcluſione inferat̃
ꝙ deus iꝓprie dr̃ intelligere ſicut cõparatiuus infert poſitiuum accipiatur conſe
quens illatum ſolum in hoc ſenſu. deus nõ ſecundum propriam uel appropriatam
acceptionem huius dictionis intelligere dicitur intellectus &c. Sed ſecundum cõ-
munem uiam minus propriam ut patuit ex modo loquendi Dionyſii.

QVAESTIO .XIII. DE ABDITA ANIMAE INTELLIGENTIA.

ANima nihil actu & diſtincte intelligit niſi ſe ipſam.
Hanc declarando dixi ꝙ intelligebã de intelligere abdito
Auguſti. cuius meminerat Auguſtinus in libro de trinitate: & Hẽri
Hẽricus. cus in quolibetis. Dixerũt iſti magiſtri ꝙ cõcluſio non erat
ad intellectũ doctoꝝ quos ego adducebã in rñſione: ꝙ ne-
ſcio qualiter dicere poſſint ſi doctores illos uiderũt. Et ꝗa
iſta materia de intelligere abdito eſt ſubtilis & ꝓfunda no
lo hic eã latius explicare. Poſteaꝗ iſti aliter cõcluſionẽ nõ
dãnant ſed tm̃ duo uolo dicere. Primo ꝙ ego nõ intẽdo uni
uerſaliter negare de aĩa & ꝓ quocũꝙ ſtatu quãcũꝙ diſtinctã cognitionẽ alioꝝ a ſe.
cõcedo.n. aĩam Chriſti intelligere actu & diſtincte alia. & ſimiliter aĩas beatoꝝ per
reuelatiões aut ſpẽs infuſas. Secũdo dico ꝙ intelligo de illo intelligere abdito qd̃
eſt ſine fantaſmate uel adminiculo ſenſus aut fantaſiæ & nõ adhuc de quocunꝙ tali
ſed ĩtelligere abdito directo & ꝑmanẽti. De quo ꝓximã huic poſui cõcluſionẽ dicẽ
tem aĩa ſemp ſeipſam intelligit: & ſe intelligẽdo quodãmodo oĩa entia intelligit. Et
ſic in oĩbus meis cõcluſionibus ſemp occulta quædã eſt cõcatenatio: quã forte ipſi
nõ aduertũt. Sed redeundo ad ꝓpoſitũ dico ꝙ aĩa ꝑ tale intelligere abditũ directũ
& ꝑmanẽs nihil actu & diſtincte intelligit niſi ſeipſam. Ex quo patet ꝙ pñs conclu
ſio ſic intellecta nõ fuit indiſtincte dãnanda pro erronea: ſi ẽt in aliquo ſenſu nõ eẽt
uera: Sic.n. multæ ꝓpões tã ꝑhorũ ꝗ theologorũ & ſcripturæ ſacræ dãnarent̃ ſi-
Abachuh cut iſta Abachuh prio mundi ſunt oculi tui ne uideas malũ & ne deſpicias iniqta-
Matth. tes. Et ſimiliter iſta Matth. xxv. de fatuis uirginibus neſcio uos. licet.n. uiſio dei aut
eius ſcientia ſit unica & ſimpliciſſima: & talẽ uiſionẽ aut ſcientiã uniuerſaliter ẽt de
deo negare uideant̃ dictæ ꝓpoſitiões reſpectu mali pp negationẽ præpoſitã uerbo
uidendi uel ſciẽtiæ. Exponũtur tamẽ a doctoribus ſpecialiter de uiſione uel ſcia dei
approbatiua & nõ accipit̃ ut negatio in eis negat oẽm modum uiſionis aut ſciẽtiæ
Pſal. dei. Quia uerũ ẽſt illud etiam pſalmiſtæ. Delicta mea a te nõ ſunt abſcõdita. Si igi
tur multæ tales ab expoſitoribus & doctoribus potius diſtinguũtur: & ad uerũ ſen
ſum trahunt̃ ꝗ condẽnentur. Neſcio in quo iſta demeruit ut ita ſimpliciter dãnata
ſit ẽt poſtꝗ dãnatoribus modo prædicto fuerat expoſita & declarata. Hæc ut nunc
eſt properãti

eſt properāti ſtilo mihi dictata ſint ſcripturo alias maiore ocio & cura ut plura ita fortaſſe meliora. hoc ipſum qualecū〈q〉ꝫ eſt opus uiginti eſt noctibus elucubratū: in quo edendo celeritas optāda mihi magis fuit q̄ diligētia. Oportuit eni habere amicos qđ inimicis latrantibus quaſi cerbero offam obiicerēt. atqꝫ ita ueniēti me ſtatim iniuſtæ infamiæ morbo occurrere. Q uæcūqꝫ autē & ſcripſimus & ſcribemus Nota.
in poſterū cū ea ſemp pręfatione ſint dicta: ut id ſolū ratū ſanctūqꝫ habeat: quod & Pontifex ſummus & hii oēs quoꝝ iudiciū ille approbauerit ratum ſanctūqꝫ decernent. Atqꝫ utinā iam ille aliquid de his quæ in dubiū reuocatę ſunt opinionibus noſtris pro ſua & ſapiētia & auctoritate decreuiſſet. Non hoc mihi ſuſceptum operis quando & quæ ille damnaſſet temerariū: & quæ probaſſet ſuperuacaneū erat defendere. Dum igit̄ tanti adhuc iudicis ſnīa uti nō poſſumus hæc ſcripſerimus: ne ſit unde de ꝓpoſitis a me diſputādis quæſtionibus habeāt quod ſiniſtri poſſint uel dicere obtrectatores: uel ſuſpicari rudes & ſimplices. Poteſt enim accidere ut cū qs indoctior illas attigerit: leges hanc ꝓpoſitionē Chriſtus non ueraciter & quātum ad realem præſentiā ut ponit cōmunis uia deſcendit ad inferos: actutum illa dictione non ueraciter offenſus. Credat ſenſum eſſe ꝓpoſitionis articulū fidei de deſcēſu Chriſti non eſſe uerū. Itidē cū legerit. peccato mortali finiti tpis nō deberi pœnam infinitam. In illa me dubitet hæreſi præſtare qꝫ pœna gehēnæ nō ſit æterna. & cum intellexerit me de Origenis ſalute bene opinari: nō tam uitam: mores: doctrinā: & pœnitentiā Origenis q̄ credita Origenis dogmata a me amari ſuſpicet̄. Simile eſt de aliis ꝓpoſitionibus multis quæ forte habere poſſint in primori fronte qꝫ ſanctā ruſticitatē id eſt ut pias ita indoctas aures offendāt. Ea pp ſicut hæc ſcripſimus: iō legēda ut nec de nobis nec de orthodoxo dogmate ſanctæ religiōis quiſq̄ male cogitet ita ꝓpōnes ipſas crudas: ut ſic dixerim: & inexplicitas hæc niſi prius attigerit legi nollem a nr̄is hoībus qñ ex illis multa ut a fide catholica ita a nr̄a mēte aliena poſſunt cōiectare: præſertim hebetiores & doctrinarū remotioꝝ rudes & inſolentes. Oro igit̄ obſecro & obteſtor amicos & inimicos: pios & impios: doctos & indo Nota.
ctos per uiſcera Ieſu Chriſti dn̄i nr̄i: per mirabile deſcenſus eius ad inferos myſteriū: per æternū dānatoꝝ ignē qui nō extinguit̄ hæreticis præcipuæ: & ſacroſanctę Romanæ eccleſiæ hoſtibus debitū: per ueri & myſtici corporis ſanguiniſqꝫ ſacramentū: per dei oīpotentiam: per exhibēdā merito filii eius & cohæredum imaginibus reuerentiā: legant ſine liuore: ſine inuidia quæ nūc ſcribimus: priora ideſt ipſas propoſitiones nō enarratas: nō explicitas nō legāt. qñ inter doctos eas ꝓpoſuimus diſputādas nō paſſim legēdas oībus publicauimus. Nam & ibi plurima ſunt impia
dogmata ueterū pħoꝝ Auerrois & Alexandri & aliorū q̄ pluriū: quæ nos & ſi ſem Auerrois
per ꝓfeſſi ſumus: aſſeruimus: prædicauimus publice & priuatim nō minus a uera Alexāder
rectaqꝫ pħia: q̄ a fide eſſe aliena: Scholaſticā tn̄ exercitationem meditātes: de more academiaꝝ inter paucos & doctos ſecreto cōgreſſu diſputāda ſuſcepimus. Q ui uero ipſum leget libellum ꝓpoſitionū diſputandarū ut ex ipſo poterit titulo admoneri dū quæ ex nr̄a dicunt̄ ſnīa: quæ item ex aliorū diſcerno nō proponi illas a me ut meas ut ueras opiniones: ſed ut creditas ab illis: ita & ſuſpicari poterit & ſi aliorum dicant̄ dogmata & inuēta: uiſa tn̄ mihi & hæc & illa uera & probabilia. Q ui ergo me oderunt ideo illa nō legant: quia noſtra ſunt. Q ui me amant ideo non legant: quia ex illis quæ mea ſunt cogitare plurima poſſent quæ non ſunt noſtra.

Q VAESTIONVM APOLOGIA FINIT.

CONCLVSIONES QVAS IN HOC OPERE TANQVAM CATHOLICAS DEFENDO SVNT INFRASCRIPTAE.

Prima concluſio.

Anima chriſti uero & reali deſcenſu deſcendit ad inferos.& ita chriſtus ſecundũ ueram & realem animæ ſuæ præſentiam in triduo fuit in inferno.

Correlarium.Opinionem Durandi de deſcenſu chriſti ad inferos ego non probo.

Secunda concluſio.

Licet ita ſit.ratio tamẽ ueri & realis deſcenſus & uere ac realis locationis in inferno animæ chriſti non fuit eſſentia uel ſubſtantia.ut tenet communis uia Scotiſtarum & nominalium.quæ cõmuniter tenet Pariſius.cui uidetur adhærere ſanctus Thomas in tertia parte ſummæ.ſed ſolum effectus uel operatio.

Tertia concluſio.

Senſus per ſupraſcriptas concluſiones explicatas eſt ſenſus quem ego per hanc ꝓpoſitionem intendebam.Chriſtus non ueraciter & quantũ ad realem præſentiam ut ponit Thomas & cõmunis uia deſcendit ad inferos.ſed ſolum quo ad effectum.

Quarta concluſio.

Quæſtio.Vtrum prædicta propoſitio de rigore logicæ & ex ui uerborum permittat illum ſenſum non eſt quæſtio de fide.

Quinta concluſio.

Credens illam propoſitionem de uirtute ſermonis permittere illũ ſenſum nõ errat in fide.

Sexta concluſio.

Qui credit aliquid eſſe de fide quod non eſt de fide de fide non recte ſentit.

Septima concluſio.

Ponens propoſitionem habentem duplicem ſenſum ſi illam aſſeruit & aſſerit in ſenſu catholico non tenetur reuocare propoſitionem ſed declarare.

Octaua concluſio.

Stante prædicto caſu & ipſa multiplicitate ſenſuũ debemus iudicare de ꝓpoſitiõe potius ſecundũ ſenſum intentũ a proponẽte ꝙ ſecundũ ſenſum quẽ magis uerba ſonant.

Nona concluſio.

Peccatum mortale eſt demeritorie dignum pœna æterna.

Decima concluſio.

Quilibet decedẽs in peccato mortali etiam ſi in uno tantum decedat punietur in æternum.

Vndecima concluſio.

Niſi reatus peccati mortalis æternaliter perſeueraret in aĩa peccatoris pœna peccatoris non perſeueraret in æternum.

Duodecima concluſio.

Sicut hæc dictio peccatum mortale quãdoꝗ capitur pro actu peccandi omiſſionis uel cõmiſſionis.ita etiã & ſæpe & proprie.apud catholicos doctores pro reatu accipitur.

xiii.concluſio.

Cum dicimus pœnam alicubi deberi uel præmiũ dupliciter poſſumus intelligere uel illum eſſe demeritorie uel meritorie dignũ tali pœna uel premio.uel ei actualiter perſolui talem pœnam uel tale premium.

xiiii.concluſio.

Diſtinctio huius dictionis deberi poſita in concluſione præcedenti nõ eſt erronea in fide.

xv.concluſio.

Crux

Crux Chriſti & imagines ſunt adorandæ eo modo quo eas adorat eccleſia.

xvi.concluſio.

Modus adorationis imaginum & crucis quem ponũt Petrus de Aquila: Henricus de Gandauo. Ioãnes Guarra. Durandus. Robertus Olchoth & cõmuniter omnes Scotiſtæ eſt probabilior modo quem ponit Thomas.

xvii.concluſio.

Non propterea ꝙ aliquis neget imagines eſſe adorandas eo modo quo ponit Thomas negat & conſequenter eas eſſe adorandas eo modo quo ponit eccleſia.

xviii.concluſio.

Cum in deo ſit plenitudo totius eſſe põt deus quantũ eſt ex ſe oẽm naturã hypoſtatizare.

xix.concluſio.

De hac quæſtione utrũ naturæ irrationali ex defectu naturæ ſuæ repugnet aſſumptibilitas ad diuinam naturam in unitate ſuppoſiti ut credidit Henricus. an non repugnet ut tenet cõmunis uia. poteſt catholicus ita eſſe dubius ut nõ habeat actum poſitiuum contradicendi opinioni Henrici.

xx.concluſio.

Poſitio negans aſſenſum alicuius dicti nõ infert de uirtute ſermonis poſitiuũ aſſenſum dicti oppoſiti.

xxi.concluſio.

Tota magia quæ cõmuniter dicitur necromantia. & oĩno quæcunqꝫ ars uel ſciẽtia ſi modo talia artes uel ſcientiæ ſunt dicendæ quæ uel pactum uel cõmunionẽ quoquomodo habet cum dæmonibus explicitum uel implicitum ex principali uel ex annexo antecedenter concomitanter aut conſequenter aut omnino quocunqꝫ modo id ſit eſt res prohibita ſuperſtitioſa & merito per eccleſiam condemnata.

xxii.concluſio.

Scientia illa quæ merito dicit̃ eſſe practica naturalis philoſophię & quæ a Guilielmo Pariſienſi & a Bacone & a græcis omnibus auctoribus dicitur magia naturalis nihil continet in ſe quod catholicæ & orthodoxæ fidei repugnet.

xxiii.concluſio.

Nulla eſt ſcientia extendendo nomẽ ſcientiæ ad reuelatas & nõ reuelatas quæ nos certificet de diuinitate Chriſti alia ab euãgelica doctrina & ſciẽtia chriſtianæ theologiæ.

xxiiii.concluſio.

Inter ſcĩas nõ reuelatas ſed quo ad oẽs ſui ptes humanitus inuẽtas & acqſitas nulla eſt quæ nos magis adiuuet in cognoſcẽda diuinitate Chriſti q̃ illa ꝑ quã cognoſcimus qđ uirtute agẽtiũ naturaliũ tã ſublunariũ q̃ cæleſtiũ fieri poſſit ut cõprehendamus deinde ex opibus Chriſti fuiſſe eũ ueræ naturæ dñm & auctorẽ qui ea fecit uirtute ꝓpria quæ oĩs naturalis potentiæ & cæleſtis & terrenæ terminos excedũt.

.xxv.concluſio.

Non obligatur fidelis ad utendum ſemper & in omni ſua loquutione hoc termino ſcientia ut eſt communis ad ſcientias reuelatas & non reuelatas.

.xxvi.concluſio.

Inter multas partes ſcientiæ cabaliſticæ una eſt quæ eſt de uirtutibus corporũ cæleſtium.

xxvii.concluſio.

Hæreſes Origeni attributæ impiæ ſunt & deteſtandæ & merito per eccleſiam cõdemnatæ.

xxviii.concluſio.

Cum ita ſit ꝙ uel Origenes illas opiniones nunq̃ credidit ſed ei ab hæreticis falſo

fuerunt attributæ ut uolūt Ruffinus Pāphilus Methodius Didimus & Aymō uel ſi eas credidit aliquando de eis in fine penituit. ut uult Hieronymus de ſalute animæ eius rōnabiliter eſt bene credendū & oppoſitū credere nō tenemur de neceſſitate ſalutis. xxix. concluſio.

Actus credendi eſt actus liber.

xxx. concluſio.

Actus credendi non ſic eſt in poteſtate hoīs ꝙ ꝓpoſita ꝓpoſitione mere dubia per merū & ſolum impetium uoluntatis poteſt intellectus adhærere uni parti potius quā alteri. xxxi. concluſio.

Qui credit hanc propoſitionem non eſt in libera poteſtate uoluntatis. credere articulum fidei eſſe uerū qñ ſibi placet & credere eum eſſe falſum quando ſibi placet permittere ſenſum explicitum per præcedentem concluſionem non errat in fide.

xxxii. concluſio.

Accidentia in ſacramento altaris in nullo ſunt ſubiecto.

xxxiii. concluſio.

Poſſibile eſt de potentia dei abſoluta exiſtentiam panis remanere ſine eſſentia & in illa ſubiectari accidentia panis & hoc ſuppoſita diſtinctione reali inter eſſentiā & exiſtentiam. xxxiiii. concluſio.

Qui credit iſtam propoſitionem. qui dixerit accidens exiſtere nō poſſe niſi inexiſtat eucharīſtiæ poterit ſacramentum tenere etiam tenendo panis ſubſtantiam nō remanere poſſe uerificari per id quod eſt dictum in precedenti concluſione nō errat in fide. xxxv. concluſio.

Paneitas nō remanet in ſacramēto euchariſtiæ ſuppoſitata a Chriſto deo homine. ſed per conuerſionem tranſit in eſſentiam corporis Chriſti.

xxxvi. concluſio.

Si teneatur cum cōmuni uia ꝙ deus poſſit ſuppoſitare quālibet naturā poſſibile ē ꝙ Chriſtus aſſumit paneitatem in unitate diuini ſuppoſiti: & poſſibile eſt ꝙ per talem ſuppoſitationem Chriſtus ſit præſens in altari ubi eſt panis & ita ꝙ ſine cōuerſione aut annihilatione paneitatis Chriſtus ſit in altari ſecundū poſſibilem ueritatem ſacramenti euchariſtiæ nō quidē inſtituti a Chriſto ſed poſſibilis inſtituti.

xxxvii. concluſio.

Qui credit iſtam propoſitionem uidelicet. ſi teneatur cōmunis uia de poſſibilitate ſuppoſitationis a deo reſpectu cuiuſcunqꝫ creaturæ. dico ꝙ ſine cōnerſione ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti uel paneitatis annihilatione fieri pōt ut in altari ſit corpus Chriſti ſecundū ueritatem ſacramenti quod ſit dictū loquendo de poſſibili nōn de ſic eſſe permittere ſenſum explicatum in præcedente concluſione non errat in fide. xxxviii. concluſio.

Iſta uerba hoc ē corpus meū & cætera. Cū a Chriſto ꝓlata ſunt ſignificatiue tenebant nō materialiter. xxxix. concluſio.

Iſta eadē uerba cū ab euāgelico ſacerdote cōſectāte ꝓferunt materialiter. i. recitatiue tenent nō ſignificatiue. xl. concluſio.

Miracula Chriſti quantum ad rem factam ſunt argumentū ꝙ fuerūt facta in uirtute diuina. xli. concluſio.

Miracula Chriſti quantum ad modum faciendi ſunt argumentum ꝙ ipſe Chriſtus faciens uirtutem diuinam a ſe habebat non aliunde.

xlii. cōcluſio.

xlii.concluſio.

Deus perfectiſſimo modo cognitionis cognoſcit & ſe & omnia alia a ſe.

xliii.concluſio.

Ideo eſt omnis perfectio ſimpliciter.

xliiii.concluſio.

Si utamur hoc nomine intellectualis ſecundum modũ Dionyſii ut dicit notitiam appropriatam naturæ angelicæ ſicut rationale dicit notitiam appropriatam naturæ humanæ tunc improprie dicimus ꝙ deus ſit intellectualis aut ꝙ intelligat.

xlv.concluſio.

Anima per illud intelligere abditum quod eſt directum & permanens ſine adminiculo ſenſus aut fantaſiæ ſe ipſam tantum actu & diſtincte intelligit.

xlvi.concluſio.

Aĩa p multiplices & uarios alios actus ſuos uaria & multiplicia alia a ſe intelligit.

CONCLVSIONVM FINIS.

Breue Alexãdri.vi.pont.Maximi Ad Io.Picũ Mirãdulã Cõcordiæ Comitẽ.
Dilecto filio nobili uiro Ioanni Pico Comiti Mirandulæ.

ALEXANDER PAPA .VI.

DILECTE Fili ſalutẽ & apoſtolicam beñ dictionem omniũ catholicorũ quieti & famæ eorũ præſertim quos generis nobilitas litterarum diſciplina uitæ fideiq́ orthodoxæ integritas cõmẽdat q̃tum cum deo licet cõſulimus. Dudum ſiquidem cum primũ ad fe.re.Innocentium papam octauum prædeceſſorẽ noſtrum & Romanam curiam te contuliſſes:& noningentas in theologia & aliis facultatibus cõcluſiones ex permiſſione præfati prædeceſſoris publice:ut moris eſt: diſputandas affixiſſes:quas ſub apoſtolicæ ſedis correctione te ſuſtentare offerebas. Et dictus prædeceſſor inter illas aliquas fidei & religioni noſtræ contrarias erroneas: ſcãdaloſas:& male ſonantes:ac de non ſana doctrina ſuſpectas ab aliquibus intellexiſſet: tunc integritati fidei cõſulere uolens:ne fideliũ mentes & præſertim ſimpliciũ qui ad huiuſmodi publicas diſputationes confluere ſolent corrumperentur: Nõnullis uenerabilibus fratribus:tunc ſuis:nunc noſtris epiſcopis: & aliis ſacræ theologiæ ac utriuſq́ iuris profeſſoribus per eum nominatis per litteras ſuas in forma breuis cõmiſit & mandauit ut contenta in dictis concluſionibus examinarent: an aliquæ ex illis ex ui uerborũ a fide catholica diſſonarent:aut hæreſim ſaperent: ſeu dubiæ & ancipites ad erroneum ſenſum trahi poſſent: & ipſi prædeceſſori referrent ſicuti plenius in dicto breui continetur:ut habita fideli relatione eorũ oportune prouideret. Qui quidem epiſcopi & profeſſores eidem prædeceſſori retulerunt quaſdã ſibi uideri concluſiones ſuſpectas:& ut aſſerebant hæreſim ſapientes: Quas tamẽ concluſiones gratia tantũ ſcholaſticæ diſputationis ac ſub apoſtolicæ ſedis correctione diſputãdas publicaueras:& tales demum eas te habiturũ profeſſus es:quales per eundem prædeceſſorem noſtrum iudicarentur:iureiurãdo promittens cuicunq́ declarationi quã ipſum prædeceſſorem ſuper hoc facere contingeret aſſenſurum. Deinde uero per dictum prædeceſſorem accepto te quendam alium librũ apologeticum edidiſſe in quo eaſdem concluſiones in meliorem & catholicum ſenſum declarans interpretabaris;& circa eas intellectũ ſinceræ fidei explicabas. Idẽ

prædeceſſor ne præmiſſæ propoſitiones corda fidelium quoquomodo corrumpe
rent/interdixit lectionem libelli prædictarum noningentarum cõcluſionum tetã-
men nullam ob præmiſſa incurriſſe extimationis notam declarauit:ut in eiſdem lit
teris quarum tenorem hic pro expreſſo haberi uolumus latius cõtinetur. Verum
eidem prædeceſſori poſtea aliquibus ſuggerentibus prætextu dicti apologetici te
præmiſſo iuramento tuo contrauenisſe:te in Galiis agentem ad curiam citari mañ
dauit:cuius mandatis reuerenter acceptis ad Romanam curiam regreſſurus iter
arripuiſti.Cũq; in Italiam perueniſſes ex beneplacito ipſius prædeceſſoris in par-
tibus Florentiæ ſubſtitiſti:Interim uero præmiſſis ad noſtram noticiam deductis
inquiſitaq; per nos totius negocii ueritate:Compertoq; & præſertim referentibus
Veñ.fratre noſtro Geor.epiſcopo Albanen.& Vlixbonẽ.ac dilectis filiis Ioã.Ba-
ptiſta de Vrſinis tituli ſanctorum.Io.& Pauli præſbytero:& Franciſco ſancti Eu-
ſtachii diacono.S.Ro.ec.Cardinalibus.Quibus ſpecialiter cõmiſeramus ut adhi
bito ſecum dilecto filio Paulo Genuẽ.theologiæ ac ordinis ſancti Dominici pro-
feſſore:& ſacri palatii apoſtolici magiſtro ſe accurate informarent & nobis refer-
rent.Nihil aliud poſtea contra te actum proceſſum ſeu attentatum fuiſſe.Quodq;
in eodem apologetico:quod in orthodoxam fidem a cuiuſuis ſuſpitionis nota mẽ
tem tuam apud omnes releuandam ſcripſeras iudicium & determinationem ipſius
prædeceſſoris ac ſedis apoſtolicę cui te humiliter ſubmiſiſti cõtinue expectare af-
firmabas:& in præmiſſa promiſſione & iuramento tuo perſtitens prout etiam per
ſiſtere intendis & denuo etiam promittis ideo nos bonam & integrã mentẽ & ſince
ritatem fidei ac in nos & ſedem apoſtolicam deuotionem & obedientiã tuã pater-
no affectu complectẽtes ac te quem ẽt diuina largitas uariis uirtutibus illuſtrauit
pro potiori cautela tua ab omni reatu periurii ſi quem ẽt forſan indirecte dicto iu-
ramento tuo cuius formam hic haberi uolumus pro expreſſo aliquo modo cõtra-
ueniendo incurriſſes abſoluentes & abſolutum fore cenſentes cauſam cõmiſſionis
huiuſmodi aduerſus te:& illius ſtatum indiuidualem pro expreſſo etiam habentes
& q̃tus pendeat coram quibuſcunq; iudicibus etiam ſanctę Romanæ eccleſiæ car
Accipe lector & has Ioannis Pici Mirandulæ lucubrationes leuioris curæ opera: quas forte nec ipſe uiuens inuulgaſſet: nec nos niſi celebratorum hominum crebris adhortamentis excitati. Leges primum orationem elegantiſſimam iuuenili quidem alacritate dictatam ſed a doctoribus prædoctrinæ & eloquentiæ faſtigio ſæpius admiratam: nec te moueat ſi plurima in eius calce conuiſuntur quæ & in apologiæ ſunt inſerta procœmio: quando illud foras publicauerit hanc domi ſemper tenuerit: nec niſi amicis communem fecerit: uidebis plęraque antiquorum dogmata abſtruſa prius in ænigmatis & fabularum in uolucris ingenioſiſſime reſerata. conatumque illum & robore & delinimentis oratoriis oſtendere q̃ priſcorum ſapientum poetica theologia noſtræ theologiæ Myſteriis ancillaretur: atq; utriuſq; nodis quibuſdam enodatis ad litterarias palæſtras homines inuitare: in his enim per id tempus frequētiſſimus fuit: quas poſtea quaſi grauiorum ſtudiorum præludia ludicraſq; pugnas derelinquens: ad ea quæ iam emiſimus: quæq; ſumus in poſterum emiſſuri emolienda conuertit animum: leges & nō nullas epiſtolas (omnes enim collegiſſe laborioſiſſimum) alias familiares tum per ætatem teneram tum prouectiorem ſcriptitatas alias poſtq̃ totum pectus deo dicauit ſanctiſſimis referta monitis exaratas illas & doctrinam & eloquentiam olere copioſiſſime deprænhendes: has & utrunq; affatim ſapere & chriſti amorem præter hæc uberrime ſpirare percipies.

ORATIO

ORATIO IOANNIS PICI MIRAN. CONCORDIAE COMITIS.

LEgi patres Colendiſſimi in Arabũ monumẽtis ĩterrogatũ Abdalã ſarracenũ:qd in hac q̃ſi Mũdana ſcęna/admirãdũ maxie ſpectaret:Nihil ſpectari hoĩe admirabiliꝰ rũdiſſe. Cui ſnīæ illud Mercurii adſtipulatꝰ:Magnũ o aſclepi mira culũ ē hõ.Hoꝝ dcõꝝ rõnẽ cogitanti mihi nõ ſatis ĩla facie bant quæ multa de humanæ naturæ præſtãtia afferunt a multis:eẽ hominẽ creaturaꝝ internũtiũ ſupis familiarẽ/ regẽ inferiorũ/ſenſuũ pſpicacia/rõnis ĩdaginẽ intelligẽtię lumẽ naturæ interpretẽ Stabilis eui & fluxi tpis ĩterſtitiũ &(qđ Perſæ dicũt)mũdi copulã ĩmo hymenæũ/ab angelis teſte Dauide paulo deminutũ.Magna hæc qdẽ/ſed nõ principalia.i.q̃ ſũmæ admirationis priuilegiũ ſibi iure uẽdicẽt.Cur.n.nõ ipſos angelos & beatiſſimos cæli choros magis admiremur? Tãdẽ ĩtellexiſſe mihi ſum uiſus cur fœliciſſimũ/ꝓīdeq; dignũ oĩ admiratione aĩal ſit hõ:Et q̃ ſit demũ illa cõditio q̃ in uniuerſi ſerie ſortitus ſit/nõ brutis mõ/ſed aſtris:ſed ultramũdanis mẽtibus inuidioſam. Res ſupra fidẽ & mira.Quidni? Nã & ꝓpea magnũ miraculũ & admirãdũ ꝓfecto aĩal iure hõ & dicitꝰ & exiſtimatꝰ.Sed quænã ea ſit audite pr̃es/& benignis auribus ꝓ ueſtra hũanitate hãc mihi operã cõdonate.

Aduertenda eſt magna abdalæ mercuriiq; ꝓpoſitio.

Hominis dignitas

Iã ſummus Pater architectus deus:hanc q̃ uidemus mũdanã domũ diuinitatis tẽplũ auguſtiſſimũ archanæ legibus ſapiẽtiæ fabrefecerat.Supcœleſtẽ regionẽ mentibꝰ decorarat:æthereos globos æternis aĩs uegetarat excremẽtarias ac fecułẽtas inferioris mũdi ptes oĩgena aĩaliũ turba cõplerat.Sed ope cõſumato/deſiderabat artifex eſſe aliquẽ q tanti opis rõnẽ ꝓpẽderet/ pulchritudinẽ amaret/magnitudinẽ admiraretꝰ. Idcirco iã rebꝰ oĩbus(ut Moſes Thimæuſq; teſtantꝰ abſolutis)de ꝓducẽdo hoĩe poſtremo cogitauit. Verꝫ nec erat ĩ archetypis unde nouã ſobolẽ effingeret/nec in theſauris:qđ nouo filio hæreditariũ largiretꝰ: nec in ſubſelliis totius orbis:ubi uniuerſi cõtẽplator iſte ſederet.Iã plena oĩa:oĩa ſũmis/mediis/infimiſq; ordinibus fuerant diſtributa. Sed nõ erat p̃nꝫ poteſtatis in extrema fœtura quaſi effœtã defeciſſe:nõ erat ſapiẽtiæ:Cõſilii inopia in re neceſſaria fluctuaſſe.Non erat benefici amoris:ut q in aliis eſſet diuinã liberalitatẽ laudaturus ĩ ſe illã damnare cogeretꝰ.Statuit tãdẽ optimꝰ opifex:ut cui dari nihil ꝓpriũ poterat cõe eſſet qcqd priuatũ ſingulis fuerat.Igitꝰ hoĩem accepit indiſcretæ opus imaginis/atq; ĩ mũdi poſitũ meditullio/ſic eſt allocutus. Nec certã ſedẽ/nec ꝓpriã faciẽ:nec munus ullũ peculiare tibi dedimus o/Adã:ut quã ſedẽ/q̃ faciẽ/q̃ munera tute optaueris/ea ꝓ uoto:pro tua ſnĩa habeas & poſſideas.Definita cæteris natura intra p̃ſcriptas a nobis leges coercetꝰ.Tu nullis anguſtiis coercitus ꝓ tuo arbitrio:in cuius manu te poſui tibi illã p̃finies. Mediũ te mũdi poſui/ ut circũſpiceres inde cõmodius qcqd eſt in mũdo.Nec te cæleſtẽ/neq; terrenũ/neq; mortalẽ/neq; ĩmortalẽ fecimus:ut tui ipſius quaſi arbitrarius honorariuſq; plaſtes & fictor/in q̃ malueris tute formã effingas.Poteris in inferiora quæ ſunt bruta degenerare:Poteris in ſupiora quæ ſunt diuina ex tui aĩ ſnĩa regenerari.O ſummã dei patris liberalitatẽ/ſummã & admirandã hoĩs fœlicitatẽ. Cui datũ id habere quod optat:id eẽ qđ uelit.bruta ſimul atq; naſcuntꝰ id ſecũ afferunt(ut ait Lucilius)ebulga matris/qđ poſſeſſura ſunt.Supremi ſpũs aut ab initio:aut paulo mox id fuerũt/qđ ſunt futu

Mundi cõſtitutio

Moſes Thimæus

Hoĩs prolatio

Voluntas libera in homine

Vnde trãſgreſſio illa aĩaꝝ de corporibꝰ in corpora huic ſnīę cõformis uidetꝰ ut pythagorici crediderunt

Lucilius

ri in ꝑpetuas æternitates.Naſcēti hoī oīſaria ſemina:& oīgenæ uitæ germina īdidit
pater.Quæ quiſq; excoluerit illa adoleſcēt:& fructus ſuos ferent in illo.Si uegetalia
Nota. planta fiet.Si ſenſualia obruteſcet.Si rōnalia cæleſte euadet aīal.Si intellectualia
angelus erit/& dei filius.& ſi nulla creaturaꝝ ſorte cōtentus in unitatis cētrū ſuæ ſe
recepit/unus cū deo ſpūs factus in ſolitaria prīs caligine q eſt ſup oīa cōſtitutus oī-
bus anteſtabit.Quis hūc noſtrū chamęleōta nō admiret'?aut oīno qs aliud qcq̄ ad
Aſclepius miret' magis?Quē nō imerito Aſclepius Athenienſis uerſipellis huius & ſe ipſam
Athenīē. trāſformātis naturæ argumēto ꝑ ꝓtheū in myſteriis ſignificari dixit.hinc illę apud
hebræos & pythagoricos metamorphoſes celebratæ.nā & hebræoꝝ theologia ſe
cretior nūc Enoch ſanctū in angelū diuinitatis quē uocāt   nūc in alia
alios numina reformāt.& Pythagorici ſceleſtos hoīes in bruta deformāt/& ſi Em-
Empedo- pedocli credit' ēt in plantas.Quas imitatus Maumeth illud frequēs hēbat in ore:
cles q a diuina lege receſſerit brutū euadere:& merito qdē.Neq;.n.plantā cortex:Sed
Nota. ſtupida & nihil ſentiēs natura:neq; iumēta coriū:ſed bruta aīa & ſenſualis:nec cælū
orbiculatū corpus:ſed recta rō:nec ſeq̄ſtratio corpis ſed ſpiritalis ītelligētia angelū
In quę hō facit.Si quē.n.uideris deditū uētri humi ſerpētē hoīem/frutex eſt nō hō quē uides:
trāſforma ſi quē in fantaſiæ q̄ſi calypſus uanis ꝑſtigiis cecuciētē & ſubſcalpēti delinitū illece
ri poteſt bra ſenſibus mācipatū:brutū eſt nō hō quē uides.Si recta pħum rōne oīa diſcernē
tē hūc uenereris/cæleſte eſt aīal nō terrenū:Si puꝝ cōtēplatorē corpis neſciū/in pe
netralia mētis relegatū:hic nō terrenū ñ cæleſte aīal:hic auguſtius eſt numē huma
na carne circūueſtitū.Ecqs hoīem nō admiret'?q ñ imerito ī ſacris līis Moſaicis &
xp̄ianis/nūc oīs carnis/nūc oīs creaturæ appellatiōe deſignat':qñ ſe ipſum ipſe in oīs
carnis faciē/in oīs creaturæ ingeniū effingit:fabricat:& trāſformat.Iccirco ſcribit
Fuantes Euātes pſa ubi chaldaicā theologiā enarrat:nō eſſe hoī ſuā ullā & natiuā imaginē
Perſa: extrarias multas & aduētitias.hinc illud chaldæoꝝ
                idest hō uariæ ac multiformis & diſſolutoriæ naturæ
aīal.Sed quorſum hęc?ut ītelligamus poſtq̄ hac nati ſumus cōditiōe/ut id ſimus qd
eē uolumus:Curare hoc potiſſimū debere nos/ut illud qdē in nos nō dicatur/cū in
honore eēmus nō cognouiſſe ſimiles factos brutis & iumētis īſipiētibus.Sed illud
Aſaph ꝑ- potius Aſaph ꝓphetæ:dii eſtis & filii excelſi oēs ne abutētes indulgētiſſima prīs li
pheta beralitate q̄ dedit ille liberā optionē:e ſalutari noxiā faciam' nobis.Inuadat aīum ſa
era q̄dā ambitio ut mediocribus nō cōtēti anhelemus ad ſumma/adq; illa(qñ poſſu
mus ſi uolumus)cōſequēda totis uirib' enitamur.Dedignemur terreſtria:Cęleſtia
cōtēnamus:& qcqd mūdi eſt deniq; poſthñtes/ultramūdanā curiam eminētiſſimæ
diuinitati proximā aduolemus.Ibi ut ſacra tradūt myſteria:Seraphin Cherubin &
Chororū Throni prīas poſſidēt/hoꝝ nos iā cedere neſcii & ſcdaꝝ īpatientes & dignitatē &
ſup cæle- gl'iam æmulemur.Erimus illis cū uolucrimus nihilo inferiores.Sed q̄ rōne/aut qd
ſtium effi tādē agētes?uideamus qd illi agāt q̄ uiuāt uitā.Eā ſi & nos uixerim'(poſſum'.n.)
gitio illoꝝ ſortē iā æquerimus.Ardet Saraph charitatis igne:Fulget Cherub ītelligētię
Nota. ſplēdorē:Stat Thronus iudicii firmitate.Igit' ſi actuoſæ addicti uitæ īferioꝝ curā
recto examine ſuſceperimus thronoꝝ ſtata ſoliditate firmabimur.Si ab actiōibus
feriati/ī opificio opificē ī opifice opificiū meditātes ī cōtēplādi ocio negociabiur:
luce cherubica undiq; coruſcabim'.Si charitate ipſū opificē ſolū ardebimus illius
igne q edax ē ī ſeraphicā effigiē repēte flāmabimur.ſup throno.i.iuſto iudice ſedet
de' iudex ſclōꝝ.Sup cherub.i.cōtēplatorē uolat atq; eū q̄ſi incubādo fouet.Spūs.n.
domini

dōmini ferē ſup aquas:has inq̃ quæ ſup cælos ſūt:quæ apud Iob dn̄m laudāt añlu-
canis hymnis.Q ui ſaraph.i.amator ē i deo ē/& deus in eo/imo & deus & ipſe unū
ſunt.Magna thronoꝝ ptās q̄ iudicādo.ſumma ſæraphinoꝝ ſublimitas q̄ amādo aſ-

Nos poſſe ſup cæleſtibus acq̃ri

ſeqmur.Sed quonā pacto uel iudicare qſq̃ uel amare pōt incognita? Amauit Mo-
ſes deū quē uidit:& adminiſtrauit iudex in populo:quæ uidit prius contēplator in
mōte.Ergo medius cherub ſua luce & ſeraphico igni nos præpat:& ad thronoꝝ iu
diciū pariter illuminat:hic ē nodus prīaꝝ mētiū:ordo palladicus:philoſophiæ cō
tēplatiuæ præſes:hic nobis & æmulādus prīo & ābiēdus/atq; adeo cōprēhēdēdus
ē:uñ & ad amoris rapiamur faſtigia:& ad munera actionū bene iſtructi paratiq; de
ſcēdamus.At uero opæpciū ſi ad exēplar uitæ cherubicæ uita nr̄a formāda ē:quæ
illa & q̄ psſit:quæ actiones/quæ illoꝝ opa præ oculis & in numerato habere.Q d'
cū nobis p nos q caro ſumus:& quæ humi ſunt ſapimus/cōſeq nō liceat:adeam⁹ an
tiquos patres:q de his rebus utpote ſibi domeſticis & cognatis/locuplectiſſimam
nobis & certā fidē facere pñt.Cōſulamus Paulū apoſtolū uas electiōis/qd ipſe cū

Pauli ſublimatio

ad tertiū ſublimatus ē cælū/agentes cherubinoꝝ exercitus uiderit.Rñdebit utiq;
Dionyſio interprete:purgari illos/tū illuminari.Poſtremo pfici:Ergo & nos che-
rubicā i terris uitā æmulātes/p moralē ſciētiā affectuū īpetus cohercētes/p diale-

Artiū liberaliū commendatio quibus immortales poſſumus effici

cticā rōnis caliginē diſcutiētes/q̄ſi ignorātiæ & uitioꝝ eluētes ſordes aīam purge-
mus:ne aut affectus temere debacchētur:aut rō īprudēs q̄nq; deliret.Tū bñ cōpo-
ſitā ac expiatā aīam naturalis philoſophiæ lumine pfundamus/ut poſtremo diui-
naꝝ reꝝ eā cognitiōe pficiamus:& ne nobis uoſtri ſufficiāt cōſulam⁹ Iacob patriar
chā:cuius imago ī ſede gloriæ ſculpta corruſcat.admonebit nos pr̄ ſapiētiſſimus in
inferno dormiēs/mūdo iſupno uigilās.Sed admonebit p figurā(ita eis oia cōtinge
bāt)eſſe ſcalas ab īmo ſolo ad cæli ſumma ptēſas multoꝝ graduū ſerie diſtīctas:fa

Nota

ſtigio dn̄m īſidere.Cōtēplatores angelos p eas uicibus alternātes aſcēdere & deſcē
dere.Q d ſi hoc idē nobis angelicā affectātibus uitā factitādū ē.quæſo qs dn̄i ſca-
las uel ſordidato pede/uel male mūdis manibus attīget? Impuro ut habēt myſteria
purū attīgere nephas.Sed q hi pedes? quæ manus? pfecto pes aīæ illa ē portio de

Pes aīæ

ſpicatiſſima/q̄ ipſa materiæ tāq̄ terræ ſolo initit/altrix inq̄ ptās & cibaria/fomes li-
bidinis/& uoluptuariæ mollitudinis magiſtra.Manus aīæ cur iraſcētiā non dixeri-

Manus animæ

mus:quæ appetētiæ ppugnatrix p ea decertat/& ſub puluere ac ſole pedatrix ra-
pit.Q uæ illa ſub umbra dormitās helluet has manus:hos pedes.i.totā ſenſualem
ptē in q̄ ſedet corpis illecebra:quæ aīam obtorto(ut aiūt)detinet collo.ne a ſcalis
tāq̄ pphani pollutiq; reiiciamur morali phīa q̄ſi uiuo flumine abluamus.At nec ſa
tis hoc erit ſi p Iacob ſcalā diſcurſantibus angelis comites eē uolumus/niſi & a gra-
du in gradū rite pmoueri/& a ſcalaꝝ tramite/de orbitare nuſq̄/& reciprocos obire
excurſus bene apti prius inſtructiq; fuerimus.Q d cū p artē ſermocinalē ſiue rōna
riā erimus cōſecuti/iā cherubico ſpiritu aīati p ſcalarum.i.naturæ gradus philoſo-
phātes a cētro ad cētrū oīa puadētes nūc unū q̄ſi oſyrim ī multitudinē ui titanica
diſcerpētes deſcēdemus:nūc multitudinē q̄ſi oſyridis mēbra ī unū ui phœbea colli
gētes aſcēdem⁹:donec ī ſinu prīs q ſup ſcalas ē tādē qeſcētes/theologica fœlicitatæ
cōſumabimur.Percōctemur & iuſtū Iob q fœdus iniit cū deo uitæ prius q̄ ipſe ede
ret ī uitā qd ſūmus deus ī decē illis cētenis millibus q aſſiſtūt ei potiſſimū deſideret
pacē utiq; rñdebit.Iuxta id qd apud eū legit/q facit pacē in excelſis:& qm̄ ſupremi
ordinis monita medius ordo inferioribus iterpretat:Interpretet nobis Iob theolo

Empedocles

Diſcordia quę in nobis ē q̃uo ſit ſedāda

Pria cā eſt p̄hia moralis q̄lis illa dirimitur

Scđa dialectica

Tertia p̄hia naturalis

Heraclit⁹ Homerus

Vltimus p̄hię finis ſecūdū pythagoricos

A Moſe q̄ſi edicirur p̄hię ſtudium amplexādū eſſe

gi uerba Empedocles phūs:Hic duplicē naturā in nr̄is aīs ſitā/quaꝝ altera ſurſum tollimur ad cæleſtia/alrera deorſum trudimur ad iſerna/p litē & amicitiā/ſiue bellū & pacē ut ſua reſtant carmīa/nobis ſignificat:ī qbus ſe lire & diſcordia ac tū furēti ſīlem ꝓlugū adiis/ī altū iactari cōquerit.Multiplex ꝓfecto pr̄es in nobis diſcordia:grauia & īteſtina domi hēmus & pluſq̄ ciuilia bella:q̄ ſi noluerimus ſi illā affectauerimus pacē/q̄ in ſublime ita nos tollat ut ītet excelſos dñi ſtatuamur:ſola ī nobis cōpeſcet ꝓrſus & ſedabit p̄hia:Moralis primū ſi nr̄ hō ab hoſtibus inducias tm̄ q̄ſierit/multiplicis bruti effrenes excurſiones & leonis iurgia/iras aīoſq; conundet.

Tū ſi rectius cōſulētes nobis ꝑpetuæ pacis:ſecuritatē deſiderauimus.Aderit illa & uota nr̄a liberaliter īplebit.Quippe q̄ cæſa utraq; beſtia q̄ſi icta porca inuiolabile īter carnē & ſpūm fœdus ſanctiſſimæ pacis ſanciet.Sedabit dialectica rationis turbas intet orationum pugnantias & ſyllogiſmorum captiones anxie tumultuantis. Sedabit naturalis p̄hia opīonis lites & diſſidia:q̄ inq̄etā hinc inde aīam uexant/diſtrahūt & lacerāt.Sed ita ſedabit:ut meminiſſe nos iubeat eſſe naturā iuxta Heraclitū ex bello genitā:ob id ab Homero cōtentionē uocitatā.Iccirco ī ea uerā q̄etē & ſolidā pacem ſe nobis ꝓ̄ſtare nō poſſe eſſe hoc dñæ ſuæ.i.ſanctiſſimæ theologiæ munus & priuilegiū.Ad illā ipſa & uiam mōſtrabit & comes ducet:q̄ ꝓcul nos uidens ꝑpetātes:Venite īclamabit ad me q laboraſtis:uenite & ego reficiā uos uenite ad me & dabo uobis pacē quā mūdus & natura uobis dare nō pn̄t. Tā blāde uocati:tā benigniter inuitati/alatis pedibus q̄ſi terreſtres Mercurii/in beatiſſimæ amplexus matris euolātes optata pace ꝑfruemur:pace ſanctiſſima/indiuidua copula/unanimi amicitia/qua oēs aī in una mēte q̄ ē ſup oēm mētē nō cōcordēt adeo.Sed ī effabili quodāmodo unū penitus euadāt.Hæc eſt illa amicitia quā totius p̄hiæ finē eſſe Pythagorici dicūt hæc illa Pax quā facit deus in excelſis ſuis:quā angeli in terrā deſcēdētes annūciatūt hoībus bonæ uolūtatis/ut p eā ipſi hoīes aſcendentes in cælū angeli fierēt.hāc pacē amicis:hāc nr̄o optemus ſæculo/optemus unicuiq; domui quā īgredimur:optemus aīæ nr̄æ:ut p eā ipſa dei domus fiat:ut poſtq̄ p moralē & dialecticā ſuas ſordes excuſſerit/multiplici p̄hia quaſi aulico apparatu ſe exornarit:portaꝝ faſtigia Theologicis ſertis coronarit:deſcēdat rex gloriæ:& cū patre ueniēs māſionē faciat apud eā.Quo tāto hoſpite ſi ſe dignā ꝓ̄ſtiterit q̄ eſt illius īmenſa clemētia:deaurato ueſtitu quaſi toga nuptiali multiplici ſnīaꝝ circūdata uarietate ſpecioſum hoſtē/nō ut hoſpitē iā/Sed ut ſpōſum excipiet a quo ne unq̄ diſſoluatur diſſolui cupiet a populo ſuo & domū patris ſui:imo ſe ipſam oblita:in ſe ipſa cupiet mori ut uiuat in ſpōſo:in cuius cōſpectu ꝓ̄cioſa ꝓfecto mors ſanctorum eius/mors inquā illa ſi dici mors debet plenitudo uitæ cuius meditationē eſſe ſtudiū phiæ dixerūt ſapientes.Citemus & Moſen ipm̄/a ſacroſanctæ & ineffabilis intelligētiæ fontana plenitudine:unde angeli ſuo nectare inebriant paulo deminutū.Audiemus uenerādū iudicē nobis in deſerta huius corporis ſolitudine habitantibus leges ſic edicētē:Qui polluti adhuc morali indigēt cū plebe habitēt extra tabernaculū ſub diuo quaſi theſſali ſacerdotes interim ſe expiātes.Qui mores iā cōpoſuerunt:in ſanctuariū recepti nōdū quidē ſacra attractent:Sed prius dialectico famulatu ſeduli leuitæ philoſophiæ ſacris miniſtrēt.Tū ad ea & ipſi admiſſi:nunc ſuperioris dei regiæ multicolorē.i.ſydereū aulicū ornatū:nūc cæleſte candelabrū ſeptē luminibus diſtinctū:nūc pellicea elementa/in p̄hię ſacerdotio contemplent:ut poſtremo per theologicæ ſublimitatis merita in tēpli adita recepti nullo imaginis intercedente

nis intercedente uelo/diuinitatis gloria ꝑfruant̃.Hæc nobis ꝓfecto Moſes & im-
perat & ĩperãdo admonet/excitat inhortat̃:ut ꝑ phiam ad futurã cæleſtẽ gloriam
dũ poſſumus iter paremus nobis.Verũenimuero nec Moſayca tãtũ aut Chriſtia-
na myſteria:ſed priſcoꝝ quoq; Theologia haꝝ de qbus diſputaturus acceſſi libe-
raliũ artiũ & emolumẽta nobis & dignitatẽ oñdit.Q uid eni aliud ſibi uolũt ĩ græ- Græcorũ
coꝝ arcanis obſeruati initiatoꝝ gradus.Q uibus primo per illas q̃s diximus quaſi arcana
ſebruales artes moralẽ & dialecticã purificatis:Cõtingebat myſterioꝝ ſuſceptio.
Q uæ qd aliud eſſe põt q̃ ſecretioris per phiam naturæ iterpretatio? T ũ demũ ita
diſpoſitis illa adueniebat εποπτεια.i.reꝝ diuinaꝝ per theologiæ lumẽ inſpectio.
Q uis talibus ſacris initiari nõ appetat? Q uis hũana oĩa poſthabens/fortunæ con
tẽnens bona/corpis negligẽs/deoꝝ cõuiuia adhuc degẽs in terris fieri nõ cupiat:&
æternitatis nectare madidus mortale aĩal ĩmortalitatis munere donari? quis nõ ſo
craticis illis furoribus a Platone in phœdro decãtatis/ſic afflari nõ uelit/ut alaꝝ pe Nã prim˚
dũq; remigio hinc.i.ex mũdo q eſt poſitus ĩ maligno ꝓpere aufugiens ad cæleſtem hoĩum ſo
Hieruſalẽ cõcitatiſſimo curſu ferat̃ Agemur p̃res agemur ſocraticis furoribus/qui crates dici
extra mẽtẽ ita nos ponãt:ut mẽtẽ nr̃am & nos ponãt in deo:agemur ab illis utiq;:ſi tur ethicẽ
qd eſt in nobis:ipſi prius egerimus nã ſi & ꝑ moralẽ affectuũ uires ita ꝑ debitas cõ- e cælo de-
petẽtias ad modulos fuerit itẽtæ ut ĩmota iuicẽ cõſonẽt cõtinẽtia:& ꝑ dialecticã rõ duxiſſe
ad numeꝝ ſe ꝓgrediẽdo mouerit/muſaꝝ ꝑciti furore cæleſtẽ harmoniã intimis au
ribus cõbibemus:Tũ muſaꝝ dux Bacchus in ſuis myſteriis.i.uiſibilibus naturæ ſi-
gnis iuiſibilia dei philoſophãtibus nobis oñdens ĩebriebit nos ab ubertate domus
dei:in q̃ tota ſi uti Moſes erimus fideles/Accedens ſacratiſſima Theologia duplici
furore nos animabit.Nã in illius eminẽtiſſimã ſublimati ſpeculã ide & q ſũt q̃ erũt
quæq; fuerint inſectili metientes æuo/& primeuã pulchritudinẽ ſuſpicientes illoꝝ
Phœbei uates huius alati erimus amatores & ieffabili demũ charitate q̃ſi æſtro ꝑ-
citi q̃ſi Seraphĩ ardẽtes extra nos poſiti/nũine pleni iã nõ ipſi nos:ſed ille erimus
ipſe q fecit nos.Sacra Apollinis noĩa ſi qs eoꝝ ſignificãtias & latitãtia ꝑſcrutet̃ my
ſteria ſatis oñdũt eẽ deũ illũ nõ minus phũm q̃ uatẽ:Q đ cum Ammonius ſatis ſit Ammoni˚
executus nõ eſt cur ego nũc aliter ptractẽ:ſed iubeant aĩum p̃res tria delphica p̃ce- Tria del-
pta oppido his neceſſaria:q nõ ficti ſed ueri apollinis q illuminat oẽm aĩam uenien phica præ
tẽ in hũc mũdũ ſacroſanctũ & auguſtiſſimũ tẽplũ ĩgreſſuri ſũt:uidebitis nihil aliud cepta
illa nos admonere:q̃ ut tripartitã hãc de q̃ eſt pñs diſputatio philoſophica totis uiri
bus amplectamur.Illud.n.μηδεν αγαν.i.ne qd nimis uirtutũ oĩum normã & regu
lã ꝑ mediocritatis rõnẽ de q̃ moralis agit recte ꝑſcribit.tũ illđ γνωθι σεαυτον.i.co
gnoſce te ipm ad totius naturæ nos cognitionẽ/cuius & iterſtitiũ & q̃ſi Cycnus na
tura eſt hoĩs excitat & ĩhortat̃:q.n.ſe cognoſcit ĩ ſe oĩa cognoſcit/ut Zoroaſter pri Zoroa
us deĩde Plato in alcibiade ſcripſerũt.Poſtrẽo hac cognitiõe ꝑ naturalẽ phiam illu ſter
minati iam deo ꝓximi ει.i.es dicẽtes theologica ſalutatione:uerũ Apollinẽ familia Plato
riter ꝓindeq; fœliciter appellabimus.Cõſulamus & Pythagorã ſapiẽtiſſimum ob Pythago-
id præcipue ſapiẽtẽ qđ ſapientis ſe dignũ noĩe nũq̃ exiſtimauit.Præcipiet prio ne rę p̃cepta
ſuper modiũ ſedeamus.i.rõnalẽ ptẽ q̃ aĩa oĩa metit̃ iudicat & examĩat ocioſa deſi- & eoꝝ de-
dia ne remittentes amittamus.Sed dialectica exercitatiõe ac regula & dirigamus claratio
aſſidue & excitemus.Tum cauẽda ĩ primis duo nobis ſignificabit/ne aut aduerſus
ſolẽ emingamus.aut iter ſacrificãdũ ungues reſecemus.Sed poſtq̃ ꝑ moralẽ & ſup
fluentiũ uoluptatũ fluxas eminxerimus appetẽtias/& unguiũ prælegmina q̃ſi acu

tas iræ ꝓminētias & aīoꝝ aculeos reſecuerimus/tū demū ſacris.i.de q̄bus mtēionē
fecimus bacchi myſteriis intereſſe: & cuius pr̄ ac dux merito ſol dicit̄ nr̄æ contem
platiōi uacare incipiamus. Poſtremo ut gallū nutriamus nos admonebit.i. ut diui-
nā aīæ nr̄æ ptem diuinaꝝ reꝝ cognitione q̄ſi ſolido cibo & cæleſti ambroſia paſca-
mus hic ē gallus cuius aſpectū leo.i.oīs terrēa ptās formidat & reuereť:hic ille gal

Vide galli multipli- cem emū- ctionem

lus cui datā eē intelligētiā apud Iob legimus. Hoc gallo cauēte aberrās hō reſipi-
ſcit hic gallus in matutino crepuſculo matutinis aſtris deū laudātibus quotidie cō
modulať.hūc gallū moriēs Socrates cū diuinitatem aī ſui diuinitati maioris mūdi
copulaturꝰ ſe ſperaret Aeſculapio.i.aīaꝝ medico iā extra oē morbi diſcrimē poſit̄
debere ſe dixit. Recēſeamus & chaldæoꝝ monumēta uidebimus(ſi illis credit̄)p
eaſdē artes patere uiā mortalibus ad fœlicitatē. Scribūt iterp̄tes Chaldæi uerbum

Zoroa ſtris quæ fuerit de aīa ſnīa

fuiſſe Zoroaſtris alatā eē aīam:cūq̧ alæ exciderēt ferri illā pceps in corpus:tū illis
ſubcreſcētibus ad ſupos reuolare/pcūctātibus eū diſcipulis quo pacto alis bn̄ plu-
mātibus uolucres aīos ſortirēť:irrigetis dixit alas aq̄s uitæ: Iteꝝ ſciſcitātibus unde
has aq̄s peterēt/ſic p pabolā(q erat hoīs mos)illis rn̄dit.q̄ttuor amnibus padiſus
dei abluit̄ & irrigať.Indidē uobis ſalutares aq̄s hauriatis nomē ei q ab aquilone
qđ rectū denotat ei q ab occaſu qđ expiatione ſignificat ei q
ab ortu qđ lumē ſonat/Ei q a meridie :qđ pietatē iterp̄tari poſ
ſumus. Aduertite aīum & diligēter cōſiderate p̄res qđ hæc ſibi uelit zoroaſtris dog
mata ꝑfecto nihil aliud niſi ut morali ſciētia quaſi boreali undis hibericis oculorū
ſordes expiemus dialectica quaſi boreali amuſſi illorū aciē lineemus ad rectū. Tū
in naturali cōtēplatione debile adhuc ueritatis lumen q̄ſi naſcentis ſolis incunabu
la pati aſſueſcamus:ut tādē p Theologicā pietatē: & ſacratiſſimū dei cultū q̄ſi cæle
ſtes aq̄læ meridiantis ſolis fulgidiſſimū iubar fortiter pferamus. hæ illæ forſan & a
Dauide decātatæ primū:& ab Auguſtino explicatæ latius matutinæ/meridianæ &
ueſptinæ cognitiones. Hæc eſt illa lux meridialis q ſeraphinos ad lineā inflāmat:&

Nota.

cherubinos piter illuminat:hæc illa regio q̄ uerſus ſemp antiquus pr̄ Abraā ꝓfici-
ſcebať:hic ille locus ubi imūdis ſpiritibus locū n̄ eē:& cabaliſtaꝝ & Mauroꝝ dog
mata tradiderūt. Et ſi ſecretioꝝ aliqđ myſterioꝝ fas ē uel ſub enigmate i publicū ꝓ

Hieremi- as

ferre:poſtq̄ & repēs e cęlo caſus nr̄i hoīs caput uertigīe dānauit & iuxta Hieremiā
ingreſſa p feneſtras mors:iecur/pectuſq̧ male affecit. Raphaelē cæleſtem medicū
aduocemus/q nos morali & dialectica uti pharmacis ſalutaribus liberet. Tum ad
ualitudinē bonā reſtitutos iā dei robur Gabriel ihabitabit. Qui nos p naturæ du-
cēs miracula ubiq̧ dei uirtutem ptātēq̧ indicans. Tandē ſacerdoti ſummo Michae
li nos tradet. Qui ſub ſtipēdiis p̄hiæ emeritos: Theologiæ ſacerdotio q̄ſi corona
præcioſi lapidis inſignet. Hæc ſunt patres colēdiſſimi quę me ad p̄hiæ ſtudiū non
animarunt mō ſed cōpulerūt. Quæ dicturus certe non erā niſi his rn̄derē q p̄hiæ
ſtudiū i principibus pręſertim uiris/ aut his oīo q mediocri fortuna uiuūt dānare

Arguitur magna nr̄i tēporis im becillitas quæ p̄hiæ ſtudia ſem p cōtēpſit-

ſolēt. Eſt.n.iam hoc totū p̄hāri.(Quæ eſt nr̄æ ætatis i fœlicitas)i cōtēptū potius
& cōtumeliā/q̄ i honorē & gloriā.ita inuaſit fere omnium mentes exitialis hæc &
mōſtroſa pſuaſio aut nihil aut paucis philoſophādū. Quaſi reꝝ cauſas naturæ ui-
as uniuerſi rōnē dei cōſilia cæloꝝ terræq̧ myſteria præ oculis præ manibus explo
ratiſſima hēre. Nihil ſit ꝓrſus niſi uel gratiā iē aucupari aliquā/ uel lucrū ſibi q̄s cō
parare poſſit:qn eo deuctū ē ut iā(ꝓh dolor)nō exiſtimēť ſapiētes niſi q mercēna-
riū faciūt ſtudiū ſapiētiæ/ut ſit uidere pudicā palladē/deoꝝ muner̄ iter hoīes diuer
ſantem

ſanté eiici/explodi/ex ſibilari. Nõ hẽre q̃ amet/q̃ faueat/niſi ipſa q̃ſi ꝓſtás & præſto
ratæ uirginitatis accepta mercedula/male patũ æs ĩ amatoris arculá referat q̃ om⸗
nia ego nõ ſine ſũmo dolore & idignatiõe ĩ huius tẽporis nõ principes/ſed phõs di/
co/q̃ iõ nõ eẽ philoſophãdũ & credũt & prædicant:q̃ phĩs nulla merces nulla ſint Nota
præmia cõſtituta q̃ſi nõ oſtẽdãt ipſi hoc uno noĩe ſe nõ eẽ phõs. Q̃d cũ tota eorũ
uita ſit uel in quæſtu/uel ĩ ambitiõe poſita ipſam p̃ ſe ueritatis cognitionẽ nõ ample
ctunt̃: Dabo hoc mihi & me ipm̃ hac ex pte laudare nihil erubeſcã: me nũq̃ alia de
cã phãtũ niſi ut phãrer/nec ex ſtudiis meis/ex meis lucubrationibus mercedẽ ullã
aut fructũ uel ſperaſſe aliũ uel quæſiiſſe/q̃ aĩ cultũ/& a me ſemp̃ plurimũ deſidera⸗
tæ ueritatis cognitionẽ. Cuius ita cupidus ſemp̃ & amãtiſſimus fui: ut relicta oĩ pri
uatarũ & publicarũ rerũ cura: Cõtẽplãdi ocio totũ me tradiderim a quo nullæ inui/
dorũ obtrectatiões/nulla hoſtiũ ſapiæ maledicta/uel potuerũt añ hac/ uel ĩpoſte⸗
rũ me deterrere poterũt. Docuit me ipſa philoſophia a ꝓpria potius cõſciẽtia q̃ ab Q uid
externis pẽdere iudiciis: Cogitareq̃ ſemp̃ nõ tã ne male audiã/q̃ ne q̃d male uel di⸗ phĩa in pi
cã ipſe uel agã. Equidẽ nõ erã neſcius patres colẽdiſſimi futurã hanc ipſã meã diſpu co opera⸗
tationẽ/q̃ uobis oĩbus q̃ bonis artibus fauetis/& auguſtiſſima ueſtra præſentia illã ta ſit
honeſtare uoluiſtis/gratã atq̃ iocũdã tã multis aliis grauẽ atq̃ moleſtã: & ſcio non
deeſſe q̃ ĩceptũ meũ & dãnarint antehac & in præſentia multis noĩbus dãnent: Ita
cõſueuerũt nõ pauciores ne dicã plures habere oblatratores quæ bñ ſanctæq̃ agũ
tur ad uirtutẽ: q̃ quæ iniquæ & ꝑperã ad uitiũ: Sunt aũt q̃ totũ hoc diſputãdi gen⁹
& hanc de litteris publice diſceptãdi inſtitutionẽ nõ approbẽt: ad põpã potius in⸗
genii & doctrinæ oſtẽtationẽ q̃ ad cõparandã eruditionẽ eſſe illã aſſeuerãtes. Sũt
qui hoc quidem exercitationis genus non ĩprobent: ſed in me nullo modo ꝓbent:
q̃d ego hac ætate/quartũ.ſ. & uigeſimũ modo natus annũ de ſublimibus chriſtia⸗ Q ua æta
næ theologiæ myſteriis: de altiſſimis phĩę locis/de incognitis diſciplinis in celebra te Nõgen
tiſſima urbæ: in ampliſſimo doctiſſimorũ hominum cõſenſu: in apoſtolico ſenatu di tas illas
ſputationẽ ꝓponere ſim auſus: Alii hoc mihi dantes quod diſputem id dare nolunt concluſio
q̃d de nongentis diſputẽ quæſtionibus/Tam ſuperfluo & ambitioſe q̃ ſupra uires nes diſpu/
id factum calumniantes: horum ego obiectamẽtis & manus ilico dediſſem ſi ita q̃ tandas ex
profiteor phĩa me edocuiſſet: & nũc illa ita me docente nõ reſponderem ſi rixandi poſuit
iurgandiq̃ propoſito conſtitutam hanc inter nos diſceptationẽ crederem. Q uare
obtrectandi oẽ laceſſendiq̃ ꝓpoſitũ/& quẽ ſcribit Plato a diuino ſemp̃ abeſſe cho⸗ Plato
ro a nřis quoq̃ mẽtibus faceſſat liuor. & an diſputãdũ a me/an de tot etiã quæſtio
nibus amice incognoſcamus. Primũ q̃dẽ ad eos qui hũc publice diſputãdi morem
calũniant̃/multa nõ ſum dicturus: q̃ñ hæc culpa/ſi culpa cẽſet̃/nõ ſolũ uobis oĩbus
doctores excellentiſſimi q̃ ſæpius hoc mũere nõ ſine ſũma & laude & gloria functi
eſtis: ſed Platoni/ſed Ariſtoteli ed probatiſſimis omniũ ætatũ philoſophis mecum
ẽ cõmunis. Q uibus erat certiſſimũ nihil ad cõſequẽdã quã quærebãt ueritatis co/
gnitionẽ ſibi eẽ potius q̃ ut eẽnt in diſputandi exercitatiõe frequẽtiſſimi. Sicut.n.p̃ Q uã ne⸗
gymnaſticã corporis uires firmiores fiũt: ita dubio ꝓcul in hac quaſi litteraria pa ceſſaria ſit
leſtra aĩ uires & fortiores lõge & uegetiores euadũt. Nec crediderim ego/aut Poe diſputãdi
tas aliud p̃ decantata Palladis arma/aut hebræos cũ ferrũ ſapiẽtum palęſtra
ſymbolũ eſſe dicũt: ſignificaſſe nobis q̃ hõeſtiſſima hoc genus certamina adipiſcẽ eiuſq̃ glo/
dæ ſapiæ oppido q̃ neceſſaria. Q uo forte fit ut & Chaldæi ĩ eius geneſi q̃ phũs ſit ria decan/
taturus illud deſiderent ut Mars & Mercurius triquetro aſpectu conſpiciant/qua tatur

ſi ſi hos cõgreſſus/hęc bella ſubſtuleris/ſomniculoſa & dormitãs futura ſit oĩs phĩa.
At uero cũ his q me huic ꝓuiciæ ĩparẽ dicũt:diffilior ẽ mihi rõ defenſionis.Nam ſi
parẽ me dixero forſitã ĩmodeſti & de ſe nimia ſentiẽtis/ſi ĩparẽ fatebor/temeratii &
ĩcõſulti notã uideor ſubiturus.Videte in q̃s ĩcidi anguſtias:quo loco ſim cõſtitutus
dũ nõ poſſũ ſine culpa de me ꝓmittere:qđ nõ poſſum mox ſine culpa nõ præſtare.
Forte & illud Iob afferre poſſem/ſpũm eſſe ſpũm in oĩbus:& cũ Timotheo audire
nemo cõtẽnat adoleſcẽtiã tuã:ſed ex mea uerius hoc cõſcientia dixero/nihil eſſe in
nobis magnũ uel ſingulare.Studioſum me forte & cupidũ bonarũ artiũ nõ inficia-

Vide quo pacto ſe tueatur

tus:docti tñ nomẽ mihi uec ſumo nec arrogo.Quare & qđ tã grãde humeris onus
impoſuerim/nõ fuit propterea ꝙ mihi cõſcius noſtræ infirmitatis nõ eſſem:Sed qđ
ſciebã hoc genus pugnis:ideſt litterariis eſſe peculiare qđ in eis lucꝝ ẽ uinci.Quo
fit ut imbeciliſſimus quiſq;non detractare modo:ſed appetere ultro eas iure poſſit
& dẽat.quãdo quidẽ qui ſuccumbit beneficiũ a uictore accipit nõ iniuriam:quip-
pe qui per eũ & locupletior domũ.i.doctior & ad futuras pugnas redit ĩſtructior.
Hac ſpe animatus ego ĩfirmus miles cũ fortiſſimis oĩum ſtrenuiſſimiſq; tã grauem
pugnam decernere nihil ſum ueritus.Quod tñ temere ſit factũ nec ne rectius utiq;
de euentu pugnæ q̃ de nr̃a ætate poteſt quis indicare:reſtat ut tertio loco his reſpõ
deã qui numeroſa ꝓpoſitarũ rerũ multitudine offendunť/quaſi hoc eorũ humeris
ſederet onus:& nõ potius hic mihi ſoli q̃tuſcũq; ẽ labor eẽt exãclãdus.Indecẽs pro

Cicero

fecto hoc & moroſum nimis uelle alienæ ĩduſtriæ modũ ponere.Et ut ĩnqt Cicero
in ea re:quæ eo melior quo maior/mediocritatẽ deſiderare.Omnino tã grandibus
auſis erat neceſſe/me uel ſuccũbere uel ſatiſfacere.Si ſatiſfacerẽ nõ uideo cur qđ in
decẽ præſtare quæſtionibus ẽ laudabile/in nõgentis ẽt præſtitiſſe culpabile exiſti-
meť.Si ſuccũberẽ habebũt ipſi/ſi me oderũt unde accuſarent:Si amant unde excu
ſent.Quoniã in re tã graui/tã magna/tenui ingenio/exiguaq; doctrina/adoleſcẽtẽ
hominẽ defeciſſe uenia potius dignũ erit q̃ accuſatione.Quin & iuxta poetã ſi de-
ficiunt uires/audacia certe laus erit in magnis & uoluiſſe ſat eſt.Quod ſi nr̃a ætate

Excuſatio a cõcluſionum multitudine

multi Gorgiã leõtinũ imitati:nõ modo de nõgẽtis:ſed de oĩbus ẽt oĩum artium qõ
nibus ſoliti ſunt nõ ſine laude ꝓponere diſputationẽ cur mihi nõ liceat uel ſine cul-
pa de multis qdẽ:ſed tñ certis & determinatis diſputare.At ſupfluũ inquiũt hoc &
ambitioſum.Ego uero nõ ſupfluo mõ:ſed neceſſario factũ hoc a me cõtẽdo:qđ & ſi

Hanc aũt ſectarum multiiugã collectionem in frõte libri quęſtionũ uidere licet ubi hoc idẽ ab hinc uſq; ad huius oꝛonis cal cetepetiť

ipſi mecũ philoſophãdi rõnẽ cõſiderarent inuiti ẽt fateanť plane neceſſe eẽt.Qui
enim ſe cuipiã ex philoſophorũ familiis addixerunt:Thomæ uidelicet aut Scoto/
q nũc plurimũ in manibus fauentes/poſſunt illi qdẽ uel in paucarũ quæſtionũ di-
ſcuſſione ſuæ doctrinæ piculũ facere.At ego ita me inſtitui ut in nullius uerba iu-
ratus/me per oẽs philoſophiæ magiſtros funderẽ/oẽs ſcedas excuterẽ/omnes fami
lias agnoſcerẽ.Quare cũ mihi de illis oĩbus eſſet dicẽdũ:neſi priuati dogmatis de
fenſor reliqua poſt habuiſſem illi uiderer obſtrictus.Nõ potuerunt etiam ſi pauca
de ſingulis ꝓponerenť/non eſſe plurima quæ ſimul de oĩbus afferebantur.Nec id
in me quiſq̃ damnet qđ me quocunq; ferat tempeſtas deferar hoſpes.Fuit enim cũ
ab antiqs oĩbus hoc obſeruatũ:ut omne ſcriptorum genus euoluẽtes/nullas quas
poſſent cõmentationes illectas præterirẽt:Tum maxime ab Ariſtotele qui eam ob
cauſam αναγνωστης.i.lector a Platone nuucupabatur:& profecto anguſtæ eſt
mentis intra unam ſe porticũ aut academiam continuiſſe.Nec põt ex omnibus ſibi
recte propriã ſe legiſſe/qui omnes prius familiariter non agnouerit.Adde quod in
una quaq;

una quæq; familia eſt aliquid inſigne quod nō ſit ei cōmune cū cæteris. Atq; ut a no
ſtris ad quos poſtremo philoſophia puenit nūc exordiar. Eſt in Ioāne Scoto uege
tū quid dā atq; diſcuſſum. In Thoma ſolidum & æquabile. In Egidio terſum & exa
ctū. In Franciſco acre & acutū. In Alberto priſcū/amplū/& grāde. In Hērico ut mi
hi uiſum eſt ſemp ſublime & uenerandū: Eſt apud Arabes in Auerroe firmū & in-
cōcuſſum. In Auempace. In Alpharabio graue & meditatū. In Auicēna diuinū at-
q; Platonicū. Eſt apud græcos in uniuerſum qdē nitida imprimis & caſta philoſo-
phia. Apud Simpliciū locuples & copioſa. Apud Themiſtiū elegās & cōpēdiaria.
Apud Alexandrū cōſtans & docta. Apud Theophraſtū grauiter elaborata. Apud
Ammoniū enodis & gratioſa: Et ſi ad Platonicos te cōuerteris/ut paucos pcenleā.
In Porphyrio rerū copia & multiiuga religione delectaberis. In Iamblico ſecretio
rē philoſophiā & barbarorū myſteria ueneraberis. In Plotino priuū qcq̄ nō eſt qđ
admireris. q ſe undiq; præbet admirandū: quē de diuinis diuine: de humanis longe
ſupra hominē docta ſermonis obliquitate loquentē ſudantes Platonici uix intelli
gūt. Prætereo magis nouitios Proculū aſiatica fertilitate luxuriantē: & q ab eo flu
xerūt: Damaſcū: Olympiodorū & cōplures alios: in qbus omnibus illud τὸ θεῖον
.i. diuinū peculiare Platonicorū ſymbolū elucet ſemp. Accedit qđ ſi qua eſt ſecta
quæ ueriora inceſſat dogmata & bonas cauſas ingenii calumnia ludificet: ea ueri
taté firmat nō infirmat: & uelut motu quaſſatā flammā excitat non extinguit. Hac
ego rōne motus nō unius modo (ut quibuſdam placebat) Sed omnigenæ doctri-
næ placita in mediū afferre uolui: ut hac cōpluriū ſectarū collatiōe: ac multifariæ
diſcuſſione phiæ: ille ueritatis fulgor cuius Plato meminit in epiſtolis: animis nřis Plato
quaſi ſol oriens ex alto clarius illuceſceret. Q uid erat ſi latinoꝝ tantum: Alberti. ſ.
Thomæ: Scoti: Egidii: Franciſci: Henriciq; philoſophia: omiſſis græcoꝝ arabūq;
philoſophis tractabit? Q uādo oīs ſapientia a barbaris ad græcos/a græcis ad nos
manauit. Ita noſtrates ſemp in philoſophandi rōne/peregrinis inuentis ſtare & alie
na excoluiſſe ſibi duxerūt ſatis: Q uid erat cū Peripateticis egiſſe de naturalibus/
niſi & Platonicoꝝ accerſebat academia/quorū doctrina & de diuinis ſempiter oēs Acade-
philoſophias/teſte Auguſtino habita eſt ſanctiſſima & a me nunc primū/qđ ſciam miç ho-
(uerbo abſit inuidia) poſt multa ſæcula ſub diſputandi examē eſt in publicū allata. nor
Q uid erat & aliorū quot quot erāt tractaſſe opiniones ſi quaſi ad ſapientū ſympo Auguſti.
ſiū a ſymboli accedētes/nihil nos qđ eſſet noſtꝝ/noſtro partū & elaboratū ingenio
afferebamus. Profecto ingeneroſum eſt (ut ait Seneca) ſapere ſolū ex cōmētario:
& quaſi maiorum inuenta noſtræ induſtriæ uiā præcluſerint: quaſi in nobis effœta Seneca
ſit uis naturæ: nihil ex ſe parere/qđ ueritatē ſi nō demōſtret ſaltem innuat uel de lō-
ginquo. Q uod ſi in agro colonus/in uxore maritus odit ſterilitatē: certe tanto ma- Q uam ce
gis infœcundam animā oderit illi cōplicita & aſſociata diuina mens: quāto inde no lerrime
bilior longe ples deſideraē. Propterea nō cōtentus ego præter cōmunes doctrinas: Abſtruſas
multa de Mercurii triſmegiſti priſcs theologia/multa de Chaldæorū de Pythago- inuenerit
ræ diſciplinis multa de ſecretioribus hebræorū addidiſſe myſteriis: plurima quoq; doctrinas
per nos inuenta & meditata/de naturalibus & diuinis rebus diſputāda pōſuimus. Q uid
Propoſuimus primo Platonis Ariſtoteliſq; cōcordiam a multis ante hac creditam/ boetius
a nemine ſatis pbatā. Boetius apud latinos id ſe facturū pollicitus nō inuenitur fe/ ſimpliciuſ
ciſſe unq̄: qđ ſemper facere uoluit. Simplicius apud græcos idē profeſſus/ utinam q; pollici-
id tā præſtaret q̄ pollicet. Scribit & Auguſtinus in Academicis non defuiſſe plu- ti ſint

res qui ſubtiliſſimis ſuis diſputationibus idẽ ꝓbare conati ſint.Platonis.ſ.& Ariſto-
telis eandẽ eſſe philoſophiã.Ioannes itẽ grãmaticus cũ dicat apud eos tantum diſ-
ſidere Platonẽ ab Ariſtotele qui Platonis dicta nõ ĩtelligunt/ꝓbãdum tñ poſteris
hoc reliq̃t.Addidimus aũt & plures locos:in q̃bus Scoti & Thomæ plures/In qui

Nota

bus Auerrois & Auicẽnæ ſententias quæ diſcordes exiſtimanẗ cõcordes eſſe nos
aſſeueramus.Scđo loco quæ in philoſophia cũ Ariſtotelica tum Platonica excogi

Nota pici dogmatũ numerum

tauimus nos/tum duo & ſeptuaginta noua dogmata phyſica & metaphyſica collo
cauimus:quæ ſi q̃s teneat poterit niſi fallor quod mihi erit mox manifeſtum/q̃cun
q; de rebus naturalibus diuiniſq; propoſitã quæſtionẽ longe alia diſſoluere rõne.q̃
p eã edoceamur.quæ & legiẗ in ſcholis & ab huius æui doctoribus coliẗ philoſo-
phiã.Nec tã admirari q̃s debet patres me in primis annis/in tenera ætate p q̃ uix li
cuit(ut iactant quidã)alioꝝ legerẽ cõmentatiões/nouã afferre uelle philoſophiã
q̃uel laudare illã ſi defendiẗ/uel damnare ſi reprobaẗ & deniq; cum noſtra inuenta
hæc/noſtraſq; ſint litteras iudicaturi/nõ auctoris annos:ſed illorum merita potius

Noua per numeros philoſo-phãdi in-ſtitutio

uel demerita numerare.Eſt autẽ & præter illam:alia quam nos attulimus noua per
numeros philoſophandi inſtitutio antiqua illa quidem & a Priſcis theologis/a Py
thagora præſertim/ab Aglaopheno/Aphilolao/a Platone/prioribuſq; Platonicis
obſeruata.Sed quæ hac tempeſtate ut præclara alia poſteriorum incuria ſic exole
uit:ut uix ueſtigia ipſius ulla reperiantur.Scribit Plato in epimonide inter omnes

Plato

liberales artes & ſcientias contemplatrices præcipuam maximeq; diuinam eſſe ſci
entiam numerandi.Quærens item cur homo animal ſapientiſſimum?Reſpondet

Ariſtote.

q̃a numerare nouit.Cuius ſnĩæ & Ariſtoteles meminit in ꝓblematis.Scribit Abu-

Abuma.

maſar uerbum fuiſſe Auẽzoar Babylonii/eum oĩa noſſe q̃ nouerat nũerare. Quæ
uera eſſe nullo mõ pñt ſi per numerandi artẽ/eã artem intellexerũt cuius nũc mer-
catores imprimis ſunt peritiſſimi:q̃d & Plato teſtatur exerta nos admonens uoce ne
diuinã hanc arithmeticã/mercatoriã eſſe arithmeticã intelligamus.Illã ergo arith
meticã quæ ita extolliẗ/Cum mihi uidear poſt multas lucubrationes exploratam
hr̃e huiuſce rei piculũ facturus/ad q̃ttuor &.lxx.quæſtiones quæ inter phyſicas &
diuinas principales exiſtimanẗ:reſponſurũ p numeros publice me ſum pollicitus.

Magicoꝝ Theore-marũ peritia pico haud ab-ſtruſa

Propoſuimus & magica theoremata:in q̃bus duplicẽ eſſe magiã ſignificauimus:q̃
rũ altera dæmonũ tota ope & auctoritate cõſtat res medius fidius execrãda/& por
tentoſa.Altera nihil eſt aliud cũ bene exploraẗ quã naturalis phiæ abſoluta cõſu-
matio.Vtriuſq; cũ meminerint græci illam magiæ nullo mõ noĩe dignantes γοη-
τειαν nuncupãt.Hãc propria peculiariq; appellatione μαγειαν quaſi pfectã/ſum
mãq; ſapientiã uocant.Idẽ.n.ut ait Porphyrius Perſaꝝ lingua magnus ſonat quod

In quęſtio ne de ma-gia & ca-bala uide pluriora

apud nos diuinoꝝ interpres & cultor.Magna aũt/imo maxima p̃res iter has artes
diſparilitas & diſſimilitudo.Illã non modo chriſtiana religio:ſed oẽs leges/oĩs be-
ne inſtituta res pu.dãnat & execraẗ:hanc oẽs ſapiẽtes/oẽs cæleſtiũ & diuinaꝝ reꝝ
ſtudioſæ nationes approbãt & amplectunẗ.Illa artiũ fraudulentiſſima:hæc altior
ſanctiorq; phia:illa irrita & uana:hæc firma fidelis/& ſolida.Illã q̃ſq̃s coluit ſemp
diſſimulauit:q; in auctoris eſſet ignominiã & cõtumeliam.ex hac ſumma lr̃aꝝ cla-
ritas gloriaq; antiq̃tus/& pene ſemp petita.Illius nemo unq̃ ſtudioſus fuit uir phũs
& cupidus diſcendi bonas artes.Ad hanc Pythagoras Empedocles/Democritus/
Plato diſcẽdã nauigauere:Hãc prædicauerũt reuerſi/& in archanis præcipuam ha
buerũt.Illa ut nullis rõibus/ita nec certis ꝓbaẗ auctorib':Hæc clariſſimis q̃ſi pa-
rentibus

rentibus honeſtata/duos præcipue habet auctores Xamolſidẽ quẽ imitatus ẽ Ab/
baris hyperboreus/& Zoroaſtrẽ nõ quẽ forte creditis:ſed illũ oromaſi filiũ. Vtri/ Magiceq
uſq;/magia qd ſit Platonẽ ſi pcõtemur rñdebit in alcibiade: Zoroaſtris magiá non auctores
eẽ aliđ q̃ diuioꝝ ſciam/q̃ filios Perſaꝝ reges erudiebãt:ut ad exẽplar mũdanæ reip.
ſuá ipſi regere.rẽ.p.edocerenť. Rñdebit ĩ carmide magiá Xamolſidis eẽ animi me
dicinã p q̃.ſ.aĩo tẽpantia/ut p illã corpori ſanitas cõparať.hoꝝ ueſtigiis poſtea per
ſtiterũt Carõdas/Damigero/Apollonius Hoſtanes & Dardanus. Perſtitit Home
rus quẽ ut oẽs alias ſapias/ita hãc quoq; ſub ſui ulyxis erroribus diſſimulaſſe ĩ poe
tica nña Theologia aliqñ ꝓbabimus. Perſtiterũt Eudoxus & Hermippus. Perſtite
rũt fere oẽs q Pythagorica platonicaq; myſteria ſunt pſcrutati. Ex iunioribus ãt q
eá olfecerint tres repio Alchindũ Arabẽ: Rogeriũ Baconẽ & Guilielmũ pariſien.
Meminit & Plotinus/ubi naturæ miniſtrũ eẽ & nõ artificẽ magũ demõſtrat: Hanc
magiá ꝓbat aſſeueratq; uir ſapiẽtiſſimus: alterá ita abhorrens: ut cũ ad malorũ dæ
monũ ſacra uocareť: rectius eẽ dixerit ad ſe illos q̃ ſe ad illos accedere: & merito q
dẽ. Vt.n.illa obnoxiũ mãcipatũq; improbis poteſtatibus hominẽ reddit: Ita hæc
illarũ prĩcipẽ & dñm. Illa deniq; nec artis nec ſciẽtiæ ſibi põt nomẽ uẽdicare. Hæc
altiſſimis plena myſteriis ꝓfundiſſimã rerũ ſecretiſſimarũ cõtẽplationẽ: & demum
totius naturæ cognitionẽ cõplectiť. Hæc inter ſparſas dei beneficio & inter ſemi/
natas mũdo uirtutes q̃ſi de latebris euocans in lucẽ. Nõ tã facit miranda q̃ faciẽti
naturæ ſedula famulať. Hæc uniuerſi cõſenſum: quem ſignificãtius græci συμπα
θειαν dicunt introrſum pſcrutatius rimata: & mutuã naturaꝝ cognitionẽ habens p
ſpectam: natiuitas adhibẽs unicuiq; rei & ſuas illecebras: quæ magoꝝ ιυγγεσ no
minanť in mũdi receſſibus: in naturæ gremio in ꝓmptuariis arcaniſq; dei latitãtia
miracula: quaſi ipſa ſit artifex ꝓmit in publicũ: & ſicut agricola ulmos uitibus/ita
magus terrã cælo.i.inferiora ſupiorũ dotibus uirtutibuſq; maritat. Quo fit ut q̃ il
la ꝓdigioſa & noxia/tã hæc diuina & ſalutaris appeat. Ob hoc præcipue q illa ho
minẽ dei hoſtibus mãcipãs/auocat a deo: hæc in eã operũ dei admirationẽ excitat
q̃ ꝓpenſa charitas/fides/ac ſpes/certiſſime cõſequunť. Neq;.n.ad religionẽ/ad dei
cultum qcq̃ ꝓmouet/magis/q̃ aſſidua cõtẽplatio mirabiliũ dei: quæ ut p hãc de q̃ Nota
agimus naturalẽ magiam bene explorauerimus: in opificis cultũ amoremq; arden
tius aĩati: Illud canere cõpellemur. Pleni ſunt cæli/plena ẽ oĩs terra maieſtate glo/
riæ tuæ. Et hæc ſatis de magia: đ qua hæc diximus qđ ſcio eſſe plures q ſicut canes
ignotos ſemp ad latrant/ita & ipſi ſæpe damnãt oderũtq; quæ nõ intelligũt. Venio
nũc ad ea quæ ex antiqs hebræorũ myſteriis eruta/ad ſacroſanctã & catholicã fidẽ
cõfirmãdam attuli. quæ ne forte ab his qbus ſint ignota cõmẽtitiæ nugæ aut fabu
læ circũlatorũ exiſtimenť: uolo intelligãt oẽs/quæ & qualia ſint/unde petita/qbus
& q̃ claris auctoribus cõfirmata/& q̃ repoſita/q̃ diuina/q̃ noſtris hoĩbus ad ꝓpu/
gandã religionẽ cõtra hebræorũ importunas calũnias ſint neceſſaria. Scribũt non
modo celebres hebræorũ doctores: ſed ex nr̃is quoq; Heſdras/Hilarius & Orige/ Doctores
nes: Moſen nõ legẽ modo/q̃ qnq; exaratã libris poſteris reliquit: ſed ſecretiorẽ quo hebræorũ
q; & uerã legis enarrationẽ in monte diuinitus accepiſſe: præceptũ aũt ei a deo ut qd dicanť
legẽ qdem populo publicaret: legis interpretationẽ nec traderet litteris nec inuul
garet. Sed ipſe ieſunaue tm̃/tum ille aliis deinceps ſuccedentibus ſacerdotum pri/
moribus/magna ſilentii religione reuelaret. Satis erat per ſimplicem hiſtoriã nũc
dei potentiam/nunc improbos iram/in bonos clementiã/in omnes iuſticiam agno

ſcere:& p dinina ſalutariaq; præcepta ad bene beatæq; uiuẽdũ/& cultũ ueræ reli-
gionis inſtitui. At myſteria ſecretiora/& ſub cortice legis/rudiq; uerbo℞ prætextu
latitãtia/altiſſimæ diuinitatis arcana/plebi palã facere:qđ erat aliud q̄ dare ſãctum
canibus:& inter porcos ſpargeꝛ margaritas. Ergo hæc clã uulgo hr̃e pfectis cõmu
nicãda:inter quos tm̃ ſapiẽtiã loq ſe ait Paulus/nõ humani cõſilii ſed diuini præce-
Hoc idem ptifuit. Q uẽ morẽ antiq Philoſophi ſanctiſſime obſeruarũt. Pythagoras nihil ſcri
in fronte pſit niſi paucula quædã quæ damæ filiæ moriẽs cõmẽdauit. Aegyptio℞ tẽplis in-
heptapli ſculptæ ſphinges hoc admonebãt ut myſtica dogmata p enigmatũ nodos a ꝓpha-
Plato na multitudine iuiolata cuſtodirenꝛ. Plato Dioni quædã de ſupremis ſcribes ſub-
ſtãtiis:p enigmata inqt dicẽdũ ẽ:ne ſi epiſtola forte ad alio℞ ꝑuenerit manus:quæ
Ieſus chri tibi ſcribimus ab aliis ĩtelliganꝛ. Ariſtoteles libros Metaphyſicæ ĩ qbus agit de di
ſtus uinis/editos eẽ & nõ editos dicebat. qd plura Ieſũ xp̄m uitæ magiſtrũ aſſerit Orige
Orige. nes/mľta reuelaſſe diſcipuľ:q̄ illi ne uulgo fierẽt cõia/ſcribere noluerũt. Q đ maxie
Diony. cõfirmat Diony. areopagita:q ſecretiora myſteria a nr̃æ religiõis auctorib⁹

ideſt ex aĩo in aĩum/ſine lr̃is medio intercedẽte uerbo ait fuiſſe trãſſuſa:hoc eodem
penitus mõ cũ ex dei præcepto uera illa legis ĩterpretatio Moyſi deitus tradita re-
Cabala uelareꝛ dicta eſt Cabala/qđ idem eſt apud hebræos qđ apud nos receptio. Ob id.
ſ.q; illã doctrinã nõ p littera℞ monumẽta:ſed ordinariis reuelationũ ſucceſſiõibus
alter ab altero q̄ſi hæreditario iure recipet. uerũ poſtq̄ hebræi a Babylonica capti
uitate reſtituti p Cyrũ & ſub Zorobabel inſtaurato tẽplo/ad reparãdã legẽ animũ
appulerũt. Eſdras tũc eccleſiæ præfectus poſt emẽdatũ Moſeos librũ cũ plane co-
gnoſceret p exilia/cædes/fugas/captiuitatẽ gentis iſraeliticæ inſtitutũ a maioribus
morẽ tradẽdæ p manus doctrinæ ſeruari nõ poſſe. Futurũq; ut ſibi diuinitus ĩdulta
cæleſtis doctrinæ arcana pirẽt/quo℞ cõmẽtariis nõ ĩtercedẽtibus durare diu me-
moria nõ poterat/cõſtituit ut cõuocatis q tũc ſuperãt ſapiẽtibus afferret unuſqſq;
in mediũ/quæ de myſteriis legis memoriter tenebat:adhibitiſq; notariis in. lxx. uo
lumina. (Tot. n. fere in ſinedrio ſapientes) redigerenꝛ. Q ua de re ne mihi ſoli cre-
Eſdras datis pr̃es/Audite Eſdrã ipſum ſic loquẽtẽ. exactis. xl. diebus locutus eſt altiſſimus
dicẽs. Priora quæ ſcripſiſti in palã pone:legãt digni & indigni:nouiſſimos aũt. lxx.
libros cõſeruabis ut tradas eos ſapientibus de populo tuo. In his. n. eſt uena ĩtelle-
ctus & ſapiæ fons/& ſciæ flumẽ/atq; ita feci. Hæc Eſdras ad uerbũ. hi ſunt libri ſciæ
Cabalæ in his libris merito Eſdras uenã intellectus. i. ineffabilẽ:de ſup ſubſtantialĩ
deitate Theologiã ſapientiæ fontẽ. i. de intelligibilibus angeliciſq; formis exactam
metaphyſicã & ſcientiæ flumẽ. i. de rebus naturalibus firmiſſimã Philoſophiã eſſe
Syxtus clara imprimis uoce ꝓnunciauit:Hi libri Syxtus quartus Pontifex Maximus qui
quartus hunc ſub quo uiuimus fœliciter Innocentium. viii. Proxime anteceſſit:maxima cu
Inno. viii. ra ſtudioq; curauit ut in publicã fidei noſtræ utilitatem latinis litteris mandarẽtur.
Iamq; cũ ille deceſſit tres ex illis ꝑuenerant ad latinos. hi libri apud hebræos hac
tẽpeſtate tanta religione coluntur:ut neminẽ liceat niſi annos. xl. natũ illos attinge
re. hos ego libros non mediocri impenſa mihi cũ cõparaſſem:ſumma diligentia in-
defeſſis laboribus cum plegiſſem/uidi in illis (Teſtis eſt deus) Religionẽ non tam
Moſaicam q̄ chriſtianam. Ibi trinitatis myſterium/Ibi uerbi incarnatio/ibi meſ-
ſiæ diuinitatis/Ibi de peccato originali/de illius per chriſtum expiatiõe/de cæleſti
Hyeruſalem/de caſu dæmonum/de ordinibus angelo℞/de purgatoriis de infero℞
pœnis.

landum duxerit. Quamobrem ut tibi qui illius familiaritate aſſiduo utaris gratulor: ſic mihi doleo: mihi inquam: qui in hoc me ifœlicem putem: cui propter multas neceſſariaſq; occupationes meas illi/quod ardentiſſime cupio noctes dieſq; adhærere non liceat. Si.n.liceret: a latere non dico ſenis/ſed iuuenis nunquam diſcederem/eius dico iuuenis in quo omnis ſapientia: omnis doctrina ſenilis/canaq; eſt, Tu autem: cui longe maius ocium fortuna obtulit: natura autem ingenium excellens tribuit. quod tamen deinceps diuturna tua in omnibus bonis artibus exercitatio uſuſq; frequens auxit atq; expoliuit fruere hoc tibi cælitus delapſo bono. hauri ex hoc uberrimo fonte/uel potius immenſo occeano: atq; tantum hauri: quantum non ſolum ad præſentem: uerum & ad futuram omnem ſitim ſedandam ſatis eſſe poteſt. Repnta ergo te: computa: diſputa tecum/quam pauciſſimis mortalibs tantum boni unquam euenerit. Gloriatur Alexander ille magnus in Ariſtotelis tanti philoſophi tempora incidiſſe. At tibi Ariſtoteli Platonique ſimul familiariter conuixiſſe fœliciſſima tua ſorte datum eſt: atq; ita Ariſtoteli atq; Platoni/ ut in illis præter ueterem academicorum peripatheticorumq; doctrinam: Paulos noſtros Ioannes Dionyſios: Auguſtinos: Hieronymos: Thomas reliquaque huiuſcemodi lumina relucere uideamus. Quamobrem ex his rebus collige quantum uel te ipſum/uel ex hoc amare debeas optime Roberte: cui & ipſa fortuna obtulerit & in tu tua prouidentia profeceris ut hic uiro & familiarem apprime reddideris. Vale.x.Kalen.Decembris.

Alexander corteſius Pico ſuo.S. E. XIIII.

EGo in tota uita nullam maiorem cœpi uoluptatem quam nuper ex litteris tuis: & quanquam ſumma omnia de te credideram: uiciſti tamen (fateor) opinionem meam: atq; ita uiciſti ut iam gloriæ tuæ etſi longe lateque diffuſa eſt / anguſtos tamen terminos putem. Loquamur apertius & procul ab aſſentatione a qua Illuſtres animi ſemper abhorruere: Quid in te eſt non egregium? Quid non admiratione dignum? Singula poſſent quenq; honeſtare quæ in te omnia pariter ſunt collata. omnibus (ut ita dicam) unus omnes ueneres ſubripuiſti. Et quanquam maiores tui eo acceſſerunt. quo non niſi a ſe geniti facile peruenirēt: Tu tamen tantus euaſiſti / ut maiorem illis reddere: quam accepiſti gratiam uideare. Et auctoritatem quidem reliquis ſenectus affert: tuam uero dignitatem iuuenta extollit & quam alii tempore/tu inuicta uirtute ſuperaſti. Meo quidem iudicio extra omnem ingenii aleam poſitus es/ac te ut græcas perquiram laudationes: cui merito conferam non inuenio: & ad ſummam parem tibi aliquem quandoq; fuiſſe opinari licet/uidere autem hoc tempore non licet. Dent ueniam ingenioſi omnes multum ab uno Pico omnes ſuperantur. Quem ita naturæ beniguitas fouit/ut ipſi quoq; uirum uideri debeat tantam in unum laudum cunctarum copiam eſſe conſertam. Quid erubeſcis? an me falſum putas? equidem cedam ſi amori tribueris qui cæcus pingitur. Sed teſtes habeo Politiano meo: qui in me ſolo decipitur: locupletiores & ſi ille indies ut audio non minores auget auri diuitias quam orationis: eoq; illi gratulor æque ac gratias ago utinam poſſideat copiæ cornu/poſtquam neq; immemor eſt hoſpitis neq; ueteris amicitiæ noſtræ. De puccio

autem

autem hominum amantiſſimo alias:Q uis illi non ſe debere cupiat:ſed diutius re-
moror altioribus ſtudiis incumbentem:Et Marſilium ficinum philoſophorum ęta Marſilii
tis noſtræ principem ridere uideo has nugas:Q uid ni rideat? qui mortalia omnia laus
non minus penſat quam deſpicit.O qui me in ueſtram academiam ſiſtat & ingenti
ramorum contegat umbra.Præſertim ꝙ cælum hoc mars ſolus habet/nō ullus ara
tro dignus honos/ſquallent abductis arua colonis.& curuæ rigidum falces uertun
tur in enſem.Sed contenti ſumus hoc catone.Tu interim collige ex his quiſquiliis
amoris mei fructum/nec patuifeceris amari a me ſed uicē redde . Deſiderium enim
tui lenire pōt ſpes hæc cum credula mutui in qua totus conquieſcam.Sis fœlix lati
næ princeps iuuentutis/& memor mei uiue.vii.Kalen.Ianua.Ex gradulis uelocius
quam aſparagi coquantur.De panegyrica epiſtola ad Laurentium medicen quid
ſentiam:ſcribam cum licuerit/cum Romæ fuero.dedidici pene litteras tanto in ſe-
ceſſu ut uides/& niſi tecum contrahendæ confirmandæq; beniuolentię ſtudium co
geret non uſq; adeo humanitate ac lenitate tua abuterer.Nunc boni conſule.Item
ερρωσο meum mel.Vale iterum.

Hieronymus donatus Io.Pico ſuo.S. E XV.

QVæ meæ partes eſſe debuerant eas omnes tibi ſumpſiſti Pice doctiſſime:
te ipſum apud me negligētiæ inſimulans/& in eo crimine cuius ego apud
te maxime reus ſum/excuſationem quærens:parum tibi uidetur alios in-
genio & eruditione præcellere/niſi modeſtia quoq; & humanitate uincas nō ſolum
alios ſed te ipſum.At uero obſecro harum uirtutum munera ita amplectaris/ut no-
bis quoq; aliquam obeundi quoq; officii noſtri occaſionem relinquas/ne dum ha-
rum omnes tibi partes uēdicas/nos inhumani atq; inciuiles habeamur . Q ua ego
in re:quæ mea eſt impudentia/iam non excuſo negligentiam meam : ſed accuſo hu
manitatem tuam.ꝙ ſcribis te non temporariam mecum:ſed perpetuam amicitiam
ſtatuiſſe:non ſolum ea cauſa tibi mę plurimum debere intelligo:uerum etiam recte
mihi amicitiam definiſſe uidetis:quæ temporaria cum ſit/iam amicitia eſſe non po
teſt.Illud ſcito me eam in meorum ornamentorum delectu ſepoſuiſſe.Q uid enim
mihi accedere poteſt præclarius/quam a tanto uiro non laudari ſolum ſed etiam
amari?Hermolaum noſtrum incredibilem doctrinarum tranquillitatem & ſtudio
rum φιλοπονια cura maxime utilitate eruditum uideo eſſe ſummum ac rarum
quiddam quod ſperare poſſunt litteræ eo incolome:Eius ego conſuetudinem:quā
mihi tantopere inuides eadem penu ſerue/qua & amicitiam tuam :nihil præterea
adeo θαυμαστον cenſeo quod aſſequi ingenio & eruditione non poſſis / præſer-
tim ꝙ audio te iſtuc demigraſſe:quod ego conſilium
ita laudo ut magis laudare nō poſſim.Nam ουδεν γλυκυ τερον ηπαν ειδεναι ego
Politianum tibi inuideo hominem fertiliſſimi & facundiſſimi ingenii: cuius ruſti-
cum nuper legi:uiſus eſt mihi ſplendor ætatis noſtræ &
cui ea de me pollicerim a te meis uerbis
poſtulo:quæ ab hoīe amiciſſimo expectare poſſunt.Vtor aūt te internuncio in au
ſpicanda mihi cum eo beniuolentia/fretus humanitate tua tamen ꝙ Των μουσων
κορυφαστοματι per te qui eruditiſſimus es me conciliari conuenit. Vale: & pu
ta nihil mihi tuis litteris eſſe iocūdius.plura laxiore ocio ſcribā ad te . Venet.xvii.
Kalen.Ianuarii.Mcccclxxxiiii.

Philippus Beroaldus Io.Pico Mirandulano.S. E. XVI.

COenaturus apud Minum Roſcium qui in ſtudiis litterarum eſt politiſſi-
mus:& ſenatus noſtratis maximum ornamẽtum/lectitabam Plautinas fa
bulas urbaniſſimis ſalibus ſcaturientes. cum mihi litteræ tuæ allatæ fue
runt oppido quam litteratæ/quã terſæ/quam emunctæ: ſtatimq; ſepoſito comico
lepore/lepidiſſima tua ſcripta feſtinanter legere incæptauimus. Dii boni quantum
in illis uenuſtatis:quantum eruditionis : quantum maieſtatis ineſſe cognouimus.
Magna Io. Picum fama præceſſerat:maior inuẽtus eſt:nihil protritum:nihil triuia
le reſonant tuæ ſcriptiones. Res uerbis uerba rebus adamuſſim quadrant latine
loqueris & puræ elocutione uteris ſplendida atq; magnifica. Dialecton habes ple-
nam iocunditatis atq; candoris : ſupellectilem uerborum optimorum copioſiſſi-
mam:Sententias crebras atq; rotundas: tam luculenter tam eleganter animi ſenſa
depromis ut uni tibi dii immortales dediſſe uideantur quod quam pauciſſimis de
derunt uidelicet optima ſentire & optima dicere.idq; non minus uerſu quam pro-
ſa oratione complecteris. ſcribunt Liuius & Homerus prope diuinitus non omnia
uni deos tribuiſſe.hinc eſt ꝙ ſæpe legimus alios eloquentia præſtantes alios erudi
tione præditos floruiſſe:pauciſſimos uero & eloquentes & eruditos ſimul & extitiſ
ſe.hinc duo romanæ linguæ culmina Terentius Varo &.M.Ci.referuntur : a quo-
rum altero rerum:altero uerborũ doctrina petebatur.alter doctiſſimus undecunq;
a Terentiano: alter eloquentiſſimus ab omnibus nuncupatur: Virgilium ut inquit
optime Seneca illa fœlicitas ingenii ſoluta oratione deſtituit: Cicero carmina ſcri
ptitauit nulla uenere nulloq; lepore:muſis ſcilicet inuitis atq; repugantibus. Tu
uero & doctiſſimus es & eloquentiſſimus: Tu proſa polles & uerſu.ſcribis legen-
da:calles ſcribenda. Tu muſarum alumnus merito potes nuncupari:qui nõ ut mul

Vide apuleium lib. quarto floridorum

ti unam alteram ue crateram muſicam ebibiſti : ſed tanquam alter Apuleius epota
ſti crateras omnis & imprimis illam philoſophiæ limpidam atq; nectaream : quã
pauciſſimi primoribus uix labris attingũt: uixq; a limine ſalutant. O magna fœcun
ditas animi. O immortalis ingenii beatiſſima ubertas:quæ in Pico Mirandulano ad
huc puero adhuc e phæbo tantas uirtutes excudit:tam multiiugas diſciplinas in-
fundit:tantas animi dotes inſeruit:Qui ætate tyrunculus eſt eruditiõe ueteranus.
Perge uir doctiſſime quo cępiſti effice ut creſcẽtibus annis ſcientia augeatur:Inge
nium adoleſcat memoria fiat uegetior atq; adminiculatior:Qui in iuuenta es no-
ſtri ſæculi decus & uirtutis exemplum. Qualis es futurus in ſenecta? Papinianus a
Spartiano iuris aſylum & doctrinæ legalis theſaurus nominatur : Tu a nobis aſy-
lum ingenuarum diſciplinarum nuncupaberis. Tu nobis quotiens abditum quip-
piam in litteris ĩterioribus occurret theſaurus eris immo ut uerius loquar iam nũc
theſaurus es. Omnia etiam penitiſſima in litteris tibi ſunt ad manum : omnia præ-
ſto occurrũt orbis ille doctrinæ qui laudatur a doctis tibi in famulatu eſſe uidetur:
Tibi græce latinæq; litteræ ancillantur: Tibi licet ingenium nunc hac nunc illa me
ditatione uegetare . altera enim alterius eſt condimentum . Et ut terras uaria ac
mutata ſemina recreant atque reficiunt : ita mutatio ſtudiorum animos refouet
ac amœnat. Tibi licet ingenium dulcioribus poetices ſtudiis exhilarare:ſi quando
auſterioribus philoſophiæ dogmatibus laſſeſcit. Tu denique in arce ſtas atque fa-
ſtigio bonarum diſciplinarum : cum nos in primo uix cliuo ſudemus: Tu gra
datoris gradu : arctam uirtutis uiam conſcendiſti : nos teſtudineo ac formici-
no inceſſu conſcendere conamur : & in confragoſis callibus laboramus ſub-
inde

inde labantes ſubinde nutabūdi ac titubātes. Scribo qđ ſentio: ſentio qđ ſcribo cala
mus cū mēte cōcordat. Incredibili deſiderio afficior te una cū Politiano uiſendi: cui
deſiderio intra pauciſſimos dies faciā ſatis. nam Minus roſcius q litteratorum om-
nium eſt amantiſſimus: qui nos ambos potiſſimum miro amore proſequitur: feriis
hiſce paſchalibus iſtuc uenturus eſt ad uota ſoluenda. Ego hominem comitabor.
Tunc dextram copulare uiciſſim licebit: & mutuo colloquio frui. Tunc ego littera
tor & grāmatiſta uos litteratiſſimos adibo alloquar ſalutabo. tunc ego qui hic ſape
re uideor: iſtic fortaſſe muſſabo. uel tanq̄ anſer inter olores clangore obſtrepere p-
ſonabo. Interea uale litterarum aſylū: meq; mutuo ama: & Politianum deſideratiſ-
ſimum meo nomine ſaluta. Bononiæ ſexto idus Mar. Mcccclxxxvi.

Bartholomæus Fontius Roberto Saluiato. E. XVII.

Salue ſiquidem unq̄ ſumma cū uoluptate Roberte legi Picum tuū ꝓxima
nocte legi duabus de cauſis: & quod a te uiro amiciſſimo mittebatur & q;
auctorem operis per ſe amarem quem adhuc non legiſſe mihi turpe pu-
tabam fore. Ex quo uero tua benignitate quod maxime optabam ſum conſecutus.
Et tibi pro tali munere ago gratias: & illi uehementer gratulor q; tantum opus ab
omni chriſtianitate cōcelebrandum ediderit in quo equidem ambigo magis ne mi-
rer plurimarum maximarumq; rerum inuentionem: an in tanta uarietate tam incre
dibilem ordinem: an in tam laborioſis deſcriptionibus elegantiam tātā ofonis: Nā
quid in heptaplo cōmemorem quæ maximæ operum auctores cōmēdant: nullam
eſſe loquacitatē nullum tumorem: & ſine ulla liuoris ſuſpitiōe modeſtiam in omni-
bus ſingularem. utinā uero huic tuo ſuauiſſimo & optatiſſimo muneri cōſimile mu
nus reddere potuiſſem quo cerneres animum in te meū ſignificantius. At quod po
tui abunde nuper orationem a me habitam ad Matthiam coruinum regem iam pri
mum omnium ad te miſi. Quā tu ipſe cum legeris Pico quoq; tuo legendam dabis.
Quē omnium ætatis noſtrę quorum ſcripta adhuc uiderim in omni doctrinarum
genere præſtantiſſimū iudico. Vale. & me ut facis mutuo dilige. E. XVIII.

Baptiſta guarinus doctiſſimo principi Io. Pico Mirandulæ. S.

Nondū cōcedo ſedum te litē dari oportere. nam facile poſſum tuas iſtas ca
ptiones ī te αντιστρεφοντα. Si tibi præceptor ſum cur mihi nō obſeque
ris? Si non ſum cur me præceptorē appellas? Neq; ideo nomen hoc recu
ſo q; te diſcipulum ſpernam quem mihi præceptorem aſſero. Sed q; tuā doctrinam
& ueneror & prædico. In qua te neq; ingenium meorum uota neq; tranſuerſi calami ſi
gno: neq; minuta cerula: neq; obeliſco deniq; aut aſteriſco tantum promouiſſe mi-
hi conſcius ſum. Sed in nouum quoddam iudiciarium genus ut uideor incidimus:
dum tu mihi eā poſſeſſionem aſſerere cōtēdis qua ego conor. Quæ unq̄ rhetorum
cauſa huius generis actorem aut reum habuit? ego mi Pice nunq̄ in hac pugna tibi
herbā porrigā niſi prius bona cū gratia cōpoſuerimus ut quādo aliter nō ſuccūbis
uterq; noſtrum alteri præceptor pariter & diſcipulus iudicetur. Sed obmiſſis iocis
ſeria agamus & heptaplus tua & tu ipſe tibi merito placere potes. Cum omnia do-
ctorum hominum pūcta ita ſis aſſecutus ut ne in tabella quidem latebra liuor ul-
lus appareat. Idem in reliquis ſcriptis facilius tibi datum iri ſperandum eſt cū uſus
et acceſſerit qui ſolet in ſcribēdo magiſter hrī optimus. qđ ad me attinet gaudeo ue
hemēter laudato uiro & ab oībus ac ubiq; laudādo Laurētio me in ore eē. Addito
pſertim Politiani calculo: Cuius ego copioſam & arcanā multiplicis diſciplinæ le-

ctionem ita amplector ut admiror ita admiror ut commendare non deſinam. Quo
Nota. fit ut extra doctrinæ aleam me ab illo poni triumphi inſtar exiſtimem. quod libro-
rum meorum indicem petis id mihi laborioſum eſt & inutile. ſatis erit ſi pro tempo
re poſtulatis meis inſeruies. Nunc Martianum capellam & ſenecæ queſtiones na-
turales: opto ſi modo emaculati ſint codices. nam qui apud nos ſunt opera ſybillæ
indigent. eos ſi impreſſos emere poſſim gratius mihi erit. ſin minus non longo poſt
liminio tui ad te redibunt. Vale ſpes mea & bonarum diſciplinarum meq̃ amare p
ge. Ferrariæ nonis Decembris. Mcccclxxxyiiii.

Angelus politianus Ioanni Pico Mirandulæ ſuo. S. E. XIX.

ARſi pene ſp (nimis improbe forſitã) ſed arſi tamen ſemp ſtudio famæ ppe
tuæ: ſic ut p nihilo ſupſtite glĩa cõferret. Sed qm̃ quæ ſcribebã uix etiã ue
tuſtaté nõis pollicebant: extitiſti tu Pice q quod ego non poterã pſtiteris
dedicato ſcilicet cõmẽtario de uno & ente (ſic eni titulũ facis) in quo riuos p lyceũ
decurrentes & academiã reuocas ad unũ caput. & cũ phia magis una q̃ gemina no
Fabule al ſtrã quoq̃ theologiã copulas. Quod igit iã glauci gramen regrã uicturus eternũ
luſio p te: ſed & tecũ narrabit auté qñq̃ poſteritas: fuiſſe olim politianũ quẽdã qué tanti
fecerit ipſe quoq̃ Picus/ oĩum doctrinarꝫ lux: ut ne librꝫ qdé nũcupare illi pulcher
rimũ de reb' altiſſimis dubitauerit. ago itaq̃ tibi gr̃as p imortalitate: ſed: imortales.
Vale. Marſilius Fici. Florẽtinus Germano de Ganai Pariſii pſidẽti. S.D. E.XX.

CErtior eé uis de obitu Pici Miran. tibi ut uidet adhuc incerto: grauius cer
te dolere uis germane. Nã cũ grauiter hactenus hoc ãbiguo damno dole
as: Certior pfecto factus grauiſſime mox ut puto/ dolebis. Præſtabat for
ſan dubia quadã iactura mœrere/ q̃ cruciari certa. Heu qd rogas deſideratiſſime mi
germane. Ambiguus eqdé adhuc eé mali. Nec ſine lachrymis impſentia poſſum te
reddere certioré. Supiore nouẽbre quo die Carol' rex frãcorꝫ magnus urbé nr̃am
Florẽtiã eſt ingreſſus: Nr̃ Mirãdula nos deſeruit: tãto ferme dolore lr̃atos afficiẽs/
q̃to rex interim gaudio ciuitaté ita puidus loci genius & populi gaudio lr̃atorũ ge-
mitũ cõpenſauit: & p extincto pbico lumine regiũ interea lumen accendit. Ne for
ſan obſcurior eo die Florẽtia uideret: Mirandulanũ lumen extinctũ inq̃ terris: cęlo
redditũ. Ea enim Picus hilaris ſecuritate ex hac umbra uitæ migrauit: ut ab exilio
quodã i cęleſtẽ patriã uideret pculdubio rediturus. Deſideras pterea ſcire quæ pi
cus olim compoſuerit: uel quæ mõ cõponeret: Exameron Apologiãq̃ ac de uno &
ente cõſcripſit: epiſtolaſq̃ nõnullas. Quicqd de amore olim feruente adhuc adole
ſcẽtia cõpoſuerat: iudicio deinde maturiore dãnauit: uoluitq̃ penitus aboleri: nec
ſine illius iniuria edi põt. Noui equidé ultimã pii hoĩs uolũtaté. Nã & ętate mihi fi
lius Picus erat & familiaritate frater: & amore prſus alter ego. Moliebat quotidie
tria cõcordia Ariſto. cũ platõe: Enarrationes in eloqa ſacra: Cõfutatiões aſtrologo
rũ. oĩa qdẽ tã facũde q̃ ſubtiliter diſputata. Sed q̃ ſtilo luculẽta. tã nouis obſcuriſq̃
characteribus adũbrata: ut uix ab eo legi poſſent. Itaq̃ necdũ abſoluta ab eodé uſ
recognita ſunt: nec ab aliis niſi forte uaticinẽt: exſcribi poſſũt. Nã ſi forte poſſent:
nec adeo deſideraremus Picũ noſtrũ: uelut abſenté: nec uſq̃ ſuſpicaremur extinctũ.
Sed pius nepos eius Ioãnes Frãciſcus lr̃is & ingenio polens e tenebris in lucé erue
re quotidie ſtudet: uitãq̃ patrui & geſta deſcribit. Accipe deniq̃ hoc ſeũ epigrãma
nr̃um: Antiſtites ſecretiora myſteria raro admodũ cõcedũt oculis ſtatimq̃ recõdũt:
ta deus mortalibus diuinũ pꝫum Ioãnẽ Picũ mirãdulã trigeſimo ætatis anno ma-

turum. V

turum. Vt autem tibi nota ſit reliqua litterarum iactura hoc autũno Florentiæ facta. Angelus Politianus noſter latina græcaq; lingua doctiſſimus: ſeptembre proximo ante Pici obitum migrauit e uita quadrageſimo ætatis anno ediderat iandiu miſcellanea & ſiluas & declamationes quaſdam epiſtolaſq; nõnullas acute quidem omnia eleganterq; compoſita. Multa quoq; quotidie ad elegãtiam neceſſaria incertis ſicut Picus characteribus annotabat: ut in utroq; grauior litterarum iactura cõtigerit. Die. xxiiii. Martii. Mccccxciiii.

E. XXI.

Marſilius Ficinus Florentinus Ioãni Frãciſco Mirãdulæ Concordiæ comiti. S.D.

EPiſtolam de obitu laudibuſq; Pici breuem miſi in galliam poſt diſceſſum tuum. Longas auté ſingulareſq; Pici laudes e multis iandiu ſcriptis meis paſſim colligere licet: ex libris epiſtolarum p̃ſertim poſterioribus. Sũt. n. duodecim iam impreſſi: ex proemio in Plotinum: ex libro de ſole: ex commentariis in Timęum atq; parmenidem: epitaphium in eum accipe. Antiſtites ſecretiora myſteria raro admodum concedunt oculis: ſtatimq; recondũt. Ita deus mortalibus diuinum philoſophum Ioannem Picum Mirandulam trigeſimo ætatis anno maturum. Hucuſq; ſit epitaphium: Deus oĩa Io. Pico: animi corporiſq; fortunæ bona cumulatiſſima dediſſe uidetur. Si modo longius uitę ſpacium conceſſiſſet. Sed neq; in hoc fas eſt prouidentiã incuſare. Nam ſi deus illum breuiſſimo tempore ſupra naturæ uires perduxerat iam ad ſummum: ad melius progredi forte non poterat. In eodem uero conſiſtere mobilitas naturę non patit᷑: Ad deterius uero relabi uirtus cõſumata nõ tollerat. Sed hæc cæteraq; id genus ipſe ĩ uita Pici melius latiuſq; ſcripſiſti nõ tã ut illuſtrares ip̃m. Quis. n. addiderit ſoli lumen? q̃ ut occulta qdẽ illius opa ſed luce digniſſima diſcuſſis nubibus ſerenares. Tuã igit᷑ ĩ patruũ tm̃ pietaté & mortales mirifice cõmẽdabũt: Et deus nõ mediocribus dignam præmiis iudicabit.

Vale. Die primo nouembris. Mccccxcv.

Baccius Vgolinus Roberto ſaluiato. S. E. XXII.

MErito te Roberte docti diligũt: quos miro quodã ardore coluiſti ſemp: & ſtudioſi oẽs amãt: quos nõ modo opera ſed & impẽſa iuuas/ ut cõmodius proficiant: ego uero & ſi nec doctis/ nec ſtudioſis quidem annumerandus plurimum tamen tibi debere me fateor: q̄ p̄ te nobis uel remotioribus copia facta ſit diuini admodum operis editi nuper a Pico Mirandula uiro ſane p̄ omnibus: qui ſint: quiq; fuerint admirãdo. quem recte nõ iam picũ/ ſed ſuã uocat phœnicem in ſacra medicũ lauro nidificanté Politianus meus/ aliud ætatis noſtræ miraculũ. Illius tu librum de ſeptiformi ſex dierum geneſeos enarratione ueræ ph̃iæ & chriſtianæ religionis augumẽtum magno Laurentio medici patrono meo dicatũ cum diligentiſſime imprimendum tum ad loca diuerſa/ ac diſtantiã tranſmittendum/ & pluri mis eius lectionis p̄ cupidis/ uel gratis habendum curaſti. Quos inter & mihi contigit/ per Victorium caianum tuum hominem/ multi ioci/ multaq; ſuauitate aſperſum/ & ſalibus optato hoc munere potiri/ hoc tuum in uiros claros ſtudium/ hanc in omnes uirtutis amatores officioſam liberalitatem: qui non laudet & gratiore affectu proſequatur. Is ab omni humanitate diſcors. & a litterarum cõſuetudine alienus p̄culdubio eſt habendus: non enim publicæ utilitati conſuli amantius/ rectius celeriuſue potuit. Quare hoc apprime tibi eſſe exploratũ uelim: haud tenui mercede ſumpſiſſe te huiuſmodi prouinciam: cum inde & bonorum gratiam: & non mediocrem gloriam ſis conſequutus. Vale. Neapoli. vii. Kal. aprilis. Mccccxc.

Iunianus maius Roberto ſaluiato.S.D. E. XXIII.

QVod Ioannis Pici mirandulæ diuinum opus/non minori cura imprimen-
dum curaſti/quam ille confecit & tuæ plurimum gratiarum diligentiæ &
illius diuinæ doctrinæ habendum puto. Tibi quod tam ſublime opus in-
ter tenebrarum obliuia deliteſcere paſſus non ſis:qui una opera & amici ꝑpetuita
ti/& communi omnium utilitati conſuluiſti. Illi autem quod neq; priſcorum uiro-
rum auctoritate uel ſanctitate:qui hæc eadem enarrarunt deterritus/neq; aliorum
inſectatus ueſtigia ſuo quodam lumine illa eadem colluſtrauit. Nam cum primum
tam reconditum/& a multorum cognitione remotum opus ad meas peruenit ma-
nus/diligentius id legere cępi.quod non modo cum admiratione attulit uolupta-
tem:uerum etiam & eo ſublimitatis cōtēplātem euexit animum:ut neq; admirabi-
lius neq; enucleatius quid unquam uiderim/aut audiuerim. Quippe cuius ingeni
um ſupra cæterorum acumina præſtat: ſcientiarum indaginem incredibilem cal
let & rerum omnium cognitionem ſupra quam credibile ſit iam habet. Iſtac præ-
ſertim ætate qua paululum pubertatem egreſſus:tantam rerum noticiam adeptus
eſt;quantam etiam doctiſſimis & ætate prouectis attingere non licuit. Qua ꝓpter
oſum bonarum artium/atq; ſciaꝝ ſacrum domicilium/& noſtri ſæculi miraculũ no
minare uerebor nũq̄ præſertim cum opis reconditos ſenſus a paucis hoibus exco
gitatos rerũ progreſſus naturæ & dei patefacta latibula & tandem ſummi opificis
arcanas opes iam in ꝓpatulũ editas accuratius lego:quo q̄d admirabilius unq̄ au-
diuerí ignoro:aut q̄d altius legerim neſcio. Cum pħos inter & Moſen: qui diuerſo
inter ſe itinere rerũ opificiũ contexebant iam pacē initā & naturæ & dei quædā cō
iuncta fœdera ſine controuerſia comprehendantur:ſed hoc altius repetendum atq;
uerboſius explicandum in aliud tempus reſeruo. Venio ad te mi Roberte uir qui-
dem egregie: quem ex tuis ſcriptis unice diligo:quæ quamuis paucula ſint/tamen
tale tuæ uirtutis ſpecimen oſtendunt: ut non minorem prouenturam ingenii fru-
gem/quam gratiorem nunc floſculorum ſpem offerunt polliceantur. Sic itaq; tuũ
ſcito Iunianum & ſi qua deinceps de tuis ad me ſcriptis dederis/non minus tuarum
rerum præconem/quam ob id ipſum tui amatorem ſcias. Victorius itaq; tuum prę
dicat ingenii præſtantiam:tuamq; harum litterarum eruditam humanitatem/ut ea
dem cupere prouocer & prędicare; Vnum tamen rogo ut quem Victorius blādis
hortationibus ad amandum inuitauit/tu tua humanitate quam profiteris & ample
cteris/proſequi non deſiſtas. Quo circa meam excitabis deſidiam/ut ſæpius ad te
ſcribam:modo noſtra non aſpernetis. & ſi ex uerbis noſtri uictorii meam non poſt
habeas amicitiam neceſſitudinis uinculo ad te omni officio proſequendum pro-
uocabis; Nihil eſt enim quod malim quam cum ingenuis & doctis uiris mutuo
amore & litterarum mutatione concertare. Tuum Mirandulam: quem humanita-
tis columē prædicas:& ipſe naturæ delicias appellare audeo: mihi a ſe amari cupiē
ti amicum reddas:& ſaluum ex me dicas. Vale Neapoli. pridie no. Iunii. Mcccexc.

DVODECIM REGVLARVM EPITOMA AD BENE VIVENDVM

PRima regula: ſi hoĩ uidetᷓ dura uia uirtutis: q̃a cõtinue oportet nos pugnare aduerſus carnẽ/& diabolũ/& mũdũ: Recordetᷓ ꝙ quãcũq; elegerit uitã ẽt ſm mundũ multa illi aduerſa: triſtitia: icõmoda: laborioſa patiẽda ſunt.

Secunda regula recordetur ꝙ in rebus mundi diutius pugnatur: & laborioſius & infructuoſius: in quibus labor eſt finis laboris: & tandem pœna æterna.

Tertia regula recordetur ſtultum eſſe credere ad cælum poſſe perueniri niſi per huiuſmodi pugnam/ſicut & caput noſtrum Chriſtus non aſcendit in cęlum niſi per crucem: nec debet ſerui conditio melior eſſe conditione domini.

Quarta regula recordetᷓ nõ ſolũ eẽ ęgreferẽdã hãc pugnã: ſed optãdã etiã ſi nullũ inde nobis pmiũ puenire: ſolũ ut cõformemur chriſto deo & dño nr̃o: & quotiẽs reſiſtẽdo alicui tẽtatiõi: alicui ex ſenſibus tuis uim facis cogita cuiuã ptẽ crucis xp̃i cõformis reddaris: ut qñ gulę reſiſtẽs guſtũ affligis recordare illũ felle potatum & aceto. Qñ manus retrahis a rapina alicuius rei quę tibi placet cogita manus illius p te ligno crucis affixas: & ſi reſiſtis ſupbiæ recordare illũ q cũ in forma dei eſſet p te formã ſerui accepiſſe & hũiliatũ uſq; ad mortẽ crucis: & cũ de ira tẽtaris recordare illũ q deus erat/& oĩum hoĩum iuſtiſſimus cũ ſe tñ uideret q̃ſi latronẽ & illudi: & conſpui: & flagellari: & opprobriis oĩbus affici: & cũ latronibus deputari: nullũ tñ unq̃ aut iræ aut indignatiõis ſignũ oñdit: ſed patiẽtiſſime oĩa ferẽs oĩbus mãſuetiſſime reſpondebat: & ſic diſcurrendo per ſingula inuenias nullam eſſe paſſionem quæ te chriſto aliqua ex parte conformem non efficiat.

Quinta regula: ꝙ in illis duodecim armis nec in quocunq; alio hũano remedio cõfidas: ſed in ſola uirtute Ieſu xp̃i q dixit cõfidite ego uici mũdũ: & alibi: Princeps mũdi hui⁹ eiicietᷓ foras: q̃re & nos ſola ei⁹ uirtute cõfidamus: & mũdũ poſſe uincere: & diabolũ ſupare: Et ideo debemus ſp petere ei⁹ auxiliũ p orõnẽ & ſanctoꝝ ſuoꝝ.

Sexta regula: recordare cum unam uiciſti tentationem ſemper aliam eſſe expectandam: quia diabolus ſemper circuit quem deuoret: quare oportet ſemper ſeruire in timore & dicere cum propheta ſuper cuſtodiam meam ſtabo.

Septima regula: ut non ſolũ non uincaris a diabolo quum te tentat. Sed ut uincas ipſum: & hoc eſt quando non ſolum non peccas: ſed ex ea re unde te tentauerat occaſionem ſumis alicuius boni: ut ſi opus ſuum bonum aliquod tibi offert: ut inde in uanam gloriam incidas: tu illud ſtatim non ut opus tuum: ſed ut beneficium dei cogitans humilias te & iudicas parum gratũ te eſſe deo de beneficiis eius.

Octaua regula: ut quũ pugnas: pugnes quaſi uincẽdo deinde ppetuã pacem habiturus: quia forte hoc tibi dabit deus ex gratia ſua: & diabolus amplius nõ redibit confuſus de tua uictoria: ſed quum uiciſti geras te quaſi mox pugnaturus ut in pugna ſemper uictoriæ: & in uictoria ſemper ſis memor pugnæ.

Nona regula: ut q̃uis te ſentias undiq; bene munitum & paratũ: ſemper tñ fugias occaſiones peccandi: quia ut dicit ſapiens qui amat piculum pibit in illo.

Decima regula: ut in tẽtationibus ſemp in principio occurras & allidas puulos babylonis ad petrã. Petra autem eſt chriſtus: quia ſero medicina paratur.

Vndecima regula: recordare ꝙ licet in ipſo conflictu tentationis amara uideatᷓ pugna: tamen longe dulcius eſt uincere tentatiõnẽ q̃ ire ad peccatũ ad quod te inclinat: & in hoc multi decipiuntur: quia non compatant dulcedinẽ uictoriæ dulcedini peccati. Sed comparãt pugnã uoluptati: & tñ homo qui milies expertus ẽ qd ſit cedere tentationi deberet ſemel ſaltem experiri quid ſit uincere tentationem.

Duodecima regula: ꝓpterea ꝙ tẽtaris ne credas te a deo derelictũ: aut deo paꝝ gratũ eẽ/aut paꝝ iuſtũ & ꝑfectũ.memor ſis ꝙ poſtꝙ̃ Paulus uidit diuinã eſſentiã pa tiebať tentationẽ carnis:ꝙ̃ ꝑmittebat deus eũ tẽtari: ne de ſupbia tẽtareť: in quo ẽt hõ debet aduertere ꝙ Paulus ꝗ erat uas electionis & rapt⁹ uſqꝫ ad tertiũ cælũ: tamẽ erat in piculo ne de ſuis uirtutibus ſupbiret: ſicut ipẽ dicit de ſe ne magnitudo ꝛuela tionũ extolleret me datus ẽ mihi ſtimulus carnis meæ ꝗ me collaphizet. Quare ſup oẽs tẽtationes hõ debet maxime ſe munire cõtra tẽtationẽ ſupbiæ: ꝗa radix oĩ um maloꝝ ſupbia ẽ: cõtra qď unicũ remediũ ẽ cogitare ſemp ꝙ deus ſe hũiliauit ꝑ nobis uſqꝫ ad crucẽ: & mors nos uel inuitos eouſqꝫ nos hũiliauit ut ſim⁹ eſca uermiũ.

Duodecim arma ſpiritualis pugnæ quæ in promptu haberi debent cum peccã di libido mentem ſubdit.

Voluptas breuis & exigua	Aeternum præmium: æterna pœna.
Comites faſtidium & anxietas.	Hominis dignitas & natura.
Iactura maioris boni.	Pax bonæ mentis.
Vita ſomnus & umbra.	Dei beneficia.
Mors inſtans & improuiſa.	Crux chriſti.
Suſpitio impœnitentiæ.	Teſtimõia martyꝝ & exẽpla ſctõꝝ.

Duodecim conditiones amantis.

Amare unum tantum & contemnere omnia pro eo.
Infœlicem putare eum qui non eſt cum amato:
Omnia pati / ut cum illo ſit/etiam mortem. Ornare ſe ut illi placeat:
Eſſe cum illo quomodo poteſt: & ſi non re ſaltem cogitatione.
Amare omnia quæ ad eum attinent: amicos omnes: domus: ueſtes: imagines.
Cupere laudes nec poſſe pati aliquam eius ignominiam.
De eo credere omnia ſumma/idemqꝫ cupere ut omnes credant.
Optare etiam pro eo pati aliquod incõmodum & dulce eſſe illud incommodum.
Flere cum eo ſæpe uel ſi abſens ex dolore: uel ſi præſens ex lætitia.
Semper languere ſemper ardere eius deſiderio.
Seruiř illi nihil cogitãdo de ꝑmio aut mercede. Solemus ãt ad hoc ĩduci ꝑcipue ex tribus cãis. Prima eſt qñ ſeruitiũ ipſum ꝑ ſe eſt appetibile: Secũda qñ ille cui ſerui mus eſt ĩ ſe ualde bonus & amabilis: ſicut ſolemus dicere ſeruimus illi pp ſuas uirtu tes. Tertia eſt qñ ille prius ꝙ̃ incipes multa tibi bñficia cõtulit: & hęc tria ſunt ĩ deo: ꝗa ꝑ ſeruitio eius nihil nouiter accipitur quod nõ ſit nobis bonum: & quo ad aĩam & quo ad corpus: ꝗa ſeruire ei nõ eſt aliud ꝙ̃ tendere ad eũ: hoc eſt ad ſummũ bonũ. Similiter ipſe eſt optimus & pulcherrimus & ſapientiſſimus: & habet oẽs conditio nes quæ ſolent nos mouere ad amandũ aliquẽ & ſeruiẽdũ ei gratis: & in nos cõtulit ſũma bñficia cũ nos/& ex nihilo creauerit: & ꝑ ſãguinẽ filii ſui ab ĩferno redemerit.

CONſerua me domine.

Siquis perfectus uult recognoſcere ſtatum ſuum/ unũ habet periculum ne de ſua uirtute ſuperbiat. Ideo Dauid loquens in pſona iuſti de ſtatu incipit ab hoc uerbo conſerua me/quod recte conſideratum oẽm amouet occaſionem ſuperbiæ: nam ꝗ poteſt aliquid ex ſe acquirere poteſt & illud ex ſe ſibi conſeruare. Qui ergo petit a deo conſeruari in ſtatu uirtutis ſignificat per hoc ꝙ nec a principio ipſam uirtu tem ex ſe acquiſiuit: qui autem recordatur uirtutem ſe conſecutum / nõ uirtute pro pria/ſed uirtute dei nõ poteſt de ea ſuperbire/ ſed magis humiliari coram deo iuxta illud Apoſto.

Nota

illud Apoſto. Q uid hẽs ꝙ nõ accepiſti? & ſi accepiſti qd gloriaris? quaſi non acceperis: duo ſunt ergo uerba quæ ſp hr̃e debemus in ore: alteꝝ. ſ. miſerere mei deus cũ .ſ. recordamur peccatoꝝ. Alteꝝ eſt. Conſerua me deus. ſ. cũ recordamur uirtutum.

Q VONIAM ſperaui in te.

Hæc una res eſt quæ facit nos a deo impetrare quod petimus: quũ. ſ. nos impetraturos ſperamus: Et ſi duas has conditiones obſeruabimus: ut nunq̃ petamus a deo niſi ea quæ nobis ſunt ſalutaria: & ut id quod petimus ardenter petamus cũ firma ſpe ꝙ deus non exaudiat/nunq̃ erunt irritę orõnis nr̃æ. Q uũ igit̃ non impetramus eſt aut ꝙ illud nobis eſt noxiũ/ neſcimus enĩ quid petamus: ut inquit Chriſtus/& Ieſus dixit quicquid petieritis in noĩe meo dabitur uobis hoc enim nomen Ieſus ſaluatorẽ ſignificat: & ideo nihil petitur in noĩe Ieſu: niſi quod eſt ad ſalutẽ ipſi petẽti. Aut nõ exaudit: quia ſi bona petimus/nõ. n. bene petimus hoc eſt cũ parua ſpe. q ãt timide ſperat/frigide petit: ideo dicebat Iacobus: poſtulet ãt in fide nihil hæſitans.

Iuſta & bnoa petenda eſſe adeo

DIXI domino deus meus es tu.

Poſtq̃ muniuit ſe contra ſuperbiã incipit deſcribere ſtatũ ſuũ. Totus autẽ ſtatus iuſti conſiſtit in hoc uerbo: Dixi dño deus meus es tu. Q uod uerbũ licet uideatur fere omnibus cõmune: pauci tamẽ ſunt qui illud poſſint uere dicere: Illud enim quis habet pro deo qđ habet pro ſummo bono: & illud habemus pro ſummo bono/quo ſolo habito ſi cætera deſint putamus nos eſſe fœlices: & qđ unũ ſi deſit etiã ſi habeamus oĩa alia bona putamus non eſſe miſeros. dicit igitur auarus pecuniæ: Deus meus es tu: quia etiã ſi ei deſint honor & ſanitas: & uirtus: & amici: modo pecuniã habeat contentus eſt. Et ſi habeat oĩa illa bona quæ diximus & pecunia deſit/putat ſe eſſe infœlicẽ. Guloſos itẽ crapulæ: & incontinens libidini: & ambitioſus imperio ſiue gloriæ dicit: Deus meus es tu. Vide igitur q̃ pauci poſſint dicere. Dixi domino deus meus es tu: qa ille ſolus hoc poteſt cui ſolus deus ſufficit: ita ut ſi ei ꝓponãtur oĩa regna mundi & cæleſtia omnia: & terrena bona: nõ tamen ut illa conſequeret̃ uel ſemel deum offenderet: in hoc igitur dicto conſiſtit totus ſtatus hominis iuſti.

Cuĩ cõueniat diceẽ dominus

Q VONIAM bonorum meorum non eges.

Reddit rationẽ propoſiti ſui: quare. ſ. ſoli domini dicat: Deus meus es tu. Ratio autem quoniã ſolus deus bonis noſtris nõ eget: nulla enim creatura eſt quæ non indigeat aliis creaturis q̃ ea imperfectioribus ut probãt philoſophi & theologi: qa ſi illæ nõ eſſent: iſta nõ eſſent: quia deſtructa una parte uniuerſi deſtruitur totũ uniuerſum: deſtructo antẽ uniuerſo deſtruuntur oẽs partes: omnes autem creaturæ ſunt partes unius uniuerſi: cuius uniuerſi ipſe deus non pars eſt ſed principium nihil ab eo dependens: nihil enim acquiſiuit deus ex hoc ꝙ creauit mundum: & nihil perderet ſi totus mundus annhilaretur. Solus ergo deus bonorum noſtrorum non eget. Debemus autem erubeſcere illum habere pro deo qui bonis ĩdiget noſtris: qualis eſt omnis creatura. Præterea non debemus habere pro deo: hoc eſt pro ſummo bono niſi illud in quo eſt ſummum bonum: in nulla autem creatura eſt omne bonum. Soli igitur domino debemus dicere: Deus meus es tu.

Vnde platõis illud nõ nobis natos eſſe

Q uare ſaracenorũ dicta ruũt

SANCTIS qui ſunt in terra eius.

Poſt deũ maxime debemus amare illos qui ſunt deo maxime cõiuncti: quales ſunt angeli & beati in patria. ideo poſtq̃ dixit domino: Deus meus es tu: ſubdit ꝙ deus.

MIrificauit uoluntates ſuas meis.

Hoc eſt mirabiles fecit amores eius & deſideria eius erga ſanctos qui ſunt in terra

Methaphorice ad noſter ra cęlũ dr̃

eius:hoc eſt in cæleſti patria quæ dicit terra dei & terra uiuentium: & uere ſi conſideremus quanta ſit illius patriæ fœlicitas: quantaq; huius mundi miſeria quanta ciuium illorum bonitas & claritas deſiderabimus ſemper hinc diſcedere ut illic habitemus. Hæc autem & ſimilia cum meditamur illud ſemper curare debemus ne infructuoſæ ſin meditationes noſtræ. Sed ex qualibet meditatione aliquam ſemper acquirere uirtutem debemus: ut ex hoc uidelicet de bonitate illius patriæ ſuperioris debemus acquirere uirtutem hanc ut mortem non ſolum fortiter feramus & patiẽter cum uenerit hora noſtra: aut ſi pro fide chriſti nobis obeunda ſit. Sed ultro ẽt eam appetamus cupientes. ſ. ex hac ualle miſeriaꝝ diſcedere ut in illa fœlici patria cum deo & ſanctis eius regnemus. Cũ ergo iuſtus deſcripſit ſtatum ſuum qui totus eſt in effectu erga deum & diuina deſpicitq; ex alto ſtatum hoĩum malorũ: & dicit.

MVLtiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea accelerauerunt.

Per infirmitates autem intelligit idola: & ita habet textus hebræus: ſicut. n. bonus unum habet deum quem colit / ita mali multos habent deos & idola: quia multas. ſ. uoluptates: multa deſideria uana / paſſiones diuerſas quibus ſeruiunt: ideo autem multas quærunt uoluptates qa nullã inueniũt quæ eos quietet: & ideo in circuitu imperii ambulant: & ſubdit poſtea acclamauerunt: quia. ſ. poſt ſua deſideria præcipites ruunt & incõſiderate: unde edocemur ut nõ minus ipſi celeriter curremus ad uirtutes q̃ ipſi currãt ad uitium: nec domino noſtro minus diligenter ipſi ſeruiamus q̃ ipſi ſeruiẽt dño ſuo diabolo. Iuſtus aũt cõſiderans ſtatũ maloꝝ ꝓponit firmiter ſicut ad nos ſemp debemus facere / nullo mõ uelle eos ſeq: & dicit eorũ ꝑ labia mea.

Mos idolatrarum

NON cõgregabo cõuenticulã eoꝝ de ſanguinibus: nec memor ero nominum.

Dicit aũt de ſanguinibus: tum quia idolatræ ſolebant collecto ſanguine uictimaꝝ circa eum ſuas agere cærimonias: tum quia tota uita malorum relicta ratione ſenſualitatem ſequitur quæ in ſanguine ſita eſt. Dixit autem q; nõ ſolum uult ſacrificare idolis: ſed nec nominare ea: quod tantũ dici & fieri poteſt oſtẽdens per hoc q; nõ ſolum homo perfectus debet abſtinere ab illicitis uoluptatibus ſed etiam a licitis ut magis totus feratur in cælum / & contemplationi diuinorum purius uacet: & qa aliquis poſſet credere q; eſſet ſtultitia priuare ſe omni uoluptate ſubdit.

DOminus pars hæreditatis meæ: et Calicis mei.

Q uaſi dicat non mireris ſi omnia alia relinquo / ut deum poſſideam in quo etiam alia deniq; bona poſſidentur: debet hæc eſſe uox cuiuſlibet boni chriſtiani: Dominus pars hæreditatis meæ: quia nos chriſtiani quibus deus ipſe pro hęreditate promittitur: debemus erubeſcere aliquid præter ipſum deſiderare: & quia poſſet uideri alicui præſumptio audere hæc ſibi promittere: idem ſubdit.

TV es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Q uaſi dicat domine deus meus bene ſcio q; cum nihil ſim reſpectu tui uiribus meis non poſſum aſcendere ad te poſſidendum. Sed tu es qui trahes me ad te per gratiam tuã & tu es qui tẽ ipſum dabis mihi poſſidendũ: conſideret deinde iuſtus quãta ſit hæc fœlicitas ut ei deus pro hæreditate contigerit: ſubdit.

Antiquorum ſortilegia

FVnes cæciderunt mihi in præclaris.

Partes enim & ſortes antiquitus per funes diuidebãtur. & quoniam multi ſunt qui licet ad hanc fœlicitatem ſint uocati ſicut ſunt omnes chriſtiani / ipſam tamen nihil faciunt utpote pro leui ſæpe uoluptate commutant: ideo ſubdit.

ET ENIM hæreditas mea præclara eſt mihi.

Q uaſi dicat

Quaſi dicat ſicut ipſa ẽ præclara:ita ego eam præclarã reputo:& oĩa alia reſpectu eius:ut dicebat Paulus:ſicut ſtercora reputo:qm̃ autem habere hoc lumen intellectus:ut homo cognoſcat fœlicitatem ſibi adeo datam donum dei;& ideo ſubdit.

BEnedicam dominum qui tribuit mihi intellectum.

Quoniam aũt ſæpe homo iudicat ſecundum rationẽ ſeruire deo:ſenſualitas aũt & caro repugnãt:tunc aũt hõ pfectus eſt:ut non ſolum aĩa eius ſed & caro in deũ ferũtur:iuxta illud:Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum uiuum:ideo ſubdit.

INſuper et uſq; ad noctem increpuerunt me renes mei.

Ideſt renes ipſi in quibus maxima ſolet eſſe inclinatio ad cõcupiſcentiã nõ ſolũ inclinant me ad malum/ſed potius increpant:hoc eſt retrahunt etiã uſq; ad noctem.i. couſq; ut etiam ipſi ultro proprium corpus affligant. Afflictio enim ſæpe per noctẽ ſolet deſignari:oſtendit deinde quæ ſit radix tantæ priuationis:& dicit.

Sicut moxẽ priuatio lucis ita afflictio eſt cã priuationis uoluptatis

DOminum prouidebam in conſpectu meo ſemper.

Nam ſi quis deum ſemper haberet ante oculos pro regula omnium operationum ſuarum:& in omnibus operationibus ſuis:nec propriam utilitatem; nec gloriam: nec uoluptatem quęreret:ſed ſolum ut deo placeret breui perfectus euaderet & qa qui ita agit ſemper in omnibus proſperatur:ideo dicit.

QVOniam ipſe a dextris eſt mihi ne commouear.

Oſtendit deinde quãta ſit fœlicitas iuſti uiri:quia.ſ.erit in æternum fœlix & in anima & in corpore:ideo ſubdit propter hæc.

PROpter hoc lætandum eſt cor meus & exultauit lingua mea.

Ideſt anima mea læta eſt ſciens poſt mortem ſibi cælum eſſe paratum.

INſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Ideſt quãuis ipſa nõ lætetur:quaſi acceptura ſtatim poſt mortem ſtatum ſuum:requieſcit tamen in ſepultura cum hac ſpe q; reſurget in die iudicii cum anima ſua immortalis & ſplendidiſſima.& hoc totum declarat in ſequenti uerſiculo:nam quia dixerat q; anima lætabatur:ſubdit rationem.

Vñ(teſte Thoma) ex ſpe beatitudo oritur

QVIA non derelinques animam in inferno.

Et quia dixerat q; caro requieſcebat in ſpe:ſubdit rationem dicẽns.

NEC dabis ſanctum tuum uidere corruptionem.

Quia ſiue & q; fuit corruptibile reſurget icorruptibile:& qa Chriſtus fuit primus qui intrauit paradiſum:& nobis uitã aperuit/& fuit primus qui reſurrexit:& reſurrectio eius eſt cã noſtræ reſurrectionis:ideo iſta quæ diximus de reſurrectione pricipaliter de chriſti intelliguntur/ſicut declarauit Petrus apoſtolus & ſecundario intelligi poſſunt de nobis inquantum ſumus membra chriſti/qui ſolus non uidit corruptionem:quia corpus eius in ſepulchro putrefactũ non fuit:quoniam igitur uia beneuiuendi ducit nos ad perpetuam uitam animæ & corporis:ideo ſubdit.

Vide quę illa

NOTAS mihi feciſti uias uitæ.

Et quia tota fœlicitas huius uitæ conſiſtit in apta uiſione & fruitione dei:iõ ſubdit.

ADimplebis me lætitia cum uultu tuo.

Et quia fœlicitas in æternum durabit:ideo ſubdit.

DElectationes in dextera tua uſq; in finem.

Dicit autem in dextera tua:quia fœlicitas noſtra completur in uiſione & fruitione humanitatis chriſti qui ſedet in dextera maieſtatis in excelſis:iuxta illud Ioannis. Hæc eſt tota merces ut uideamus deum & quem miſiſti Ieſum chriſtum. Finis.

Ex epiſtola Hermolai Barbari ad Ioannem Picum.

O Præclare & plane diuinum ingenium tuum Pice:qui cum optima ſint ea
quæ tu ſcribis:ita tamen exprimas & effingas aliena quæ ſunt peſſima ut
uideantur eſſe tua:quæ ſunt optima:nam demittere ſe ac deſcendere plu
ris eſſe deputo:quam in ardua conari; ut eni ſit hoc honeſtius illud certe laborio-
ſius & operæ maioris.proinde ſiue tu talia credis eſſe noſtra:quibus imitandis ope
ram impendas:ſiue hoc agis demerendi mei cauſa:utroq; modo tibi plurimum de-
beo:relaturus aliquando gratiam nolo dicere cum potero(nunq̃ enim potero)ſed
cum tu ipſe uel tui poſſe me putabis. Tanta enim eſt familiæ totius ueſtræ bonitas
& humanitas ut beneficium(ꝙ non eſt)imputare pro beneficio ſoleatis. Q uáob-
ré ex uſu meo fecero ſi uobis & modum & tempus repoſcédæ gratiæ reliquæro ut
ín expúctione rationum paralogiſmus omnis & in poſtura nou a me ſed a uobis to
ta proficiſcatur. Q uæ uero de ratione ſtudiorum tuorum ſi te ſcripſiſti & commu-
nicanda mecũ eſſe uoluiſti maxima uoluptate nos affecerunt. Gratulatus ſum huic
ſæculo uirum tanta doctrina ut nihil fere neſciat:tãta cura ut nihil omnino ſcire ui
deatur. uideo te Poetam egregium:oratorem eminentiſſimũ. Animaduerto te phi-
loſophum prius Ariſtotelicum. nunc & Platonicum eſſe factum:uideo litteras grę
cas:q̃ in te ſolæ deſiderari poterant:& ſine qbus nihil eras futurus non didiciſſe mo
do ſed hauſiſſe:idq; facilitate tanta celeritateq; ut litteras græcas ignoraſſe aliquã
do te neq; tu meminerís neq; perſuadere poſſis alios:id ꝙ de Hiero. Donato meos
non plus libenter q̃ uere prædico. Hortarer te ad has litteras uti eas tam plane fa-
miliariter q̃ latinas teneres:ſed non indiges calcaribus:& reliqua.

Ex alia Eiuſdem ad eundem.

IAM cum ipſe in quodam litterarum ad te mearum angulo quaſi aliud agés & in
tranſcurſu philoſophos æui noſtri barbaros inſectatus eſſem:qbus te quoq; inſen-
ſum eſſe factũ & nunciũ remiſiſſe ſcribere:occaſione hinc abrepta lıré & controuer
ſiam ueteré inter nos & illos de genere dicendi philoſophorũ multis milibus uer-
ſuũ cõpræhenſam & explicatã:opus elegans/eruditũ elaboratũ:ad nos miſiſti: per
fectũ celeritate tanta:ut niſi qui opes ingenii tui perfectiſſimas habebã crediturus
fuerí/paratũ fuiſſe tibi pridé hoc argumentũ ut ad primã quãq; occaſioné proferre
poſſes. Sed ut ea mihi res & feſtiuior & iucundior eueniret. homo lepidiſſimus /hu
maniſſimus/latiniſſimus/barbarus contra barbarũ defendis:ut hoſtis pro hoſte: ſo
cius contra ſocium ipſe contra teipſum/ſtare/patrocinariq; ſimulares & reliqua.

Ex eadem inferius.

MODO ſi quis eſt illo gregre:qui poſſit ea capere:quæ dixiſti tanto cultu præ-
dita/tot luminibus/tot emblematis oculos adeuntium ſtringentia. Adde tot ſenten
tias prurientes/tam multas hiſtorias & exempla remotioris doctrinæ quaſi floſcu
los & omnino ad quæ ſi qui ſunt ex illis paulominus
aſini uolebam dicere ατυοσοι auriculas tantum mouent. cæteri diffugiunt/ reſ-
puunt/deteſtantur/& reliqua.

Ex alia eiuſdem

SALVE accepi librum Pici de ſeptem dierum enarratione cuius item exemplar
non pridem ad me miſerat Iacobus uolateranus ſummi Ponti. nũcius. pcurri opus
quoad licuit/inter æſtũ & puluerem. Digna diuino & admirabili ingenio factura
ſane ſeges & materia operis tumultuariam & ad preſens cõparatam ſententias non
expoſcit

expolcit.Sed ſimul dici poteſt picum docti/eloquẽtis & chriſtianis/omnia ĩ ea æta te aſſecutũ eſſe fere prodigium eſt: debeo tibi plurimum.

Ex alia Eiuſdem ad eundem.

QVAMquam has ipſe epiſtolas tuas amo ꝙ fluunt ꝙ affectatæ non ſunt ꝙ cu ram non dico non norunt:ſed reſpuunt:hoc eſt de cõpoſito non recipiunt & acce dentẽ inferriq; cupientẽ ex cluduntːita ut diligentiæ quidẽ ſint penitus in iis ueſti gia:ſed repreſſæ quodãmodo & repudiatæ:non ſum tam ſolers ut introſpicere poſ ſim ingeniũ tuum:extimareq; magnitudinẽ eius atq; fœcunditatem illud uidere ui deor:nec fortaſſe fallor quo dirigas colliniesq;:itẽ quo euaſurus ſis & quidẽ paulo mox.Indole iſta tua nihil eſt liberalius:nihil riſibilius:& ſemel dicatur uel duriuſ cule nihil exptomittentius/ſi modo indoles appellanda eſt.quæ fructus ediderit ne maturis quidẽ ætatibus & doctrinæ quãuis exercitatæ deſpiciendos. Age quãtus ut audio:in poeticam:ſpiritus:quæ fœlicitas:qui nerui quãta demum in omni uel prçcipue litterarũ actu nobilitas/atq; ſplendor.Quid cum agis pħum:quæ memo ria/quãta ſubtilitas:quæ celeritas animi cũ totius corporis uigore cõſentiẽs: ſed ra pior tamen in laudes tuas ingratis/immo uero per lubens id.n.quiſq; uult maxime ꝙ inuictum & reluctantem quoq; ui conuertit ad ſe.Dabitur ſi modo is tibi ambi tus laudari a parum doctis.dabitur profecto tempus accõmodatum magis ad hoc officii.Nunc uenio ad id & reliqua.

Ex Epi.Angeli Politiani Alo.Picum de lite Hermolai.

QVOcirca tu mihi nũc adeũdus mi Pice doctiorũ oĩum doctiſſimus non qdẽ ut iudex ſed arbiter honorarius:q̃ uidelicet inter amicos diſceptãtes litem dirimas.

Ex prohœmio Miſcellaneorum eiuſdem.

DE iſto.n.præcunctis admirando/nõ Pico iam:ſed(ut ipſe appellare ſoleo phœ nice potius qui nunc in tua laura nidificat tanta mea quidem expectatio eſt ut au ſim propertio ſuccinere;Cedite romani ſcriptores cedite grai.

Ex Cap,eiuſdem operis.XIIII.

VT idem & comparit & oſtendit Ioannes Picus Miran,meus unus omniũ pror ſus ab omni parte beatiſſimus:in opere ſingulari atq; admirando,quo pſalmus a ſe ptuaginta uerſus iſto notarum prçcipue argumento docet hebraicæ ueritati reſpõ dere.Ne iam inſalutare iudæus aut obiicere poſſit ea nos in templo ſingulis canere horis quæ ne ipſi quidem ſatis uerſa fideliter exiſtimemus.

Ex Cap.eiuſdem.LXXXX.

QVALIS eſt item Ioannes Picus hic meus e mirandulanis principibus/ abſolu tiſſimũ naturæ opus/a quo pħia latine iã meditãs loq ſũmũ puto faſtigiũ accipiet.

Ex Cap.eiuſdem.LXXXXIIII.

PERCVRRIMVS aliquando ego & Picus hic Miran.nunquã ſatis homo lau datus ſubciſiuis horis antiquos enarratores inſtrumenti ſacri ueteris/græcos maxi me.Diodorum Philonem: Genandium : Aquilam : Origenem: Baſilium : Dydi mum:Iſidorum:Apollinarem:Seuerianum/alios id genus compluris/ quorum il le ſicutiq; latinorum ſententias omnes/quam diligentiſſime cum iudçorum & chal dæorum interpretũ cõferens opinionibus/nihil nõ euẽtilat & penſiculat: unde mõ aut ueritas elici:aut obſcuritas tolli:aut roborari fides:aut refelli poſſit impietas.

Ex peroratione Eiuſdem operis.

DONEC reuerſus eſt in hanc urbem maxime Laurentii Medicis cum beniuolẽ

tia tum.uirtutis & ingenii ſimilitudine allectus princeps hic nobiliſſimus Lo. Pi‑cus Mirã.uir unus an heros potius omnibus fortunę/corporis/animiq; dotibus cu mulatiſſimus utpote forma pene domina iuuenis & eminenti corporis maieſtate: perſpicaciſſimo ingenio/memoria ſingulari/ſtudio infatigabili tum luculenta per politaq; facundia/dubium uero iudicio mirabilior an moribus iam idem philoſo‑phiæ totis conſultiſſimus etiam quam uaria linguarum litteratura/rationibus ho‑neſtis/actibus ſupra uerifidem munitus atq; inſtructus deniq; ut ſemel complectar nullo non preconio maior &c.

Ex ſcdo Comẽ.Philippi Beroaldi in ꝓpertiũ ſup uerſum Nõ tot Achemeniis.

SVSA pro ethruſca ſcriptum legi in Codice Io.Pici Mirã.qui uir eſt ſæculorum memoria dignus qui multi iugis diſciplinis prędítus.exornat ætatis noſtræ gloriã cui accommodari poteſt: illud qd de Varrone ſcripſit Terentianus. Vir doctiſſi mus undecunq; Picus:qui te Mine mi/utpote eruditum eruditiſſimus/nobilem no biliſſimus non ſolum diligit ſed uehementer amat qui de te honorifice loquitur/& optime ſentit.hic poſt ſeueriora ſtudia in propertii lectione tanquam amœniſſimo diuerſorio requieſcere conſueuit/& mihi hunc locum ita legenti adſtipulatus:oſtẽ ditq; in ſuo codice ſuſa ſcriptum eſſe non ethruſca:&c.

Ex libro Ioannis Abbatis ſpanemenſis.

IOANNES Picus natione Italus/comes Mirandulæ/& Concordiæ dominus:uir omnis bonæ litteraturæ ſtudioſiſſimus/& ſicut præclaro ſanguine:ita diuino admo dum ingenio nobiliſſimus:magna familiæ omnigenum artium ſtipatus caterua:di gnus & optime meritus:cuius profectionem muſæ ſequuntur: doctiſſimus noſtra ætatis philoſophus eſt atq; diſputator acerrimus.Scripſit ſtilo elegantiſſimo non‑nulla:quæ ætas noſtra tum comprobare tum uel maxime admirari habebit: qui‑bus nominis & gloriæ ſuæ memoriã non indigne ſempiternam reddidit.

Ex prohœmio libri recuperationum Matthei Boſſi.

CVM eodem ipſo politiano nec innitus legit ſemel & pluries ad calcem uſq; inſi‑gnis & clariſſimus Lo.Miran.cuius ingenium ſuper humana omnifariamq; doctri nam omnes obſtupeſcunt:& a cuius integritate animiq; nitore omnis abeſt haluci natio palpanſq; confeſſio.

Ex Epi.Iacobi Antiquarii ad Angelum Politianum.

NOLI igitur longi incubatus fœtura nos in expectatione macerare ſed accepto in tui nominis ſecuritatem ſponſore Pico:cuius tota uita gloriarum plena eſt:a quo in amicorum gregem pro te receptum iri omnibus uotis expeto:cuius ueſtigia ſem per adoro:quicquid ex altilium cohorte dominaſcit ſpectandum/legendum/ediſcẽ dum emittas detenturus eos omnis in fidibus tuis: qui aliquo uirtutũ ſimulachro aut harmonia ducuntur.

Ex Compendio reuelationum Fratris Hieronymi Sauonarolæ.

ASTrologi q̄ttuor maxime uiis magnas reꝝ inferioꝝ mutationes ſoliti ueſtigare p ſupiores planetas Iouẽ præſertim & Saturnũ cũ ſimul ſũt/quam magná uocant cõiunctioné: p orbes magnos: per Saturnias reuolutiones per octaui orbis acceſſus atq꜄ receſſus: Has oẽs uias & irrationales: & falſas & inuias oſtẽdemus: unde non ſolũ id cõſequemur qđ primo hic quærebamus: ut quæ de religione & legibus ĩpia temeritate diuulgant/falſa cõuincanť. Sed oé ẽt de magnis mũdi mutatiõibus iudiciũ infirmabiť. Exordiar aũt a cõfutatiõe magnoꝝ orbiũ/reuolutionũq꜄ q̄s Saturnias uocát: ut his reiectis qbus ope minus tota deinde præſentis libri diſputatio aduerſus magnas coniunctiones libere euagetur. Fingũt quẽlibet ex planetis/& itẽ unũquodq꜄ ſignoꝝ mundi impiũ obtinere ánis trecẽtus & ſexaginta/qbus exactis tũ nouũ aiũt incipe orbem magnũ/cui & planeta priori ꝓximus: & ſignũ qđ deinceps hæret ſigno priori pariter præſunt: atq꜄ ita q̄lis dominantis ſigni atq꜄ ſyderis eſt natura/talia euenire in eo annoꝝ ſpacio: & cum orbis ĩcohať nouus/nouari quoq꜄ multa in rebus ĩferioribus & pro natura rectoris mutari ſemp reꝝ nraꝝ cõditioné. Tũ ſi qs quærat ab eis ubi nos aut ĩ quo nunc orbeſ hoc eſt ſub quo rectore niuamus: rñdent ſub Leone & Luna: qđ ita ꝓbant. Scribit enim Aoniar in libro de natiuitatibus cœpiſſe nouum orbẽ magnũ/quo tpe ea fuit Iouis Saturniq꜄ cõiũctio: qua cathacliſmũ uolunt fuiſſe præſignatũ. Ea uero præ-

ceſſit

ceſſit cathacliſmū annis ut dicūt ducētis ſeptuagintanouē:iſti uero orbi præfuiſſe
ait Aoniar ex planetis Saturnū:ex ſignis Cancrum qd᷑ dixit etiā Albumaſar libro Aonia
primo de magnis cōiūctionibus/differētia prima. Hæc ergo ſupponentes quaſi car Albuma.
dinē totius ſupputationis colligūt ex eo qd᷑ attulit ipſe numero annoꝝ natum eſſe
Dn̄m Ieſum:cū unus & ꝗdrageſimus ſupra cēteſimū annus uolueret eius orbis:q
ab eo quē diximus ſub quo fuit diluuiū quintus & decimus cui præſit ex ſignis Leo
ex planetis Luna terminandus anno gratiæ milleſimo ſexcenteſimo qnquageſimo
nono. Hæc eſt oīs aſtrologoꝝ ſnīa:nec uidebis qui in publicis annoꝝ uaticiniis/ſi
magnis orbis faciat mentionē/Leonē & Lunā rectores mundi gubernatoreſq; non
cōſtituat:Poſſem ego hic obiicere ꝗ leuis eos moueret cōiectura/ut tot ānoꝝ quot
cæli partes finxerūt ſpaciū/magnū orbē uocarēt/ꝗ nulla rōne dicatur durare uim
mūdi gubernatricē unius planetæ p tot ānos præſertim planetæ inferioris. Tamen
neç a Ptolemæo nec ēt ab ullo antiquoꝝ tale aliqd unꝗ excogitatū:Sed arabū eſſe
iuniorūq; figmētū. Sed his omiſſis/neceſſariis eos primū rōnibus urgeamus:& ꝗs
uitare nō pn̄t ſi ſtare ſuis principiis uolunt/nec dogmati renūciare. Dicāt igr̄ mihi Rationes
ſi magni iſti orbes ſint ſtatuēdi/ an in ipſa prima mūdi cōſtitutiōe cui omnes conſen adducēdę
tiunt/noui orbis exordiū faciāt:an nō faciāt. Si dicā ſe non facere:.quid dicere pn̄t Prima.
abſurdius? Si facere iā mathematica deductione reſcindā qcqd de magnis orbibus Scđa.
ſupra determinauerūt oñdēs fieri nō poſſe ut ſi illa ſunt uera quæ dicebāt cū orbis Tertia.
conſtitutione noui orbis exordia cœpint. Albumaſar.n.quo præcipuæ auctore ni-
tunt a mūdi initio ad diluuiū numerat annos integros duo milia ducentos uiginti Albuma.
octo. Licet Euſebii ſupputatio hūc nūeꝝ annis ſexdecim excedat:Sed nihil itereſt
utrū dixerimus & cū aſtrologis diſputātes eoꝝ maxīe opionibus utamur. Statuat Euſebius
igr̄/numerus annoꝝ ab Adā ad diluuiū ex ſnīa Albumaſaris aduerſus quē diſputa-
mus patet a cōiūctione ea quæ diluuiū ut dicunt præſignificauit:& cum qua ſimul
nouus orbis cœpit relinq ad mūdi creationē annos mille nōgētos ꝗdraginta ſeptē/
cū ipſa diluuiū præceſſerit/ut dicebamus annis ducentis ſeptuaginta nouē. diuida
mus igr̄ eū nūeꝝ nūero magni orbis:hoc eſt p trecētas & ſexaginta ptes erit planū
conflari inde integros qnq; orbes magnos/tū ānos ſupare idiuiſos ſupra cētū ſeptē
& ꝗdraginta:ꝗre neceſſario initium magni orbis ſtatuet āno mūdi cēteſimo ꝗdrin
gēteſimo octauo:Qui nūerus annoꝝ ſi pars alterius añcedentis orbis ē:neceſſario
erit dicendū præteriiſſe orbis annos ducētos & tredecim anteꝗ eſſent anni/hoc eſt
ante ipſius mūdi primordia:quo ſatis patet nihil dici poſſe delirius:ſed ita eſt certe Quā de-
nihil eſt iſto hominū genere incōſideratius/nihil ad mētiendū fallēdūq; natura uel liri aſtro.
profeſſiōe ꝓpēſius:ſingūt ipſi ſibi aliqd quo dogma colerēt:& præſtigias faciāt im
pitis:qđ eſt malitiæ eoꝝ & uanitatis:ſed ſit ſemp ui ueritatis ut cōſequatur inde ali
ꝗd uel falſū uel oīno ipoſſibile uel ſibi ipſi:hoc eſt eoꝝ dictis ſaltem dogmatiſq; re-
pugnās. Qđ hi minime aduertētes efficiūt/tn̄ & ſpargūt obliuioſi paritérq; men-
daces:qđ eſt ignorātiæ uitiū uidelicet & tarditatis. Exēplū eſt pręmanibus in ea re
de qua diſputamus:Nā ut pſuaderēt ꝗcūq; poſſent rōne magnā illā p cathacliſmū
mūdi inūdationē a cælo ꝓfectā par puerilis figmēti magnæ cōiūctiōis addiderunt
nouū orbē cœpiſſe cum ea/ſub quo.ſ.orbis eēt inouandus:& ut nihil deeſſet ad fal
laciā Saturnū illi orbi Cācrūq; præfecerūt:quoꝝ alter ex planetis alter ex ſignis Quā tar
humiditatis frigiditatiſq; auctores habent. Et hoc qdem/ut dixi/malitiæ eorum & di & igno
uanitatis:ſed & ſtultitia eoꝝ apparet atq; tarditas & ignorantia:tum qa delira huic rantes.

ſeq̃ nõ uiderũt:ut q̃ñ orbis nouitas noui orbis exordia non hẽret:tũ q̃a ſi Saturnus
&Cancer orbi illi p̃fuerũt colligemus neceſſario primo integro orbi p̃fuiſſe Martẽ
& Aquariũ a q̃bus cur impiũ mũdi ſit auſpicatũ:nulla unq̃ poterũt rõne defendeř.
Nam ſi de Luna hoc dicerẽt:afferre aliq̃d poſſent:ut q̃a terræ ſit ꝓximior:ſi a Sa-
turno orbis eminentiã:ſi a Sole uirtutis poteſtatẽ:ſi a Ioue Venereue naturę bene
ficẽtiã:in Marte nihil ĩueniũt cur p̃ria mũdi gubernacula mereať.Nihil itẽ in Aq̃-
rio cũ initialẽ nullã hẽat p̃rogatiuã:q̃lẽ & Cancer & Libra & Capricornus hr̃e exi
ſtimanť:ſed q̃d pluribus euagamur:uidere hinc licet plane atq; dilucide q̃ ſint mẽ-

Q uã mẽ daces & obliuioſi — daces pariter atq; obliuioſi:Nã dicũt/ut oñdimus Cancrũ & Saturnũ orbi illi ante
diluuii euentũ p̃fuiſſe:q̃a hoc ſuũ dogma cõfirmat ut magna humido frigidoq; pla
netæ aquaꝝ inũdatio ꝑfecta exiſtimeť/rurſus q̃m cõſonũ uidetur ut gubernationẽ
mũdi a ſole inter planetas/ab Ariete inter ſigna exordiamur planetã inquiũt mũdi

Haly abenza. Albuma. — fuiſſe ſolẽ/Arietẽ uero ſignũ.Hec.n.ſcribit Haly abenzagel & ipſe etiã Albuma.li
bro primo de magnis cõiũctionibus:& tñ iſta ita inuicẽ pugnant/ut ſimul uera eſſe
nõ poſſint.Nã cũ ſint ante orbẽ diluuii ad mũdi uſq; initia orbes q̃nq; ĩtegri magni:
ſex aũt impfecti:ſiue q̃nq; numeremus ſiue potius ſex fieri nõ poteſt.ut ſi primo or
bi Aries dominet:ſexto aut q̃nto Cãcer dominet.Aut ſi primũ rexit orbẽ ſolaŕ ſy-
dus orbi diluuiii Saturnus p̃ficiat.Nã ſi p̃fuit primo Aries & Sol:p̃fuit igiť ſecũdo
Taurus & Venus tertio cũ Geminis Mercurius q̃rto Luna cũ Cancro:at nec q̃nto
nec ſexto Cancer & Saturnus:ſed illi q̃dẽ Saturnus cũ Leone:huic aũt Iuppiter cũ
Virgine.Q uo igiť nõ erubeſcũt hæc poſteris ſcripta reliquere tãtæ uel ignorãtię
uel hæbetudinis manifeſtiſſima teſtimonia? Sed hoc igenio fere ſũt auctores aſtro

Alia opinio Ocliatonis. — logiæ.Sic & neſcio q̃s Oclinaton alios ſibi fingẽs orbes magnos uolebat efficere:
ut & mũdi cõſtitutio & Ieſu natiuitas/noui orbis hẽret initia:idẽq; utriq; ſignũ/hoc
eſt Aries ſignoꝝ caput præficeret:q̃đ cũ ei aliter nõ ſuccederet dixit numerari de
bere ab Adã ad Chriſtũ annos q̃ttuor mille trecẽtos & uiginti:Tot q̃dẽ ſi numere-
muserit plane q̃đ ille oĩno uolebat:At eũ numerũ nulla hiſtoria recipit;ſed a Grę
cis q̃dẽ latiniſq; ſcriptoribus ꝑ annos fere nõgẽtos ab hebræis & ꝑ q̃ngẽtos ab aſtro
nomis aliis etiã ꝑ mille centũq; diſſentit.Sed uoluit ille potius nõ eſſe q̃đ erat q̃ ita
bello ſuo cõmento renũciare.Q uẽadmodũ illi ueteres quos tradit Ariſtoteles:qui

Vide pulcherrimũ Ariſtotelicum Explũ — cũ ſemel ſtatuiſſent oĩa eſſe denario nũero diſtributa:nec tñ ĩ uniuerſo plus nouem
ſphæris ĩuenirẽt dixerũt neceſſario aliã eẽ terrã:ut denarius eoꝝ nũerus ĩpleretur
æmulatione q̃dã diuinæ ſapiẽtiæ quæ nõ ſeipſam ad res:ſed reꝝ ueritatẽ format ad
ſe ipſam:Poſtremo prætereũdũ nõ eſt ſi eſſent aliq̃d iſti magni orbes neceſſario:q̃đ
q̃dẽ ꝑ eos dicũt aſtrologi falſum eſſe oportere:cũ in illis euoluẽdis plurimũ aber-
rent:putãt eni hũc q̃ nũc reuoluiť/cuius agi uolũt annũ cẽteſimũ nonageſimũ q̃n-
tũ:orbẽ eẽ a primo q̃dẽ decimũnonũ:ab eo aũt ſub quo fuit diluuiũ decimũq̃rtum,

Vera a mũdi initio ad nos annoꝝ ſupputatio. — atq; hac rõne illi præficiũt Leonẽ & Lunã:Sed hoc eſſe nõ põt niſi a mundo ad nos
annos nũeremus ſex mille octingẽtos triginta octo:q̃đ uerã q̃dẽ annoꝝ ſupputa-
tionẽ excedit ꝑ annos pluſq̃ mille & q̃dringentos:ut in tractatu nr̃o de uera tẽpoꝝ
ſupputatione probauimus:ſed & ſi alias ſequamur hiſtorias/cæteros.ſ.latinos qui
plures cõputãt annos:pauciores tñ inueniemus his quos iſti ad ſuos orbes corro-
gant ꝑficiendos:cum nulla hiſtoria in eo numero ſex mille & ſeptingẽtos aut circi-
ter excedat.quibus tamen ipſi centũ fere & quadraginta adiicere deprehenduntur
ut ſuã orbiũ poſitionẽ defendant/quã ſatis puto etiã inexpertis eſſe confutatã.

Caput

Gaput II Saturnías reuolutióes Aboaſaris íuẽtũ & hiſtoriis & rõni aduerſari.

REſtat de Saturniis reuolutióibus. Et has qdẽ ſolus ſibi finxiſſe uidet̃ Albumaſar: & poſt eum alii nõ magnope his utunt̃. Sed uideamus qd ſint & qd mouerit Albumaſarẽ & q̃tũ in his/ut in cæteris ſolet/aberrauerit: cum Saturnus decẽ pıodos abſoluerit: q trecẽtis fer̃ annis exigunt̃ putat magna tũ euenire ĩ rebus hũanis. Motus eſt hac cõiectura q̃ ĩ aliis ſuis hiſtoriis aliq̃n cõpit poſt hũc n ũerũ ãnoꝝ ĩſigne aliqd eueniſſe: ĩde ipſe dogma fũdauit reuolutiões Saturni decẽ mutationẽ afferre reꝝ ĩferioꝝ. At ĩ ipſa hac primũ hiſtorica cõiectura uide q̃ aberrauerit. Poſt Alexãdrũ. n. inqt exactis ãnis trecẽtis apparuit Aielaſor filius Bel q pſas cõtriuit: & poſt alios totidẽ annos apparuit Ieſus dux. ſ. nr̃. Hac igit̃ rõne erũt a Ieſu ad Alexãdrũ ãni ſexcẽti: qđ extra oẽm cõtrouerſiã cõſtat eẽ falſiſſimũ: cũ nulla hiſtoria q̃drigẽtos numeret annos a Xp̃o ad Alexã. & ipſe Alphõſus ĩ aſtronomicis tabulis nõ plures numeret undecim atq; trecẽtis. Videãus mõ hi p̃cipui auctores aſtrologiæ: ex qbus fundamẽtis mirabilia eoꝝ dogmata fulciũt. Idẽ Albũaſar poſt Ieſũ inqt exactis decẽ Saturniis reuolutióibus orta ẽ lex q̃ ẽ media ĩter nazarenos & paganos (ſic. n. uocãt gẽtes) At ſane ſcimus nullã poſt Chriſtũ legẽ ãte Maometẽ exortã: ſed puto ĩtellexerũt Arabes iſti ſectã Manicheoꝝ: q̃ & Minin uocant̃ apud Talmutiſtas: q̃ qdẽ hæreſis nõ ſolũ iã decẽ exactis: ſed prius etiã q̃ nõa Saturni reuolutio pficeret̃ ĩualuit. Q ue oĩa ſi ex hiſtoria ille fideli attuliſſet: nõ ppterea erat dogma faciẽdũ hoc Saturni decẽ pıodos parer̃ alioquin mille mihi ego hmõi dogmata cõfingã: Nã & hebræi primũ tẽplũ a Salomone ædificatũ ad q̃drigentos aut paulo plures annos aiũt pmãſiſſe: Tũ q ſecũdo ſub dario ædificatus ẽ non plus decẽ annis ſupfuiſſe: hoc ẽ q̃drigẽtis & decẽta cuius deſolatiõe fer̃ p annos totidem ſuas leges ĩ Babylõia ſibi cõfinxerũt faciamus hinc dogma: q̃rtã decimã ſemp Saturni reuolutionẽ Saturniæ iudæoꝝ gẽti mutationẽ magnã affere: & pbabiliora dicemus q̃ Albũaſar q dẽariũ ſibi numerũ eligit. A quo illud & libẽter ſciſcitabor: uñ n ıtura. ſ. iſtas reuolutiões exordiat̃: & ſub q̃ celi parte initiũ faciet iſtius pıodi rõnẽ/afferat q̃ſo cur illã potius cæteris ãtepoſuerit: Sed nõ ẽ diutius laborãdũ in cõfutãdis his nugis p̃ſertim q̃ aliis aſtrologis pt̃er Albumaſarẽ parũ ſatiſfeciſſe uidentur: imo ita ut ipſe etiã Alliacenſis q in tractatu de cõcordia hiſtoriæ & aſtrologiæ his magnope uſus fuerat ĩ elucidario cõfeſſus ſe nullum eas habere fundametũ euerſo iſti lo magnã ſui libelli partem inuenta taxatione corrodens.

Anni ab Alex. ad Chriſtũ,

Impugnatio p rationẽ.

Alliacẽ.

Caput IIII Ordo eoꝝ q̃ dicenda ſunt & diſſidẽtes aſtrologoꝝ opiniones circa magnas cõiunctiones.

REſtat de acceſſu & receſſu octaui orb̃ & ſphæra nona: reſtat de magnis cõiũctióibus: Sed illđ qdẽ ſequẽti libro examinet̃: nũc ad cõiũctiones magnas cõuertamur: ſed fuerit opæp̃tiũ afferri prius qd de his ipſi ſentiãt/ut facili⁹ ĩtelligãt̃ q̃ ĩ cõfutationẽ afferent̃ a nobis: q̃ nec ipa narratio erit ſine utilitate cõfutationis cũ diſſider̃ ſup his ita eos uidebim⁹/ut nec dũ cõſtet apud aſtrologos q̃ maxima ſit cõiũctio/q̃ maior/q̃ media: ĩ q̃ re nõ ẽ ſolũ de noĩe cõtrouerſia: ſed ĩde p̃dictionũ orit̃ magna diuerſitas cũ alii a maximis: alii a mediis: alii a mĩoribus cõiunctióibus euẽtus iubeãt expectari. Cõis igit̃ ſnĩa q̃ Alchabitius ac Leopoldus tradũt/& ante eos Albumaſar huiuſmodi eſt/magnã eſſe coniũctionẽ cũ ſimul iungant̃ Iuppiter & Saturnus: qđ poſt uiginti ſemp ãnos euenit maiorẽ aũt cum facta ab una triplicitate in aliã migratione in liminibus nouæ triplicitatis congrediunt̃/atq; id eue-

Ordo dicendoꝝ.

Cõis opinio.

Magna cõiũctio.

Maior

Maior nire fere poſt annos ducentos & q̄draginta/nã intra fines trigoni unius duodecies
copulari tũ tranſitũ fieri ad ſignũ ꝓximi trigoni:qđ ſit ab eo in quo ſe iunxerũt:nõ
Media primũ ſed ſecundũ:ut ſi ex Capricorno utriq; diſceſſerint/nõ in Libra ſed in Aq̄rio
Maxima ſe primũ excipiũt in ea triplicitate.Mediã inter has cõiunctionẽ eſſe cã: quæ trige
Opi. ſimo quoq; anno ꝑficiať Saturni & Martis ĩ Cãcro.Maximũ oĩum Iouis & Satur
Meſſa. ni in Ariete quæpoſt nõgentos &.lx.annos eueniat.Meſſala ab his diſſentiẽs libro
Maxima ſuo de coniunctionibus eam maximam ait eſſe coniunctionem quæ ſit trium ſupe
riorum:hoc eſt Saturni Iouis & Martis:a q̄ ipſe & ſectaꝝ mutationẽ & trãſlationẽ
regnoꝝ & ꝓphetaꝝ adnẽtus expectat:nõ ab ea quę ſit Iouis & Saturni ĩ Ariete:qđ
Maior. aſtrologoꝝ uulgus opinať/ꝓximã huic coniũctionẽ facit Iouis & Saturni:Tertiã
Media. Saturni & Martis/q̄rtã Iouis & Martis:Videamus nunc q̄tũ utraq; erret poſitio.
Magna Caput V Planetas magnis cõiunctionib⁹ iunctos nõ plus poſſe q̄ diuiſos:
magnaſq; iſtas cõiunctiones nouũ eſſe inuẽtũ de malo Ptolemæi intellectu natũ.

Prima rõ PRincipio ſcire ab eis uelim/q̄re putent maiora facere Iouẽ & Saturnũ cũ
ſũt ſimul q̄ cũ ſeparati ꝓprias unuſq;ſq; uires exequũť & exercent.Variæ
enĩ naturæ radioꝝ cõmixtio nouã q̄dẽ rẽ facit q̄ diſcretus ĩflux⁹ ꝓpriuſq;
nõ faceret:ſed maiorẽ cur faciat hr̄e rõnẽ non poſſumus:ſed eo potius inclinamur
ut credamus minus aliq̄d fieri ĩde/q̄ ſi ſeorſum ageret unuſq;ſq; planetaꝝ: quod põt:
nã ſi q ſimul coeũt planetæ eadẽ eſſent ꝓprietate:& uires haberẽt earũdẽ reꝝ effe
ctrices ꝑfecto acceſſiõe facta duplicis radii effectus quoq; duplicareť:at cũ cõtra
riæ ſint repugnantiſq; naturæ/q̄lis Iuppiter & Saturnus neceſſario alter alteꝝ ĩpe
dit:& dũ inuicẽ ſuas frenãt ligãtq; ꝓtãtes diuerſitate mixturæ fit ut expectari ab eis
nil poſſimus niſi mediocre queẽadmodũ oĩa ſunt q̄ ex extremoꝝ mixtiõe diſſultant:
ſicuti & ipſi diceř ſolent cũ ſunt ſimul Saturnus & Mars:q̄q̄ uterq; noxius/uterq; ſit
maleficus:q̄a tñ diuerſam habẽt nocẽdi ꝓtãtẽ non fieri ex illoꝝ coniunctiõe maius
aliq̄đ malũ & admirabile:ſed frãgi potius debilitariq; alterius uires ab altero:ita ut
nocere neũter poſſit dũ nocere uterq; ꝑ ſuæ naturæ cõditiõe cõtẽdit:q̄re nõ ẽ plene
ĩdubitatũ ſi cælo ſubſint euẽta ĩferioꝝ/maiora eueniř & magis durabilia cũ iungũť
ſydera ſupiora q̄ cũ eoꝝ aliq̄s cæteris debilitatis plus aliq̄d fortaſſe ſolito uiriũ po
Sc̄da rõ. teſtatiſq; nãciſcitur.Q đ ſi iunctos planetas plus faceř q̄ ſepatos ad magnas iſtius
mũdi mutationes illis dederimus:non tamen dabimus hoc ad Iouis Saturniq; aut
Martis cõiunctionẽ referẽdã:ſed obtinere uim primã ĩ iſtis rebus alia ſydera & rõ
ne & ſummoꝝ aſtrologoꝝ auctoritate ꝓbabimus.Neq;.n.unq̄ aliq̄s ueteꝝ ꝑ has
q̄s iſti uocãt magnas cõiũctiones de uniuerſalibus mũdi mutatiõibus iudicarũt/ni
hil de his Maternus q̄q̄ curioſiſſimus utique aſtrologiæ inueſtigator/nihil Paulus/
nihil Epheſtiõ/nihil Theophilus/nihil Aſtaxarchus/nihil ipſe Ptolemæus/cuius
hic nobis teſtimoniũ erit ſatiſne paꝝ eis notis teſtibus aduerſus eos utamur.Is igiť
ſecũdo libro Apoteleſmaton docens q̄ uia generales & mundi mutationes ꝓuideãť
eas oẽs refert ſolũmodo ĩ Solis Lunæq; defectus:nec põt dici aliq̄d rõnabilius nã
debẽt effectus uniuerſales & magni ĩ eas referri cãs q̄ maxime uniuerſales & effica
ces ſint:ẽ aũt cõfeſſum apud oẽs ĩter planetas duo eſſe tm̃mõ efficientiæ uniuerſa
lis:Solẽ.ſ.& Lunã:cuius lumẽ nõ aliđ q̄ Solis lumen ꝑ eam quaſi ꝑ ſpeculum/ut ſic
dixerim/ad terrã delatum.Q uare ſi qua/debet cæleſtis uirtus origo & cã exiſtima
ri effectuũ uniuerſaliũ atq; magnoꝝ/nulla debet potius q̄ ſydeꝝ iſtoꝝ talis exiſti
mari.Q uod enim ait Meſſalla fieri magna a Ioue & Saturno:quia tardioris ſunt
motus ꝓbat

motus ꝓbat potius q̃ negat q̃ qđ affirmat:cũ omniũ cõcors ſit ſententia deberi nobi
liori corpori & potẽtiori motũ ueIociorem.Quo circa q ſuperiorũ ſyderũ partes
dignitatẽq; tuent̃:ne imbecilliora putent̃ qa ſuo ſerius loco reſtituant̃.Solent ex
orbiũ ꝓportione quos ambiunt ꝓbare eos multis ueIociores:quibus ex periodo-
rũ mora apparent tardiores.Sed ſcio qd dicent de Ptolemæo omiſſum hoc ab eo in
libro Apoteleſmaton ne myſteriũ ꝓderet.Ita enim ſcribit Haly eius ĩterpres.Sed
in centiloquio(ſic.n.uocant)multa huius rei dediſſe documenta cũ uerbo qnqua- Excuſatio
geſimo eius libri iubeat ne planetaꝝ cõiũctiones obliuiſcamur:in q̇bus magna ſit ptolemei
efficacia:& uerbo irẽtũ qnq̃geſimo octauo:tũ q̃rto & ſexageſimo earundum rerũ
nos admonet magna tradens de his p̃cepta:cõiunctionẽ maximã:mediã:minimãq;
diſtinguens.Ego uero ab eis reſponderi nihil potius uellem:ut uel hinc palam oĩ-
bus fiat q̃cunq; eorũ dogmata maiora admirabilioraq; uident̃ ea uel ex uanis opi- Cõfutatõ
nionibus:uel ex falſa ueterum auctorum intelligentia pullulaſſe:nam quod dicunt
tacuiſſe hoc Ptolemæum in libro Apoteleſmaton.ne myſterium proderet/tantum
abeſt ut negem:ut nec in centiloquio credam proditũ ab eo in quo certe tam nihil
magis locutus eſt de iſtis cõiunctionibus q̃ nec de Priami morte/aut bello Troia-
norum:quo pacto autem plura eius auctoris enunciata peruerterunt:& quanti ex
uno errores deinceps propagati deinceps aperiemus:eſt quiquageſimũ Ptolemæi
uerbum:ita apud eos hoc ẽ in uulgata editione.Non obliuiſcaris eſſe centũuiginti
coniunctiones q̃ ſunt in ſtellis erraticis:in illis enim eſt maior ſcientia reꝝ quæ fiũt
in hoc mundo ſuſcipiẽtia ĩcremẽtũ & decremẽtũ:græce eſt ita/ne prætermittamus
centũ & decẽnouẽ cõiunctiones.In his.n.poſita ẽ cõiũctio eoꝝ quæ fiũt in mundo
& generationis & corruptionis.Primũ plus tribuit iſtis cõiunctionibus barbara ĩ
terpretatio q̃ tribuat Ptolemæus:apud quẽ illud nõ eſt nõ eſſe maiorẽ ſcientiã reꝝ
quæ fiunt in mundo q̃ q̃ eſt ex illis.Præterea ut illud omittamus ſententia enuncia Sentẽtia
ti alia nõ ẽ/q̃ ne ſolã ſpectem⁹ ſyderis uniuſcuiuſq; ꝓprietatẽ.Sed ex eoꝝ cõiũctiõe Ptol.
uarias ſciamus uariaꝝ reꝝ effectrices uirtutes exoriri/qđ nemo denegat ab oĩbus
aſtrologis cõcedẽdũ:ſed ĩ q̃s potiſſimũ maxĩas q̃ſq; reꝝ ĩferioꝝ mutatiões referam⁹
ſupioꝝ eẽ ſydeꝝ cõiũctiones Ptol.certe nõ dixit:ſed potius ſi eius dicta recte & le-
gant̃ & intelligant̃ cõtrariã nobis ſniam indicabũt.Nõ.n.cẽtũ & uiginti(ut uulgo
legit̃)has eẽ dixit cõiũctiones:ſed ſolũ centũ decẽ & nouẽ:qa his.ſ.Solis & Lũę cõ Caſtgatio
iunctionẽ nõ numerat:ut q̃ priuilegia habeãt peculiaria p̃rogatiuãq; ſingularẽ in loci ptole
magnis uniuerſalibuſq; mutatiõibus reliq̃s oẽs aceruatim ĩ nũeꝝ ordinẽq; redigit/ mæi
ut ĩter q̃s alia alię ſingulari nulla cõditiõe p̄ſtaret:qđ nõ aduertẽtes barbari expoſi ſecũdi li
tores q̃ſi omiſſum foret uicio librarioꝝ Solis & Lunæ cõiunctionẽ addiderũt/legẽ bri
dũq; cẽtũ & uiginti:nõ aũt cẽtũ decẽ & nouẽ:qđ græci oẽs codices habẽt putaue Apoteleſ
rũt:ut nõ cõtẽti ſenſus deprauatiõe lr̃æ quoq; fidẽ adulterarẽt.Trãſeamus ad alia. matum
Scribit Ptol.uerbo.viii.&.l.i.hũc modũ cõiũctiõis locũ quo ĩ loco ab ãni aſcẽdẽte
ẽ ĩſpice/ſiqdẽ cũ ꝓfectio illuc puenerit:tũc tp̃s erit & uerbũ.iiii.&.lx:ẽ hmõi ĩ mini
ma ꝯiũctiõe dñia medię cõiũctiõis & ĩ media maxĩæ cõiũctiõis dñia putãt arabes & Malus ĩ
latini utrobiq; p ꝯiũctionẽ a Ptol.Sat̃.& Iouis cõiũctionẽ ĩtelligi.Sed ita nemo fal tellectus
leret̃ q græcos auctores aſtrologiæ p̃ertiq; Ptol.ĩcõniuẽtib⁹oculis aliq̃n plegiſſẽt: .lviii.&
qđ.n.dicimus cõiũctionẽ:græce ſynodus ẽ q̃ dictio cũ abſolute ꝓfert̃ p Solis ſẽp lxiiii.uer
& Lunæ copulatiõe accipit̃ niſi aditũ ſit cuius ea cõiũctio fuerit/uti Vene.& Mer- bi.
curii/Iouis & Satur.& alioꝝ planetaꝝ q̃re cũ utroq; enũciato ſynodũ abſolute di

xerit Ptol.nihil ultra adiiciens manifeſtiſſimã apud oẽs q nõ ſũt græcę lectionis pe nitus iſolẽtes de lumínũ cõiũctiõe ĩtelligẽ Ptolemeũ/nõ aũt ſyderũ alioꝝ.Atq; ita prioris hoc ẽ octaui & qnq̃gelimi uerbi ſnía ẽ:ut ſigno & loco ubi ĩ ãni reuolutiõe Solis Lunæq; cõiũctio facta ẽ diligẽter obſeruata eũ ãni ꝑfectio p ãni.ſ.mẽſes diſtributa:ꝑ quã alterꝝ alteri ſignũ iuxta ſeriẽ cõſtitutiõis ĩ dñandi ptãte ſuccedit ad eũ locũ pueneri t effectũ expectem⁹:qm̃ ipſa añgteſſa ãni cõuerſionẽ Solis Lunęq; cõiũctio nobis ſignificauerit.Vtiẽ.n.his maxiẽ Ptol.lũinariũ cõgreſſibus ad totius ãni euẽtũ ĩueſtigãdũ:qđ nemo neſcit q apotelcſmaticos eius libros euoluerit.Sũt aũt ĩ huius uerbi trãſlatiõe multa addita omiſſa ĩterpollata.Nã & ꝑ cõiũctiõe cõiũctionẽ minorẽ legũt:eũ nulla ĩ gręcis exẽplaribus maioris uel mioris dñia adiicia tur;& terminus ꝑfectionis ad plures annos extẽdiẽ/cũ nihil de hoc apud Ptol.q de uni⁹ tm̃ ãni euẽtis uti dicebamus facit mẽtionẽ:ſed fauẽ magis illis uideẽ.Poſtremũ illud enũciatũ ubi cõiũctiões maximę mediæ minimæq; diſtinguunẽ:q̃lẽ diffe rẽtiã ĩ luminariũ cõiũctõe multi nõ ĩtelligũt:ſed facile hoc & aptũ his q ad Ptol.lu cernã nõ oſcitabũdi aliqñ uigilatũt:cũ eni ille ut dixim⁹ oĩa tribuat Solis Lunæq; cõiũctionibus:Tũ has triplici generẽ ordineq; diſtinguit.Nã q defectũ efficiũt alte rius luminaris eas ſtatuũt ptio loco p q̃s nõ unius ãni/ſed multoꝝ ĩterdũ euẽta poſ ſint puideri/has maxias iõ nũcupabim⁹:qa & maxiẽ tũc ſydera illa ɔiũgunẽ:eũ nec lõgitudie diſcrepẽt loci/nec latitudie & maxiẽ remota futuroꝝ euẽta portẽdũt.Cõ tra:miniæ apud illũ q ſingulis fiũt mẽſib⁹:& unius tm̃ mẽſis nobis ĩdicãt diſpoſitiõẽ medias ĩter has q ĩgreſſum ſolis ĩ ſigna q̃ttuor tropica ꝓxima añcedũt:Arietẽ:Can crũ:Librã:Capricornũ:a qbus totũ ãni tẽpus qđ ſequiẽ nobis ĩdicaẽ:aut uernũ:aut æſtiuale:uel autũnale:uel hibernũ.Q m̃ igiẽ qđ uniuerſalis diſpoſitio ĩdicat parti cularis ſequẽs diſtĩguit & determinat:ideo mediã dixit cõiũctionẽ maxiẽ eẽ differẽ tiã mediæ uero minimã:ut ſi gra exẽpli:Lunæ ſoliſq; cõiũctio æquinoctiũ uernũ ꝑ xie ãtecedens q̃litatẽ nobis futurã ueris oſtẽderit:ſciamus tũ id totũ & minui & au geri ꝑ natura cõiũctionũ:q ſequẽtibus ſingulis mẽſibus rata reuolutione cõtigent: Et q habẽt habitudinẽ menſtruæ iſtæ ad illas q̃ttuor tẽpoꝝ cõiũctiones:Eãdẽ habẽt illæ trimeſtres ad maiores & paucas deficiẽtiũ ſyderꝝ coitus atq; cõgreſſus.Hęc eſt Ptol.opinio de maximis mediis minimiſq; cõiunctionibus/qđ barbari iſti nõ in telligẽtes belliſſima ſibi ſomnia fabricati ſunt de Saturni Iouiſq; coiũctiõibus:q̃rũ maximæ poſt nõgẽtos & ſexaginta mediæ poſt.cc.&.xl.Minimæ poſt uiginti ãnos redeũt:qđ pter ea quæ diximus cõgruere enũciato ẽt nõ põt/qm̃ maxia apud eos cõiunctio medias minimaſq; cõplectiẽ.q̃re nõ poterit effectus maxiæ cõiũctionis p minores illas determinari p q̃s illa p multas ſæculoꝝ reuolutiõis exigitur.Q uid igiẽ dixit Ptol.mediã eſſe maximæ dñam:mediæ uero minimã/hoc eſt illud figmẽ tũ ex falſa uni⁹ auctoris intelligẽtia natũ quo ſe iſti adeo iactant:quo ſe reputãt:glo riabundi q; religio oĩs ſtellis ſit ligata:quo ſanctiſſimas leges ꝓphetaꝝ aduentus diuina miracula poteſtatibus ſyderꝝ fatorũq; ſubiiciunt:Certe nuſq̃ ſe magis pueriles oñdunt aut magis rudes/ridiculiq; inueniuntur.

Snia uerbi qnquageſimi octaui

Errores uulgatæ trãſlationis in uerbo.lviii.

Declaratio uerbi .lxiiii.

Q uæ maximæ cõiũctiones ſcẽm dũ Ptol.

Q uæ minimæ.

Q uæ mediæ.

Q uonã pacto barbari inintellectu ptole.errauit nr̃ ãtpicus tã acute depbẽderit.

Caput VI Præcipuos aſtrologos mediis uſos eſſe cõiũctionibus non ueris:tum alia errata illorum circa eaſdem.

Rñſio.

SEd dicet fortaſſis aliqs aſtrologoꝝ eſto Ptol.nõ ĩtelleximus qđ ſi uelut tẽ peſtas Nauẽ aliqñ agit in portũ/ita nos error iſte duxit ad ueritatẽ qcqd ſenſerint Ptol.& alii expiẽtia cõfirmatũ eſt nullã unq̃ uel legum uel regno

rũ magnã

rū magnā a ccidiſſe mutationē quā nō aliq̄ ſyderꝶ ſupioꝶ coniunctio anceſſerit:nec
unq̄ aliq̄ hmōi āñceſſit quā nō id genus mutatiōes ī reb⁹īfetiotibus ſint ſubſecutæ
bn̄ hēt ſi tēpeſtatē agnoſcūt ſint portu ī iſto uidebim⁹.Neq; enī ſi ī magnis delitatūt
quātū cōſtēt iſta īfima expiētiā facer̄ ſūt cōati:Q đ nos ī uniuerſum primo declata
bimus tū ſigillatī q̄ſcūq; aliqs aſtrologoꝶ ſignauit cōiūctiōes magnas tetulitq; ad
cuēta reꝶ admitabiliū & falſas & falſo ſupputatas:& ad effectus falſo relatas luce
clarius oñdēmus.Principio auctores oēs huius dogmatis ueris cōiūctionibus nō
ut unt̄:ſed mediis hoc ē fictis & imaginariis:qđ ut plane oēs ītelligāt:dicā qd ſit ue Prima rō
ru s motus qd medius.Erraticæ ſtellæ p Zodiacū æquo curſu nō deferunt:hoc eſt
nō æq̄li tpis īteruallo æq̄lē ſemp illius ptē ṗtergrediunt̄:q igit̄ metiri illoꝶ motus/ Quid ſit
& digerere ī numetos uoluerūt/finxerūt/unicuiq; planetæ motum uniformē:ut ex uerus mo
hoc ficto & uniformi/īæq̄lē illū & ueꝶ facilius aſſequetēt̄.Fictū illū Ptol.uocat p tus quidq;
iodicū iuniores mediū:qa hoc q̄ſi medio utunt̄ ad ueꝶ īueſtigādū cū ex motus ſup medius.
putatiōe planetæ locū inq̄rimus/ītetdū medio utimur motu/ītetdū uero:nō qa me Prole.
dius ille locū īdicet nobis quo planeta cōſiſtat.Sed ut ex eo uerā ſedē illius metho
do & tōne faciliot̄ q̄ramus.Planeta.n.nūq̄ ē ibi ubi p mediū motū eſſe dephendit̄:
qa nec ſic unq̄ ille mouet̄:ſed excogitatū/ut dixi/hoc ab aſtrologis ē/ut ueritatē īde
ordie quodā certi⁹ adipiſcant̄.Dicebā igit̄ q p magnas cōiūctiōes iudicāt de futu-
ris eos mediis uti cōiūctōibus nō aūt ueris.nā q; dicūt poſt.xx.ānos iūgi Ioué & Sa
tur.poſt.cc.aūt ī initiis cōgredi triplicitatū.tū poſt.dccc.&.lx.ī Arietis limitibus cō
uēire/falliſſimū ē ſi ueros motus reſpicim⁹:ē aūt ueꝶ q̄q̄ nec exacte ſi medios hoc ē
fictos illos & falſos re.l.nullos ad doctrinæ facilitatē a mathematicis excogitatos:
ita aūt qđ medi⁹ dicit motus diuetſum ē ab eo qđ p ueꝶ attīgimus:ut ēt & ſignū ſi
at aliud cōiunctiōis:atq; ea gr̄a exēpli ī Piſcibus aſſignet̄/q̄ tn̄ fuerit in Aq̄rio:& tps
adeo uariet/ut ſi de his q̄ poſt p.cc.&.xl.annos eueniūt agimus cōiunctiōibus/uera
intetdū mediā p ānos etiā cētū āñcedat.Appet ex tabulis recte ſupputanti Ioué &
Saturnū āno gr̄æ.M.ccxxvi.a tettēa triplicitate migrātes ad aereā.ī Aq̄rio ſe exce
piſſe.Etāt igit̄ ī eadē ex medii motus tōne p ānos ducētos & q̄draginta pmāſuri:&
tn̄ poſt ānos circitet cētū & q̄dragita: hoc ē āno gr̄æ.M.ccclxv.ab aerea ad aqueā
triplicitatē facta mutatiōe ī Scorpione cōgreſſi ſūt:& in aqueis ſemp ſignis ſimul ī-
uēti ad aerea poſtea nō redierūt.Quæ qdē igit̄ hæc īſania aduerſus aptā pugnate Inſania
ueritatē:&reb⁹uti adeo īpudēter falſis & ficticiis/ut ī cōſtellationē eoꝶ cōſenſu oīo aſtrolog.
nullā/cæca tn̄ temetitate cuēta reꝶ referāt hūanaꝶ:qđq; nō ē nec fuit/nec erit unq̄/ Præci-
cām tn̄ putar̄ eoꝶ q̄ ſūt/certe nihil ē iſta uanitate delirius:ī q̄ tn̄ ſūt lapſi ṗcipui oēs puos a-
auctores aſtrologiæ.Albumaſat.n.priceps iſtius dogmatis ī eo libro q inſcribit̄ de ſtrologiæ
magnis cōiunctionibus:q multū celebrat̄ apud aſtrologos/mediis ſp uſus ē cōiū- auctores
ctiōibus/ueris nūq̄.Abraā ṗterea ī eo ope cui titul⁹ ē tedēptio:cū unā aut alterā ex mediis u-
uero motu cōiunctionē inq̄rat ad medias deinde cōfugit ſemp/de ueris nullā oīno ſos cōiū-
faciēs mētionē.Alliacēſis ī tractatu đ cōcotdia hiſtoriæ & aſtrologiæ cū ſeptē aſſe ctionibus
rat maximas cōiūctiōes/oēs illas medias affert/ueras nullas.Idē alii multi eodē ſp Alliacē.
morbo mō laborantes/de qbus oibus ſingulatī poſtea diſſeremus.Et qdē ſufficere
hæc nobis poſſent/ut nihil mōſtraremus eē qđ dicūt/ſi nihil eſt cōſtellatio ipſa ex q̄ Figmētū
prædicūt.Nā qm̄ iſtæ etiā mediæ hoc ē nullæ ad ueꝶ nō eis rn̄dent:hoc ē nō īcidūt aſtrolo-
in ea tēpora in quæ maxime uellent/pfugium ſibi aliud machinant̄ p nouā ſtulti- goꝶ.
tiā priorē īſaniā defēdētes.Finxerūt.n.nō ſeq ſtatī poſt iſtas cōiūctiōes qđ portēdūt

Imo nõ cito:ſed poſt multos qdẽ ãnos & cẽtũ & ducẽtos atq; bis plures. In q̃ re uide
Refutatio q̃tũ fallãt/nã potẽris cãæ & efficacis nõ ẽ ſero icipe qđ ẽ factura:ſed ſero qdẽ d̃ſine
re:icipe aũt aut ſtatĩ aut cito. q̃re iſtaꝶ cõiũctionũ uirtus uł efficax uł ĩbecilla. Si ef
ficax nõ põt diu ceſſaꝛ ut nõ faciat/ſi ĩbecilla nõ põt diu duraꝛ. ut ſero qdẽ/ſed tñ ali
Alia refutatio qñ faciat/domat uis magna ſupatq; qđ ꝓhibet & qđ reluctatᷣ: Euaneſcit ĩfirma: &
ſua ſeipſã tractu tpis lõgioꝛ tenuitate diſſoluit: qd ꝙ ĩ hac tpꝶ ĩtercapedĩe ſupuẽiũt
nouæ ſp cõiũctiões: q̃ꝶ natura ẽ ut & ipi dicũt oblĩraꝛ priores cũ ſupuẽiẽs ɔſtellatio
elidat p̃cedẽtẽ. uñ ſi ĩ certo ãni tpe defectus accidat lũinariũ ſoliti diceꝛ: fatũ illđ ceſ
ſaꝛ: qđ ex primordiis annuæ cõuerſiõis erat acceptũ. Cur nõ igiᷣ ſequẽti cõiũctiõe
p̃ſerti & ꝓprietate & natura diuerſæ ceſſatᷣ? Cur illã primã nõ expũgat. Ad q̃ tamẽ
ipſi ꝑtinere uolũt effectus q poſt eã p trecẽtos etiã ãnos ror uariis ĩtercurrentibus
mediis cõſtellatiõibus ſubſequũtᷣ. Nemo hoc dixerit uł pħs uł nõ extremæ etiã ho
mo tarditatis: quẽ errorẽ adauget miꝶ ĩmodũ alius error & inexpiabilis. nã ĩ ipſa tẽ
poꝶ ſupputatiõe adeo errant ĩſigniter/ut q̃ putãt ĩterdũ cõiunctionẽ p ducẽtos gr̃a
uerbi ãnos euẽtũ aliquẽ anteceſſiſſe. Ea uero p mille & q̃dringẽtos rei illius geſtæ
tẽpus añceſſerit: qđ ſequẽtibus libri iſtius capitibus demõſtrabiᷣ: & ĩ his qdẽ men
Aſtutia Aſtrolog. daces ĩdocti rudes deprehendunᷣ: ſed uide etiã q̃ ſint aſtuti belliſſimi iſti diuinato
res: nã ut fallẽdi nũq̃ eis deeſſet occaſio/ita ſua ſibi placita cõtinuarũt: ut quocunq;
aliqd tpe eueniret paulo admirabilius ĩ añcedẽtẽ aliq̃ cõiũctionẽ illud referre poſ
ſent. Dixerũt. n. ut hoc aſſeq̃rentᷣ unius ui cõiũctiõis ad horã uſq; alterius ꝑdurare:
atq; ita q̃cqđ ĩteruenit mediũ cõiũctioni cuipiã acceptũ ſp poterit referri. Nec ui
derũt ĩ hac fallacia ſuas ruinas: qm̃ ſi uiciſſim remeãt apud eos ut nõ ſit magnus ef
fectus ſine magna cõiũctione: nec magna cõiũctio appareat ſine effectu dum illud
tuentᷣ ne euentis hmõi tales cãæ nõ adſint/faciũt neceſſario ut tales cãæ ſine euen
tis hmõi ſæpe fatigentᷣ: qm̃ nõ ex eis ſp accidũt magna & mirabilia ĩmo nec frequẽ
ter q̃ fieri aiũt a magnis/cõiũctionibus & tñ ut ipſi uolũt effectrix eoꝶ uis nõ ĩter
rupta a ſucceſſione ꝑmanet ſp: & hæc qdẽ ĩ uniuerſũ aduerſus eos q magnis iſtis cõ
iũctionibus de futuris euẽtis ĩpia temeritate loquũtᷣ: nũc ſigillatĩ oĩa excutiamus.

Caput VII Q uis ordo ſeruãdus/& Alliacenſem aliud alias ſenſiſſe.

EXordiamur a maximis cõiunctionibus quas Alliacẽſis in ſuo tractatu de
cõcordia hiſtoriæ & aſtrologiæ colligit: hinc illud cõfirmatur* aſtrologo
rũ nõ euenire unq̃ tales cõiunctiones ſine magna mutationẽ reꝶ ĩferioꝶ:
Alliacẽſe ſibimet cõtradicere & qdẽ ipſemet a tota iſta ſua cõcordia in elucidario ſuo diſcordat/& cũ in illa tum
Saturniis reuolutionibus/tũ maximis cõiunctionibus utatᷣ/ illas nullũ hr̃e funda
mentũ has nõ a ſe fuiſſe ſupputatas/tm̃ ſemel apte cõfitetᷣ: Q uo magis mirandum
hr̃e eũ in ea re laudatorẽ in q̃ ipſe ſeipſum nõ ꝓbauit: ſed q̃a interdũ mouit aduer
ſus ſe rõnes paꝶ ueras: cũ ſint quædã nõ neceſſariæ nõnullæ expreſſæ paꝶ colliga
mus nos pauca quædã ſed efficacia: q̃bus totus ille tractatus plane reſcindatᷣ: tũ ac
cedemus ad cõfutãdas alias cõiunctiones: quas Abraã & Albumaſar & plures alii
Obſeruandus ordo in ꝓceſſu ipſeq; eos ſecutus Alliacenſis in elucidario ꝓtulerunt. Veꝶ quoniã de tẽpoꝶ ſup
putatiõe ſæpe loquẽdũ præfari quædã neceſſariũ exiſtimaui: ex q̃bus primo illud
oñdatᷣ cũ ambigiᷣ de tpibus nõ eſſe ut putat Alliacenſis arbitrium huius rei penes
aſtrologos/ſed penes hiſtoriã/tũ cũ inter ſcriptores hiſtoriaꝶ uarietas eſt: q̃bus nã
potiſſimũ iure ſit accedẽdũ: de q̃bus utiq; pauca hic & curſim: qm̃ late hæc pecu
liari ope diſputauimus: qđ de uera tẽpoꝶ ſupputatione cõſcripſimus.

Caput

Capvt VIII Tp̄s reꝝ ñ ab aſtrologia ut putauit Aliacē. ſʒ ab hiſtoria eē petēdū. Opinio
VLliacēſis in libro de cōcordia aſtrologiæ & theologiæ exiſtimat numeꝝ Alliacē.
annoꝝ a mūdi initio ad hæc uſq; tp̄a aſtrologica rōne poſſe deprehēdi re
digiq; ad ueritatē q̄ qdē ſup ea re ſacræ uel peregrinæ hiſtoriæ uariæ ꝓtu
lerūt. Nā ſi genituræ inqt ipſius mūdi thema habeas exploratū/poteris ex illo pri
mā a mūdi initio Saturni & Iouis cōiunctionē ſupputatione colligere. Q d' ſi aliā
rurſus tuis annis cōiunctionē ꝓximā idagaueris: qd' mediū fuerit inter illā primā Opinio
& poſtremā tp̄is iteruallū/ex itercidentiū cōiunctionū ſupputatiōe eliciet. Hæc q eius i elu
dē in eo tp̄e ille ſentiebat: ſed i elucidario plane cōfeſſus eſt nō eē aſtrologicā uiā q̄ cidario.
de annoꝝ nobis dubio numero certū aliqd iueniamus. Q uare nec aſtrologos unq̄
etiā ſummos hoc tētaſſe aut de ſua arte fuiſſe pollicitos: ſed cū hæc dicat neſcio cur
denuo i illa pſtet ſnia ſummā de tp̄ꝝ rōne qōnē ad aſtrologos eē referēdā: & qd' qdē
in hiſtoriis de anno mūdi diuerſum ab illis iueniat. Ad illoꝝ opionē emēdari caſti Contra
gariq; debere. Q d' breuiter oñdemus nulla rōne poſſe defendi: nā pōt qdē aſtro- Alliac.
nomus ſi uerā aliq̄ ſydeꝝ poſitionē q̄ olim fuerit: rurſuſq; aliā ꝓximā habuerit notā
certiſſima rōne determinare q̄tū tp̄is neceſſario mediū exactū ſit iter illas. Sed qd
hoc eū iuuabit? an incertū ē tp̄s rei alicuius geſtę. Nā eſto aliqs dicat fluxiſſe a xp̄o
ad nos ānoꝝ tria milia: dicat alius. M. & .cccc. i componēda hac litē quod offiñ erit
aſtronomi: dices oñſuꝝ illū iter ſydeꝝ pōnē ſub q̄ natus ē xp̄s: eāq; rurſus q̄ hēatur
nūc nō poſſe ānoꝝ tria milia deuenire: ſed mille & q̄dringētos: at q̄ iſta ē tarditas/q̄
hebetudo ut nō uideas q̄ſi certū te ponere qd' i qōne uerſat? nā q̄ ſydeꝝ pōne na
tus ſit chriſtus aſtrologus neſcit/niſi prius accepit ab hiſtoria quo ille tp̄e natus ſit. Alphon-
Exeamus ad tp̄a remotiora. Alphonſus nūerat a diluuio ad xp̄m annos tria milia ſus, Albu
cētū & duos. Idē ſētit Albumaſar: quē ille. ſ. ē ſecutus/huic nūero refragat oīs hiſto maſar.
ria: putat Alliacēſis errare oēs hiſtorias potius q̄ aſtrologos: Q ua q̄ſo rōne? an qa
iter eā cōiūctionē q̄ pceſſit diluuiū xp̄m p tot annoꝝ curricula deueniat? hoc illis
denegat nemo: ſed unde didicerūt fuiſſe eā cōiūctionē p tot quot ipſi ānos putāt añ
diluuiū? Nū ſcire hoc ipſi aliūde potuerint q̄ ex hiſtoria? ꝓfecto eſt hoc adeo mani
feſtū/ut niſi lapſum hic uidiſſem Alliacēſis/putarē me in re ſupflua uerba ꝓdigere. Hiſtoriæ
Nam illoꝝ ſnīa quātū quæſo erat ridicula: q ex prima a mūdi initio cōiūctione de laus
annis mūdi certiores fieri poſſe nos dicebāt: eā uero primā cōiūctionē ex mūdi ge Ex quo
nitura colligebāt q̄ſi dubitare de ānis mūdi poſſimus/q nō ſolū quo āno: ſed & q̄ ho apud bar-
ra cœpit exploratū hēamus. Petēdū igit tp̄s reꝝ a magra reꝝ hiſtoria nemo ambi- baros ſeu
gat: cuius i ea re diſcipula aſtronomia arbitra eē nō pōt. Nā dabo ego Alphonſo p arabes
tot ānoꝝ milia añ Chriſtū talē fuiſſe q̄lis ex eius tabulis appebit ſydeꝝ pōnē: ſed p temporū
hæc tp̄a eueniſſe cataclíſmū aut rē aliā geſtā nō dabo/niſi fidelis hoc mihi hiſtoria ſupputa-
demōſtrauerit. Errarūt aūt oēs aſtronomi i hac tēporū ſupputatiōe uehemēter: qd tionis
magis ſuo fiet loco manifeſtū: qd' nō aliā eis ob cām potuit cōtigiſſe/ niſi qa fallis ingnoran
hiſtoriis adhæſerūt: latini. n. aſtronomi arabes ſūt ſecuti/illi uero fabuloſiſſimi: ſūt tia proceſ-
& liq̄s a græcis latiniſue ſcriptoribus hiſtorias accepunt/pegrina trāſlatio pleraq; ſerit
uiolauit: qd' cū fiat facile in oī re apud barbaros lr̄as: abhorrētes tū uero fit facilli Fidelium
me in iſta numeroꝝ annotatione in q̄ & librarioꝝ accuratiſſima diligētia nō nihil hiſtorias
ſemp fere hallucinat. Vtēdū igit ueris hiſtoriis atq; fidelibus iter q̄s ſacrā aliis añ eē reliq̄s
ponēdā chriſtianus nemo dubitabit: Sed nec uel hebræus uel ſaracenus: porro i his excellētio
quæ añ cataclíſmū euenerūt/aut illā hoc eſt moſaicā/ aut nullā hēbūt ēt gētes hi- res

ſtoriā quā ſequant̃:cū de illis tp̄ibus apud cæteros nihil ꝓditū lr̃is inueniat̃/ſicubi uero in ſacris uoluminib⁹ æditio græca ī hac annoꝝ ꝑmenſione ab hebraica ueritate diſcordat/nō pōt qſq̄ recto iudicio auctori ipſi præponere fidē tranſlatoris præſertim cū numero hebræoꝝ nō ſolū accedat Hieronymus:ſed accedēdū etiā putet Auguſt.q̄ etſi ueterē trāſlationē libenter ſequit̃ & ꝓbat ubi tn̄ de hac uaria annoꝝ dinumeratiōe facit mētionē fidē ait reꝝ geſtaꝝ ab ea lingua eē petēdā:ex q̄ tranſlatū eſt qđ habemus/atq; ita ut ille qđ diuerſum eſt apud.lxx.myſteriū putet potius q̄ errorē hiſtoriæ tamē hoc eſt litteræ ueritatē apud Hebræos eſſe nō dubitat.

Hebræorū ſuppu-tatiōes ualere

Capuт IX Sūma ſniæ Alliac.ī lib.quē de cōcordia aſtrolo.& hiſtoriæ p̄titulauit.


Ridiculū

POſtq̄ hæc de uera tēpoꝝ ſupputatiōe breuiter iecimus fundamēta:ueniamus ad iſtas maximas aſtrologoꝝ cōiūctiōes:hoc eſt ad maxīas eoꝝ inſanias ab his exordiētes q̄s ī tractatu de cōcordia hiſtoriæ & aſtrologiæ colligit.Alliac.is ī eo ope hoc ordine uſus ē.Principia duo ſupponit:alteꝝ de ānorum nūero ab Adā ad xp̄m:alteꝝ de themate genituræ ipſi⁹ mūdi.Fluxere igit̃ inqt ab Adā ad Ieſū āni quq; milia trecēti q̄dragita q̄ttuor ab Adā.ſ.ad diluuiū.mm.ccxlii. a diluuio ad Ieſū tria milia cētū & duo.❡In pria uero mūdi cōſtitutōe ita erāt ī cælo ſydera collocata/nā horoſcopū fecit pria ps Gācri:ſūma uero cæli faſtigia Arietis ps pria poſſidebat:Mercurius ī Geminoꝝ pte q̄ītadecia duodecimā cæli regionē:Venus ī Tauro undecimā occupabat:utrūq; lūinar̃ nocturnū q̄dē ī Tauro:diurnū ī Arietis pte decima nona medio & ſūmo cælo ꝑfulgabāt:Saturn⁹ in Aq̄rio domum mortis:Iuppiter nonum cæli locum tenebat in Piſcibus:Mars in Scorpione & in quinta ab horoſcopo ſede morabatur:quo etiā loco/ſed in Sagittario erat draconis cauda:quam totam diſpoſitionem ſequens figura ante oculos ponit.

Fūdamenta concordiæ Alliacen.

Diſpoſitō figurę maximæ coniunctiōis

Prima maxima coniunctio.



❡His ita poſitis nullo negocio colligit fuiſſe primā a mūdi initio maximā Saturni & Iouis cōiūctionē ī pricipio.ſ.Arietis poſt annos.ccc.&.xx.p⁹q̄ ſex alīs enūerat iteriectis.ſ.ſp ānis nōgētis & ſexagita errore medii mot⁹:atq; ita ſeqt̃ ſe primā a mūdi initio maximā cōiūctionē eueniſſe āno gr̄æ.Dccxxxv.Poſtq̄ octaua ſequet̃ anno.m.dcxciii. His ita diſtributis colligit ex hiſtoriis capita reꝝ magis memorabiliū:q̄ medio illo tp̄is ſpacio eueneř qđ ī ter unā.ſ.aliāq; cōiūctionē maximā exigit̃:hoc ē ꝑ annos illos nōgētos & ſexagīa:ī quo tp̄is īteruallo q̄cq̄d īſigne accidit & memorabile ad p̄cedētē putāt ꝯiūctōe; referēdū poſtq̄ illđ.ſ.euēit:& q̄m ſp ī hoc ānoꝝ ſpacio geſtū aliqđ iuēit magnū & mēorabile putat ꝯfirmatū:n̄.ſ.maxias illas ꝯiūctōes fine

maxia reꝝ iſerioꝝ mõne ɔtigerī: & qđ alio li. erat pollicit⁹ pſtitiſſe ſibi uī/ut hiſtoriȩ
ueritatẽ aſtrologieȩ ueritati oñderet cõſoãī:ħ toti⁹ lib. ſũma hic ordo hoc fũdamẽtũ.

Caput X Erraſſe multifariam Alliacenſem:& ut quæcũqꝫ ſupponit conce
dantur: non tamen efficere eum quod uult.

PRincipio aũt ut ita ſit de cõiũctiõib⁹: đ tpe euẽtoꝝ reꝝqꝫ geſtaꝝ: de mũdi Prima rõ
genitura ntqꝫ illi dẽiqꝫ dem⁹ totũ qđ poſtulat. q̄ iſta tãdẽ ẽ p hiſtorias cõfit
matio aſtrologiæ: ſi nũq̄ elapſos oñdamus ãnos nõgẽtos & ſexagita quin
magnã aliquã gẽitaꝝ reꝝ mõnẽ uiciſſitudinẽ hũanȩ cõditiõis/uiderit mũdus. Spa
tiũ hoc ãnoꝝ deſcribe q̄ſo aliis ab initiis ut nõ uerbi gr̃a ab ãno mũdi. ccc. &. xx. qđ
erat tp̃s pr̃iæ cõiũctiõis. Sed a. ccccc. mũdi anno: nõgẽtoſqꝫ iſtos dinũeres: q ab una Secunda
cõiũctiõe reuoluũt̃ ad aliã. Variaqꝫ ñ mius & bella iuẽies: & leges: & ꝓpħas: & pe Tertia
ſtilẽtias: & euẽta genus mlt̃iplex & uariũ tractu illo tpis tã diuturni cõtigiſſe cur nõ Q uarta
p ducẽtos ſp ãnos a tpe illius tuæ cõiũctiõis ſeriẽ iſtoꝝ actoꝝ reducebas. P̄guis hic Q uinta
nimis minerua ſi aſtrologiã hiſtoriæ ita cõcordamus. Sed nec cõiũctiões illæ uerȩ Sexta
ſed mediæ hoc ẽ falſæ & nullæ: nec ut eas ꝓ mediis accipiamus ad illa ẽt tpa ſũt re Mũdi ge-
ferẽdæ. Nec is quẽ putauit ab Adã ad Xp̃m nũerus ãnoꝝ. Sed uerã ſupputationẽ nitura ab
plus ãnis mille & q̄drigẽtis excedẽs. nec res illæ geſtæ aut euẽta/tpib⁹: qb⁹ putauit Alliacenſi
euenerũt & quã đſcribit mũdi geniturã nõ ſolũ dubia aut falſa ſed ipoſſis aſtrologi- deſcripta
ca rõne plãe demõſtrat̃. qr̃ una littura totus ille libellus emẽdari p̃t eas cõiũctiões falſa & im
medias eẽ ñ ãt uetas nẽo neſcit nec ip̃e diffitet̃. Q đ ſi mũdi gẽitura ex q̄ oẽs ducũt̃ poſſibilis
ipoſſibilis/neceſſario/& illa ad mediũ ẽt motũ falſa ſupputabit̃. illa an ſit ipoſſibilis Reproba
uolumus uobis Mercurius iterp̃tet̃ q i ea qdẽ figura ꝓcul a Sole ſex & qũq̄gita p̃ti tio alteri
bus collocat̃ a quo tñ ultra nouẽ atqꝫ. xx. nõ latũ qdẽ unguẽ receſſiſſe ſe unq̄ p deos us mundi
oẽs deaſqꝫ deierabit: qđ pc̃tm̃ euidẽs nimis & inexpiabile. Eã ẽt putat primordialẽ genituræ
mũdi figurã quã i Elucidario affert Alliacẽſis/Mirabilibus illuſiõibus hõuſtatã re Abraam
fert̃. n. ad Chaldeos & iſmaelitas quos. ſ. huius miſterii cõſcios fecerit diuitas/In ea Nota erro
aũt Mercu. i pr̃ia p̃te Gemioꝝ: Sol i pr̃ia Arietis collocat̃/quo fit ut diſiũctus a So rem maxi
le ſit Mercurius p̃tibus. lx. qđ plãe eẽ ipoſſibile aſtronomus nullus denegabit: ſꝫ re- mum.
deamus ad illas cõiũctões q̄ (ut dicebã) ſublata pr̃ia cæli figura ex q̄ oẽs colligebã Error in
tur falſæ & ipoſſibiles đp̃hẽdũt̃. Accedit & illđ ꝙ nec poſt nõgẽtos ãnos ẽ cõiũctio Abrae tẽ-
in Ariete (ut docet Abraã hiſpanus i. vi. lib. cui titulus redẽptio Iſrael. At neqꝫ ẽt q̄ pore.
ad illas refert euẽta qbus putat tpib⁹ cõtigerũt. ñ. n. a mũdo ad diluuiũ ãni ut refert
duo mille ducẽti q̄dragita duo ſed mille ſexcẽti qũq̄gita ſex ut poſtea đclarabit̃: qr̃
tertia illa maxia cõiũctio quã p̃ceſſiſſe ait diluuiũ ãnis duobus ut q̄ a mũdi cõſtitu
tõe p ãnos euenerit duo mille. cc. q̄dragita poſt diluuiũ ip̃ꝫ fuit ãnis ſexcẽtis octua Vera an-
gita q̄ttuor. Itidẽ ãno a diluuio nõgẽteſimo q̄drageſimo ſcđo q̄rtã notat maximã cõ norũ ſup
iũctionem & añ eã p annos ſexdecī natũ ait Abraã p̃riarchã qui tñ añ huius tpis cõ putatio a
iũctionẽ p ãnos ſexcẽtos & trigita diẽ dñi uidẽs exultauerit. Natus ẽ. n. ãno poſt di diluuio
luuiũ ducẽteſimo nonageſimo ſcđo. Sed nec a diluuio ad Ieſũ tot ulla hiſtoria ãnos ad Chri-
cõputat quot Alliacẽſis ſecutus Albumaſarẽ & Alphonſum: hi. n. ãnos nũerãt tria ſtum.
millia cẽtũ & duo at uerã hic nũerus ſupputationẽ octigẽtis fere ãnis excedit: nã a Error Al-
diluuio ad Abraã ãni ducẽti nonagita duo ab Abraã ad Dauidis regnũ/nõgẽti fere bu. Alphõ
& q̄dragita teſtimõio utriuſqꝫ editiõis & rabãi: a Dauidis regno ad initiũ eius capti ſus
uitatis q̄ ex uaticinio Hieremiæ durauit ãnis. L. q̄dragẽti ferme & octuagita idẽ Be Beda.
da Rabão hebræiſqꝫ ſentiẽtib⁹: ab ea uero captiuitate. i. ab eo quo cœpit tpe ad Ieſũ Rabanus

& nonagita quos oẽs ſimul ſi colligas inuenies a diluuio ad Chriſtum ãnos paulo plus duobus millibus.& trecẽtis cũ illi tñ ultra annos triamillia & centum & duos annumerẽt/a quo numero latini hiſtorici q plus annoꝝ cõputauerũt plus tñ cẽtũ & q̃draginta annis a numero minore defecerũt/Quã q̃ nos etiã pauciores q̃ ſupra collegimus exactiſſima notatiõe cõputãdos in tractatu nr̃o de uera tẽpoꝝ ſuppu tatione ꝓbauimus quã igiẽ notat ſextã magnã cõiunctionẽ añ Chriſtũ p annos du centos & uigintiq̃nq; ea poſt euãgeliũ fuit ãnis fere ſexcẽtis.ſed & illud hominẽ in hiſtoriis oñdit ualde indiligẽtẽ q ſeptigẽteſimo Chriſti ãno ad qđ.ſ.tẽpus ſeptimã rettulit licet falſam cõiũctionẽ hereticoꝝ ait peſtẽ exortã i eccleſia præcipue quæ arrianoꝝ quoꝝ hereſis ãno grẽ trecẽteſimo fere exorta añ annũ ſexcẽteſimũ nulla erat/& de his q̃dẽ ut puto ſatis & ni fallor euidẽtibus uſi teſtimoniis diſputauimus.

Alius error circa ſeptimã cõiũctionem Arrianorũ hereſis quãdo cœperit

Caput XI. In diluuii cõiũctiõe tũ iter ſe tũ a ueritate aſtrologos diſcrepaſſe atq; ut deẽ illis q̃cq̃d petunt nõ tamẽ id eos ꝓbare qđ contendunt.

TRãſeam⁹ ad alias magnas cõiũctiões ab aliis paulo diligẽti⁹ ãnotatas ſed nõ ita ut notã ipſi tñ delirii nedũ erroris euitent. Atq; ab ea primum exordiamur ãtiq̃ſſima ad quã referũt cataclyſmi uniuerſalis euentũ/De q̃ primo uidebimus q̃ pugnãtia iter ſe & cõtraria ipſi aſtrologi ſentiãt/utq; alter alteꝝ taxet & reprehẽdat.tũ aberrare plane oẽs.Poſtremo ut ſit uera eoꝝ ſñia non effici tñ qđ uolũt/ut plane.ſ.illud hinc cõfirmeẽ:nõ euenire tales cõiũctiões ſine mutatõe magna reꝝ iſerioꝝ.Eſt igiẽ cõis ſñia aſtrologoꝝ añ uniuerſale diluuiũ p annos ducẽtos ſeptuaginta nouẽ iũctos fuiſſe Iouẽ & Saturnũ i decimaq̃rta pte Cancri cũ principiũ Arietis eẽt i horoſcopo utroq;.ſ.ſyderẽ i q̃rta cæli regiõe pͥter collocatis hoc ſcripſit Aoniar i lib.de natiuitatib⁹ & poſterioꝝ uulgus i eius ſñiam maxima ex pte diſceſſerũt Albumaſar octo añ ãnis hãc cõiũctionẽ ãnotauit.hoc eſt añ diluuiũ annis ducẽtis octuagita ſeptẽ/qđ ſecurus ẽ ẽt Hẽricus ei⁹ iterpres.Veꝝ cũ eã cõiũctionẽ idẽ Albumaſar præceſſiſſe dicat coniunctionẽ quæ ſectã Arabũ ſignificauit ãnis tribus millib⁹ nõgẽtis q̃nquagita octo/cõtradicit Hẽricus ex fide tabulaꝝ machliuiẽſiũ q̃ꝝ nũeris ait a ſe deprehẽſum fuiſſe eo ãno quo eos iunctos dixit Albumaſar iter Saturnũ & Iouẽ Signoꝝ q̃ttuor iteruallũ/ſed ſupputãtẽ ſe diligẽtius ait inueniſſe illã cõiũctionẽ ãno añ Arabũ cõſtellationẽ Milleſimo tertio nõgẽteſimo q̃nq̃geſimo pͥo.Cũ itẽ Hẽricus iſte ſimul eos dicat iũctos i q̃rta pte Cãcri alii uſi tabulis Alphonſi q̃rtadecia pte eius ſigni iũctos illos fuiſſe cõtẽdũt:Sed mittamus has eoꝝ diſcordias atq; iã illud oñdamus ut oẽs pͥter a ueritate diſcordẽt.nã ſiue regis Alphonſi ſiue tabulis illis utamur Machliuienſibus a Chriſto retrorſum uerſi ſumẽdo primordia cæleſtiũ motus explicamus icidimus i eã cõiũctionẽ anno q̃dẽ (ut ait Hẽricus) añ chriſtũ tertio milleſimo trecẽteſimo q̃nq̃geſimo ſecundo/a quo nũero alii paucis mẽſibus uariãt.Nos aũt ſupiore capite a diluuio ad Chriſtũ ãnos paulo plures duobus millibus & trecẽtis uera ſupputatiõe colligi demõſtrauimus q̃re preceſſit ea cõiũctio ipſum cataclyſmũ annis nõ ut ipſi dicunt ducẽtis & octuaginta ſed mille adiectis duobus & octuaginta q̃d igiẽ illi & cataclyſmo?neq;.n.puto ad tot ãnos uim illius cõiũctiõis extẽdẽt:Sed demus illis nõ pluribus q̃ uolũt eã ãnis añceſſiſſe diluuiũ atq; his q̃bus putãt tꝑibus dilluuiũ euẽiſſe/an credis tñ effecturos qđ uolũt?atq̃uis hæc itẽ illis demus nihilomin⁹ tñ falſi uãi ridiculi.Nã eſto iuncti fuerit Satunus & Iuppiter i Cãcro ꝓpa ne pͥit mũdus aq̃ꝝ iundatiõe ſubmerſus?At pluſq̃ decies poſt ea tꝑa i eodẽ ſigno ſimul fuere nec tñ pͥit mũdus imo nec

Diſcordia aſtrologorum

Cõis ſñia cuius auctor aoniar.

Sñia Albumaſaris a priori diſcrepans.

Henricus Albumaſaris iterpres illi contradicit.

Diſcrepãtia Hẽrici ab aliis

Diſcordia aſtrologoꝝ a ueritate.

una ꝓpa

una ppa regio aqs ĩmerſa eſt/nedũ orbis uniuerſus/Euẽtum rarũ maximum admira
bile ipſa tñ cõiũctio qd quæſo hẽt hmõi? Nã & ſæpius poſtea rediit(ut dicebã):&
ſiue Meſſallæ ſiue alioꝝ ſnĩæ accedamus/nõ ſolũ maximis ſed nec maioribus cõiũ
ctiõibus cõnũerabiẽ.Cũ & duo ĩ ea tm̃ ſydera copulenẽ nec ĩ ſignoꝝ ĩnitio hoc ẽ ĩ Scda
Ariete:nec ĩ pricipio alicuiꝰ triplicitatis/qd igiẽ hẽt ſingulare? cur tã mirabilis &
nũq poſtea uiſi/præterq̃ fidẽ excellẽtis effectus/cã exiſtimeẽ.qd cur tã diu/hoc eſt
p ducẽtos & ſeptuagita nouẽ ãnos pduraſſe uirtus eius pateẽ? Nã ſi q̃ ĩ principiis
accidũt triplicitatis ad pricipiũ uſq; alterius dixeris hr̃e efficiẽtiã/dices qdẽ rẽ falſã
& a nobis ſupius ĩprobatã ſed tuis forte dogmatibus cõſonã.At dicere hoc de ea cõ Tertia
iũctiõe quæ ĩ medio fit nec nr̃æ ueritati nec tuæ ẽt uanitati cõcordat/cũ non pluſq̃
ad uiginti ãnos eaꝝ uirtutẽ ſignificãtiãq; deducas.Cũ ãt illa ĩ medio fere Cãcri eue
nerit reſtabãt adhuc ãni.C.&.xx.ut dicũt ex medii motus rõne/ut ab aquea tripli- Quarta
citate ad igneã Saturnus & Iuppiter cõuerterenẽ q̃re ſi illa ĩ Cancro copulatio tot
præceſſit ãnis diluuiũ hoc eſt ducẽtis & ſeptuagita nouẽ/Seqẽ ut facta ſit orbis in
undatio ĩ medio igneæ triplicitatis ad quã migraueẽ ſydera ſupiora ãnis ante Cata
clyſmũ cẽtũ & qnq̃gita nouẽ pmãſereq; ĩ ea poſt mũdi ſummerſionẽ p ãnos cẽtum Quinta
&.xx.q; ſi ẽt Alphõſi tabulis utẽtes/reſoluimus annos a nobis ad mũdi primordia
cõputemuſq; a Chriſto ad diluuiũ ex eoꝝ ſnĩa ãnos triamillia cẽtũ & decẽ iuenie-
mus mediã cõiũctionẽ Iouis & Saturni ĩ decima nona pte Sagittarii p ãnos duos
añ diluuiũ & dies unũ atq; uigĩti:atq; añ eã uerã eoꝝ cõiũctionẽ ĩ q̃rta decima pte
eiuſdẽ ſigni/ãno añ diluuiũ uigeſimo prĩo adiectis diebus trecẽtis trigita ſeptẽ.Itẽ
eorũdẽ cõiũctionẽ mediã ĩcidemus ĩ decima pte Arietis uerãq; rñdẽtẽ/añ eã mediã
Neq; uero hæc ſolū q̄bus cóceptui genitura præponit́:ſed quæ aliquā uim in fato
decernēdo aſtruūt genituræ:minus hr̄e poſſunt firmitatis.ſumma.n.totius uirtutis

Cōfutatō Haly.

ad cōſenſum refert́ qui ſit inter natiuitaté atq; cóceptum: atqui nam iſte cōſenſus:
quæ ſimilitudo? R̄ſidet Haly Solē hora genituræ in ſigno ſemp̄ inueniri:quod aut
ſeptimū aut nonū aut decimū ſit ab eo in quo fuit hora conceptus. Hæccine igitur
illa ſimilitudo? O ridiculam uanitaté quaſi aliqd̄ tēpus alicui tēpori hac rōne non
cōſentiat q̄re.ſ.Sol quocūq; tpe á ſigno in quo alias fuit aliquo ſemp̄ ſignoꝝ nume
ro neceſſario diſtat.An probabilius qd̄ affert́ de Luna? cuius locus cum naſcimur
horoſcopus ſit cōceptionis:& qui tūc Lunæ locus horoſcopus ſit/ deinde natiuita
tis:atqui hoc falſum cōfictumq; ab aſtrologis poſtea demonſtrabit́. & Haly Auen
rodan in tractatu præſentis quæſtionis exponens Ptolē. ut ueꝝ interdū ita falſum
interdū ait a ſe deprehēſum. Veꝝ age ſit ueꝝ nulla potius uia fictus ille conſenſus
utriuſq; horæ euidētiuſq; coarguet́:qm̄ ſi ex regula illa aſtrologoꝝ cōceptus horā
inueſtigaueris:& thema ad id tēpus tibi conſtitueris inuenies cæli ſtellarūq; diſpo
ſitionē ab ea ſemp̄ eſſe diuerſam:aliarūq; reꝝ oīno ſignificatricē:quæ hora natiuita
tis ſupputantibus apparebit.ſed q̄d plura in nugis confutandis uerba prodigimus

Haly effi caciā fati dicit eſſe in hora cōceptus

Haly īſignis aſtrologus in lib.quē ſcripſit de electiōibus apte cōfitet́ efficaciā fati
decernendi eſſe in horā cōceptus.Sed qm̄ hæc ignoret́/iccirco ad horā natiuitatis
aſtrologos confugiſſe. Et ipſi cū urgent́ de ortu Geminoꝝ quoꝝ diſpar ſit fortuna
ſolēt dicere interdū diuerſitaté cōceptuū illoꝝ fortunā uariare: cū tn̄ ſi hora conce
ptus ea ſolū diſponit quę accidūt itra uteꝝ illud potius ſequit́ ut poſſit eoꝝ quoꝝ
conceptus diſpar compar quidē eſſe fortuna: ſed natiuitas nullo modo eſſe poſſit.

Ca. IIII. Vniuerſalia fata q̄bus uiis aſtrologi ueſtigēt & q̄ parꝝ rōnalibus.

DIximus de initio fati particularis q̄ ſit incertū:& q̄ falſa rōne ab aſtrologis
cōſtitutū:reſtat dicere de uniuerſali:unde.ſ. fata urbiū/gentiū/ regnorum
& in uniuerſum mūdi ꝓnūcient́/q̄ hoc quoq;(ſi aliqd̄ eē cōcedat́.)in am
biguo tn̄ & incerto ſit.& a noſtris aſtrologis perperā deſinitū. Solēt autē

Triplex aſtrologorū uia uniuerſalia ꝑſagiendi.

ad uniuerſales prædicēdas mutationes triplici fere uia ꝓcedere:aut ex magnis ſy
deꝝ ſupiorū uel luminariū eclypticis cōiunctionibus: aut ex cæli diſpōne cum pri
mas Arietis minutias Sol ingredit́:quod quaſi principium anni ſtatuerunt:aut ex
principiis urbiū regnorū:gētiūq; peculiaribus: hoc ē ex hora qua urbs ædificata:
uel regnū inſtitutum:uel lex genti data qua uiuit/quaq; gubernatur:quæ omnia q̄

Inſania aſtrologorum & impietas.

ſint friuola magna ex parte ſupra eſt oſtēſum:nō ſolū ubi tota depulſa eſt ſyderum
efficiētia ſed ēt cū totā ꝑdicēdi ex magnis cōiūctiōibus rōnē infirmauimus:& ſiue
ab illis/ſiue a defectibus luminariū/lōgo poſtq̄ accederūt tpe expectat́ aliqd uanū
declarauimus:tū īpietatē inſaniāq; deteximus aſtrologoꝝ: & legē cæli fato & fato

Vrbis fata nō rōnabiliter a iactu primi lapidis auſpicari.

ſuæ legis gētes ſubiiciētiū:necnō q̄ ſit uanū/uel urbis ædificate uel accepti regni s
q̄ſi rei naturalis diē natalē decernere. Nūc & ſi oīum reꝝ fatū aliqd eē cōcedamus
ſumus oſtēſuri de fatali principio harꝝ reꝝ nihil certū aut poſſe deffiniri:aut hacte
nus eē ab aſtrologis definitū.Primū qdē ī auſpicādo urbis fato a iactu lapidis qua
rōne mouent́? qn̄q dē iā ciuitatis potius q̄ urbis fata ꝑſcrutant́:illud momentū po
tius obſeruādū quo urbs ædificata cœpta eſt habitari/& ſuis legibus regi & conti
neri. De regis itē fortuna magna inter eos diſcordia cū alii putēt ex hora illam pen
dere qua rex inſtituit́ ſiue decernit́. Alii cathedrā potius ſiue coronationē putant
inſpiciēda.

inſpiciendá.ſed hæc quaſi minutiora prætermittamus:cũ ẽt Haly fata gẽtiũ urbiũ & regnoꝝ nõ tã ab his ipſis quæ dicebamus/q̃ a principis magnaꝝ uniuerſaliumq; cõſtellationũ credat depẽdere: de quibus cũ illis collato pede mox diſputabimus.

Magna diſcordia inter aſtrologos de regis fortuna.

Caput V. Aſtrologum non poſſe p̃dicere quanã orbis regione fatũ aliqđ euenturũ ſit:quoniã incertũ apud ipſos quæ cui ſigno uel planetæ regio ſubiiceat.

Si magnæ q̃s uocãt cõiunctiones: ſi defectus Solis & lunæ q̃tas aſtrologi fabulant̃ cient mutationes illud nũc cõtẽdo: uere tñ de illis ab aſtrologis nihil poſſe prædici:neq; tñ illis cõiecturis quæ obiici pñt horoſcopũ magnæ cõiũctionis ĩcertũ/an ſit ꝑprius aut ipſius anni quo uertẽte illa cõtigerit: arbitrariæq; illos in defectu luminariũ principium mediũq; obſeruare/ tpibus reliquis inobſeruatis: tũ ẽt ſolius principii hita rõne: cõdonent̃ illis hæc omnia:nec ſup his litẽ ullã faciamus alibi premere eos poſſumus efficacius:uñ oĩmoda hmõi prædictionum incertitudo demonſtret̃.ſunt.n.eaꝝ q̃ttuor capita: primũ ut prædicat̃ qd ſit futuꝝ.ſecũdũ quo in genere reꝝ: tertiũ quonã tpe:q̃rtũ apud q̃s gẽtes & in qbus locis ac regionibus.Q đ ſi nulla fere reꝝ mutatio eſt nullus caſus uel ꝓſper uel aduerſus qui nõ aliqua mundi parte apud aliquos populos accidãt quocũq; tempore ueniat/erit omnis hmõi uana futiliſq; prædictio/niſi poſtremũ hoc habeant exploratum/quonã.ſ.loco quaq; pte terraꝝ admirabiles ille mutatiões euẽturæ ſint. De hoc aũt ita definiũt ut ĩ regionibus illis expectet̃ quæ ſint ſigno ſubiectæ:apud quod talis uel cõiunctio ſyderum uel luminarium defectus contigerit: nec ſolum quæ ſigno penitus eodem ſed uel eodẽ uel ſigno ſaltẽ eiuſdem triplicitatis: Hæc eſt omnium aſtrologoꝝ ſuper hac re indubitata ſententia. Vnde illud colligirur/ nihil poſſe de fato alicuius regiõis uere prædiuinari niſi prius cõſtiterit: cui nã ſigno/cui plantæ regio illa ſubiiciatur.ſicut nec de hominis põt fato prænunciari ſi tempus genituræ fuerit ignotũ.Q uod ſi de ſubſignis planetiſq; diuerſis terraꝝ diſtributione oĩa apud aſtrologos ſint incerta patet euidentiſſime prædictiones eoꝝ de hmõi rebus neceſſario fore q̃ incertiſſimas. Illud uero q Ptol. & Albumaſaris libros legerit accurate facile ĩtelliget:cũ nullũ ſit dogma in quo ſibi minus aſtrologia cõſentiat.Ptol.in.lib.apotelеſmatũ igneã triplicitatẽ præeſſe dicit ſeptẽtrioni:terreã meridiei:aereã oriẽti: aqueã occidenti:Q đ ſecutus eſt Iulius firmicus opionũ ueterũ æmulator.Idẽ uero Ptol.ſecũdo lib.eiuſdẽ opis/uel aliter explicare/uel imutare nõ nihil/eã uidetur partitionem/igneã triangularonitatẽ/n tam ſeptẽtrioni q̃ his terris præficiens/quæ ſitæ ſeptẽtrionem & occidentẽ:terream his quæ inter orientem & meridiem:his uero quæ inter ortum & ſeptẽtrionem aeream aqueam ĩter occaſum collocat & meridiem.A qbus oĩbus ea tñ diſtãt quæ Albumaſar ſcribit q̃tũ diſtat oriẽs ab occidẽte.is.n.ſexto lib.magni introductorii igneã triplicitatẽ nõ ſeptẽtrioni/ ut Ptol.ſed oriẽti uoluit dñari:ipſi qdẽ ſeptẽtrioni: cui.ſ.igneã præficit Ptol.ipſe aqueã dñari cõtẽdit:& quã oriẽti Ptol.aereã ipſe cõtra præficir occidẽti:Idẽ tenet Paulus Alexandrinus in inſtitutionibus artis apoteleſmaticæ.Sed ipſe idẽ Albu.q̃ ſi ſui oblitus.lib.primo de magnis cõiunctionibus:tã diuerſa ab his ſcribit quæ ſcripſerat in ĩtroductorio q̃ illa erãt diuerſa a dogmate Ptol.Nã ibidẽ nõ igneã ut Grę ci cũ Ptol.atq; Mr̃no:nõ aqueã ut ipſe alibi. Arabeſq; ꝑmulti:ſed aereã præficit triplicitatẽ:& quã ibi ſeptẽtrioni aqueã dederat tũ oppoſitæ aſcribit regioni hoc eſt meridianæ:occidenti ãt nec aqueã ut Ptol.nec ut ipſe alias aereã ſed terreã ait dñari:qbus ſentẽtiis qdnã põt eẽ pugnãtius:q̃rũ ſe arbitriũ qſnã faciet̃ cum nec rõ hic

Rõnes p̃termiſſæ.

Q uattuor capita huiuſcemodi prædictionũ.

Q uo pacto ſecundũ aſtrologos cognoſci poſſit in q̃ mũdi pte effectus aliqs ſit expectandus.

Diſcordia aſtro.de dñatu planetarũ ac ſignorum ſup mũdi regiones: Opinio Albu.

Alia opi. ipſius Albuma.

Henricus poſtremã Albumaſaris approbat ſentẽtiam Alchabi. Abraam Zael. Saphar Meſſala

poſſit nec expiẽtia mõſtrare ueritatẽ. Henricus macliẽlis poſtremã hanc Albu. opinionẽ ait eẽ ueriſſimã & expimentis q̃ plurimis cõprobatã. Cõtra Alchabi. & Zael iſraelita: & Abraã auenazra: & Saphar ĩ iſagogicis & Meſſala/illã ꝓbãt quã ſcripſit in introductorio. Haly auẽrodã utraq; reiecta Ptol. ſniam oĩbus añponit. Mitto q̃ ipſi ſup his ueteres ĩter ſe diſſentirent/ Aegyptii ab Hypparco: ab Hypparco Ptol. id aliq̃bus exẽplis declarabo. Arieti.n. Aegyptii antiquã Babylonẽ/& Arabiã Aegypto cõterminã. Ptol. Britaniã: Gallatiã Germãiã: Haſtarniã & Paleſtinã ſubiecit Hypparcus & antiquiſſimi aſtrologorũ exactiore q̃dẽ rõne: aliis.n. ſigni partibus alias regiones ſubiecerũt: atq; ita ſiniſtro q̃dẽ Arietis hũero Babyloniã: dextro thraciã τωσ τηθει Armenianæ τοισ πλευραισ Arabiam ægypto cõfinem τω δεϱα χειχαινο τω Perſida & Cappadociã & Meſſopotamiam: & Syriam & rubrũ mare: atq; ita in cæteris ſignis eſt diſcordia: Aegyptii Hipparcus: Ptolemæuſq; diſcordãt nõ minus q̃ a Ptol. etiam Albuma. & a ſeipſo. unde luce clarius cõſtat nihil poſſe ab aſtrologis certi ꝓnunciari: ubinã gẽtium atq; terraꝝ caſus aliquis ſit uenturus cum de ipſa ſub ſignis gentium terrarumq; diuiſione nihil habeãt certũ uel exploratum.

Caput VI. Non poſſe initium unum conſtitui de quo totius anni pendeant fata: tum uaria a uariis anni ſtatui principia & iuxta Hebræos annum potius autumno q̃ uere incohare.

RElĩquũ ut de initio ãni dicamus quod nõ poſſe unũ cõſtitui ex quo totius anni ſtatus prędicatᷣ tñ expreſſe firmat Ptol. ut nullius potius q̃ ipſius uerbis hoc ſim cõprobaturus. Is igitᷣ lib. apoteleſmatũ ſcđo ita ſcribit. In circulo nullus cogitare principiũ ſimpliciter poterit. in Zodiaco ãt ea utiq; q̃s principia iure conſtituet: quæ equinoctiis atq; ſolſtitiis determinantᷣ: quæ ſunt quattuor duo.ſ. æquinoctialia & duo ſolſtitialia: uerum hic locus hæſitationi an aliquid hoꝝ quattuor ſit præponendũ. Nam ſi ipſam q̃dẽ ſimpliciter circularẽ naturam ſpectes nullum eoꝝ ſingularis principii priuilegiũ obtinebit. Vtuntᷣ ãt q̃ de his ſcripſerunt/aliquid ſupponẽtes: diuerſimode uno quoq; illorũ quattuor q̃ſi prĩcipio moti ab aliq̃bus eoꝝ ꝓpria rõne naturaliq; cõſenſu: hẽt.n. unaquæq; illaꝝ ꝑtium aliquid peculiare & excellẽs/uñ ſibi principii & noui anni auctoritatẽ uideantᷣ uẽdicare: ut uernũ eq̃noctiũ q̃đ tũc primũ dies nocte ĩcipit lõgior fieri: & q̃a tẽpus id anni abũdat hũiditate: quæ qualitas & natura (ut ſupius diximus) ĩ oĩ principio generãdaꝝ reꝝ plurima ẽ Aeſtiualis ſolſtitii prærogatiua hæc eſt: ꝙ tũc maxime dies in ſuo q̃ſi faſtigio cõſumationeq; ꝑducitᷣ: tũ uero apud Aegyptios & inũdat nilus & canicula exoritᷣ. In autũnali æq̃noctio fructus oẽs colliguntᷣ & terrę ſemina iaciuntᷣ ĩ brumali ſolſtitio poſt decremẽtũ incipit dies tũc primũ augeri. Quod aũt mihi conuenientius & naturæ conſonũ magis uidetᷣ: hoc eſt ut in obſeruatione reꝝ anni quattuor illis principiis utamur obſeruantes quæ añ illa ꝓxime fiũt Solis & Lunæ uel coitus uel opponẽs: & præſertim eclypticas: ita ut ex principio q̃đ ſumitᷣ ac Ariete uer q̃le futurũ ſit præuideamus. ab eo uero q̃đ a Cãcro ęſtatẽ: a Libra autũnum: hyemẽ a Capricorno: hæc ibi Ptol. ad uerbũ. E q̃bus apparet & creditum ab eo & cõprobatũ nullũ ueꝝ initiũ poſſe cõſtitui. Ex quo totius anni ſtatũ præuideatur/ut

Error Auẽrodã & recentiorum.

nõ poſſim ſatis mirari & Auẽrodã eius ĩterpretẽ: & iuniores aſtrologos ĩdẽtidẽ p̄dicãtes plus tribuere Ptolemæũ ĩ ãno exordiẽdo ueris æq̃noctio/q̃ uel autũni principio uel ſolſtitii. nã quẽadmodũ uernũ æq̃noctiũ q̃d nõ hr̃e dicit unde prĩcipii priuilegiũ mereatᷣ facit idẽ nihil ſecus ĩ reliq̃s. & poſtq̃ oĩbus initialẽ eẽ auctoritatem oſtẽdit: tũ

oſtẽdit:tũ nõ aliud q̃dem alio plus hr̃e momẽti:ſed æque oĩa obſeruãda eẽ decernit hoc & magis cõueniẽs & naturalibus cõſonũ aſſeuerãs q̃ ut unũ ex illis reliq̃s ſuperbius obſeruet. Q ñq̃dẽ unũq̃dq; ſuã hẽt rõnẽ cur principiũ aliq̃d ãni iure exiſtimetur. Q uo factũ ẽ ut diuerſę ẽt gẽtes aliæ ab alio ex his initiis ãnũ exordirent. Aegyptii ab æquinoctiali ſolſtitio: Romani ab hyemali: alii ab autũnali: hoc ẽ ab ingreſſu Solis in Librã eã ẽt horã obſeruãtes q̃ uigeſimã Scorpii ptẽ pagrabat plurimũ ĩ ea efficaciæ momẽtiq; putãtes ad ſtatum & mutationes aeris prædicẽdas: q̃d Saphar & Aoniar ſunt ſecuti: nõnulli itẽ ex ſnia Aegyptioꝝ uolũt illa q̃ttuor pricipia cõſiderãda: ſed nõ ita ut oĩa in oĩbus obſeruent: uñ cũ Sol q̃dẽ Arietem ingredit ipſius Solis ſtatũ cõſiderant: cũ uero Cãcrũ Iouis: cũ Librã Saturni: cũ Capricornũ Martis q̃ hæc oĩa ſydera in eis ſignis regnare exiſtimentur.

Varia apud uarios anni iudicia.

Albu. aliud ſibi ſomnium eſt cõmẽtus: ut ſi quũ Arietis primas minutias Sol inuadit horoſcopus inuenit ſignũ fixũ ex eius horæ cæleſti diſpõne de toto anno q̃dẽ recte ꝓnunciet ſi cõe ſit ſignum duo principia anni ſtatuant/ſi mobile quattuor quæ ꝓrſus uana & arbitraria ſicuti nec rõne/ita nec ueterũ uel auctoritate uel experimẽtis fulciunt.

Albumaſaris commentum.

Q d' ſi q̃s forte ex mũdi creatione opionionẽ aſtrologorũ uelit cõfirmare: ut ꝓpterea ex ingreſſu Solis in Arietẽ futura fortuna cognoſcat: q̃m per id tẽpus mũdum Deus creauerit: ut nõ ſint aliud annorum cõuerſiones q̃ reuolutiões mũdanæ genituræ: is uero facillime ſtatimq; reuincet: q̃ñq̃dẽ ſi mũdi ſeq̃mur geniturã tã erit incertũ q̃ ſit anni principiũ ſtatuẽdũ/q̃ etiã eſt incertũ quonã tpe anni mũdus fuerit iſtitutus. Neq; enim apud Hæbreos/a quibus mũdi creationẽ accepimus q̃cq̃ ſup hac re certũ & definitũ eſt: ſed alii uere: alii autũno exortũ cõtẽdunt: & ſi altera opĩo eſt ꝓferenda/eo potius declinãt ut in autũno cõditũ credãt. Nã q̃d' ſcriptũ eſt eodẽ mẽſiũ in quo phaſe celebrabat primũ mẽſem in anni mẽſibus futurũ/id rõne ſolẽnitatũ celebrandaꝝ dictũ uolunt: quare ſi illa maxima prima & ꝓcipue eſſet ſolẽnitas/qua coꝝ exitũ de Aegypto/q̃d' primũ dei in populũ beneficiũ/cætera ſint ſecuta. in reliq̃s aũt rebus oĩbus a Septẽbri initiũ faciebant: q̃d multis tũ ſacraꝝ lraꝝ locutionibus: tũ antiq̃s cõſuetudinibus iudæoꝝ uidet cõprobari. Scriptũ. n. in exodo ẽ/ſcenopheigia: hoc eſt in feſta tabernaculoꝝ celebrari ĩ exitu anni: ea uero medio Septẽbri celebrãtur.

Annũ rõnabilius ſecũdum Hebræos incohare autũno q̃ uere.

Et in libro Neemiæ ſcribitur & factũ eſt in mẽſe caſleu is ẽ apud Chaldæos q apud nos decẽber ãno. xx. tũ. ſ. factũ ẽ in mẽſe niſan/hoc ẽ Aprilis ãno. xx. q ſi menſis niſan ĩ. Aprilis caput ãni eẽt nõ uigeſimo ãno: ſed primo ac uigeſimo erat ſcribẽdũ. Præterea cũ lege caueret ne ſeptimo ãno q. ſ. erat ſabbatũ ãnoꝝ aut meterẽt agros/aut ſeminarẽt ſi caput ãni erat Aprilis ſequebat/ut q̃d p Octobrem ſexti anni ſeminauerant id æſtate ſequenti metere nõ liceret: q̃re hæc. ſ. æſtas ad ſeptimũ annũ ptinebat ſi eius exordia a uere ſumebant: q̃d' ſi erat/credita ſexto anno terrę ſemina deperibant: quod incõmodũ nõ ſequebat a Septẽbri annũ iſtituẽtes. Mitto quæ Lerſienſis in cõputo ſcripſit & Beda in lib. tẽpoꝝ: & Ioſephus in primo antiquitatũ: & Hieronymus in epiſtola de ſolẽnitatibus: q̃ Ezechielẽ ẽt exponens Octobrem dicit primum eſſe menſem: Ianuarium uero quartũ: e quibus omnibus liquet ſiue ex mundi creatione aliquid coniectemus: ſiue aſtrologorum ueterum rationem auctoritatemq; ſequamur oĩno aſtrologos aberrare/qui ex ingreſſu Solis in Arietem de totius anni fato pronunciari poſſe contendunt.

Lerſienſis
Beda.
Ioſephus
Hierony.

Caput VII. De directionibus aliiſq; modis/ quibus tempora futurorum definiunt q̃ parum conſtent/q̃ue in his aſtrologi inter ſe diſcrepent.

SIcut errãt in fatis anni auſpicãdis (ſi qua fati cõcedat̃ auſpicatio) ita in tẽ
pore definiẽdo quo illud ſit euẽtuꝝ qđ initialis hora ꝓmiſit. utunt̃.n.hac
quoqꝫ in re friuolis/falſis/uanis ſuppõnibus & methodo naturali/nihil cõ
ueniẽtibus iter quas illa prima & potiſſima eſt de planetaꝝ partiũqꝫ Zodiaci dire-
ctionibus.(Sic.n.libet eas uocare) quo magis ab his q̃bus cũ diſputamur itelliga-
mur.Illæ igit̃ q̃ falſis nitant̃ ridiculiſqꝫ fundamentis breuiter aperiemus declarata
Conceſſio prius ex propoſito aſtrologoꝝ opĩone. Eſto igitur genituræ alicuius horoſcopus
Leonis.p.q̃ntadecima.Satur.in Virginis.p.ſexta collocet̃/ patet Saturnũ horoſco
po/nec aſpectu nec alia re copulari:quare nõ debet illi nocere: uerũtñ opinant̃ per
uẽtuꝝ aliq̃ñ ex directione horoſcopũ ad Saturnũ:& quo anno illuc ꝑueniet ex Sa
turno morbi ꝑiculũ nato īminere:ꝑuenire aũt aĩũt hac rõne:q̃m ſingulis ãnis ſingu
læ nobis ſignoꝝ ꝑtes attribuunt̃ pro anaphorarũ tñ ꝓportione: ſed hoc nihil ad rẽ
Rationes aſtrologorum. de qua nũc agit̃.Dicũt ergo primo anno uitæ ipſum deberi gradum in quo eſt ho-
roſcopus:quare ſi in eo gradu planeta bonus aut corpore aut radiis fuerit/eo anno
ſua bona largiri:cõtra ſi malus mala: ſecundo anno ſecundum a primo gradu reſpõ
dere:tertio tertiũ:& ſi deinceps. Quare ſi Saturnus exempli gratia/primam & ui-
geſimam partem ab horoſcopo occupauerit cum primo & uigeſimo ætatis anno
pars illa reſpondeat fore ut annus ille Saturni radiis infeſtet̃:Cum uolũt igit̃ quo
nam anno bonũ malũue aliquod euenturum ſit nato præuidere/dimetiuntur gra-
dus inter loca principalia geniture & corpus aut radios boni maliue ſyderis inter
ceptos:& pro numero graduũ de annorum numero præſcribunt:poſt quẽ euentus
ille debeat expectari:hæc eſt eorum poſitio in directionibus:ex quibus & uitæ ſpa
cium Ptol.& caſus omnes uiceſqꝫ fortunæ aſtrologorum turba pronũciat: quibus
quid poteſt leuius? q̃d magis irrõnabiliter cogitari? nam illa primum ad annos gra
duum diſtributio:põt ne magis ex libidine fingi? nullo fundo ſciæ rõniſue cõcepta
maxime cũ interdũ annos/interdũ dies (ut.ſ.eis ſubuenit) a gradibus iſtis dicant in
dicari.Et hẽret hoc forſan aliq̃nã ꝓbabilitatẽ ſi partitio ipſa graduũ eſſet a natura:
illa uero ex arbitrio tota pẽdet mathematicoꝝ: ſigna in triginta potius q̃ in.xx.ptes
nõ ob aliud diuidẽtiũ q̃ ꝙ numerus ille diuiſiõibus arithmeticis eſt accõmodatior:
ut teſtimonio ipſo aſtrologorũ ꝓximo libro nobis demr̃abit̃. ſed qũo mihi nocere
poterit Saturnus in ſexta Virginis pte (ſicut erat acceptũ) cũ naſcebar ĩuẽtus/ẽt ſi
Reſpõſio illis demus primo & uigeſimo ętatis ãno eius influxum ad me pertinere:nam q̃ñ ad
me ꝑtinebit Saturnus:illic non erit:& q̃ñ ibi erit Saturnus/pars illa ad me nõ ꝑtine
bit:qui ſi forte quẽadmodum a peſtilentia infectæ ueſtes uenenum ad aliq̃đ tẽpus
nõ amittũt:ita ꝑtibus cæli ẽt euenire dicãt ut receptã a malo ſydere cõtagionẽ diu
retineant:ꝓpterea qꝫ gradus ille iam tũ cũ naſcebar infectus a Saturno/poſt multos
Cõfutatõ etiã annos uim noxiam illam in me refundat: perbelle põnẽ ſubtiliterqꝫ defendent:
Prima rõ & ſiqdem cũ philoſophis eſſet ſermo iuberẽ meminiſſe luminis affectionẽ ſubiecto
Auicenna in metheoris. nõ hærere ſed abire cũ corpe a quo diffundat̃.Cæleſtium aũt oĩum impreſſionũ ut
in metheoris ait Auicẽna/& uehiculũ lumẽ ẽ:& fomẽtũ.Sed ipſi mihi reſpondeant
cum ad eundem gradum tot annis itermediis alioꝝ accurſus ſit planetaꝝ/an ſuper-
Secunda uentu luminũ ſalutariũ inolitũ illud uirtus putẽt aboleri poſſe uel iminui. Præter-
Tertia ea ſi ꝑdurãt in cæli regionibus a planetis acceptæ ſuſceptæqꝫ qualitates/nec ad exi-
Quarta guum ſpacium tpis cõſeruant̃.nõ erit in factis diiudicãdis tm̃modo obſeruandũ qs
quo cæli loco uel ãno reuoluẽte/uel hora geniture/ planeta inueniat̃: ſed qui eadẽ
loca ꝓcedentibus

loca præcedĕtibus ĕt ãnis pagrarint. Poſtremo cõmẽtũ illud dirigẽdi aliud non eſt
ꝗ ſubiicere res nõ ſolum cõſtellationibus his quæ ſunt ſed quæ eſſe ĕt poſſent. nam
quid aliud eſt dicere Lunam quæ me naſcente exagonis radiis a Sole feriebatur: in
fortuniũ tñ aliqñ inibi pariturã ex ꝗdrato Solis aſpectu: ſub quo illa qdẽ nõ fuit cũ
naſcebar: ſed fuiſſet ſi pluribus cæli ptibus interiectis ꝓcul a Sole magis cõſtitiſſet
quas partes per quas. ſ. a quadrata radiatione diſtabat cũ pegerit poſt tot annos ab
ea illa ibi calamitas infligeť. At cõſtellatio iſta ſub ortu meo nõ fuit/ & ſi poſtea ali-
quando eſt futura: nihil tñ ad me cui ſi fatum aliqđ eſt præterita illud cæli diſpõ de
dit. Patet igiť ꝗ abſurda ꝗ falſa/ ꝗ incõlona ſit poſitio dirigẽdi ꝗ q quottidie utuntur
aſtrologi: quod/ nã hñt fundamentũ undeꝗ ſit deducta: nõdũ forte ut opinor in cõ
ſiderationem examenꝗ reuocarunt: utunť autem præter directiones in euẽtorum
tpibus præuidendis dominatu planetarum quos ordine quodã impetium uitæ ſu-
ſcipere cõſixerunt: hinc centra Chaldæoꝶ: fridariæ Perſaꝶ: Indoꝶ nouenæ tecates Alii modi
Ptolemæi: aphoriaꝗ occurſorꝗ hinc: decẽnia Aegyptioꝶ: cronocratores Arabũ: quibus
& quæ alia hoc genus alii alia pro libidine ſomniarũt quę oĩa peccãt hoc incõcinũ aſtrologi
quod de ſyderibus ita definiũt: ut hic quidem tot annos planeta nos regat: quo tem tpa euẽto
pore conſumato/ ſuccedẽti planetę uel pro ſphęrarum uel pro climatis ordine qua rũ ꝓuideri
ſi p manus gubernacula tradit: qui rurſus p cõceſſum ſibi tẽpus adminiſtrata iuriſ- poſſe pu-
dictione/ credat ſyderi proximo ius & poteſtatẽ: quod qdẽ ab omni eſt naturali rõ- tant.
ne penitus alienum. Nã qđ hoc potius ꝗ aliud ex eis hoc tpe inferioribus dñeť/ nõ
alia põt cã rationabiliter aſſignari ꝗ aut materiæ diſpõ huius potius ꝗ alterius im-
preſſionibus opportuna: aut ſyderis ipſius ad nos efficacior habitudo: ut ſup terrã
ferať aliis ſub terra collocatis/ aut uergẽs ad aqlonẽ regionibus nřis fiat ꝓximior/
aut rectiores radios in terrã iaculeť: & ꝗuis cũ aſtrologis ſentiremus de bona mala
ꝗ reꝶ cõditione pro locoꝶ/ ſignoꝶ/ radiationum diuerſitate eius planetæ qui plus
cæteris in cęlo p id tempus auctoritatis & ptãtis obtineat: hoc eſt ſolum quod dici
ex naturali methodo põt. At reliqua ficta & fabulę ſunt ut Iouẽ dicamus nunc prę
eſſe terrenis: quare annis præcedẽtibus præfuit Saturnus: quẽ ex ſphærarum ordi
ne Iuppiter ſequiť & Taurum: hoc anno dñari: qm̃ præcedenti Aries dñabať qua
ſi terrenoꝶ & magiſtratuũ uices in ſyderibus inuenireņť. Quod ſi ita dicãt expien
tia cõprobatum poſſet eſſe aliqua fides ſi de iſta inter ſe diſtributione tẽpoꝶ cõueni
rent. Sed cũ alius Lunæ alius Marti alius Ioui eoſdẽ annos attribuat nõ ne oĩbus pi
ter experimẽti fides abrogãda: quã pro ſua qſꝗ opĩone ĩ tãta opĩonũ uarietate ptẽ
dat: Aegyptii quos ſequiť Firmicus uitæ adminiſtationem cuilibet ſyderum dant Opĩo Ae
equa partitione annos. x. & menſes. ix. hoc ordine: ut ĩ diurna genitura primum de- gyptiorũ
cẽnium Sol accipiat in nocturna Luna: poſt quod decẽnium/ qui in genitura per ſi- & Mřni.
gnorum curſum in ſecundo loco fuerit inuentus/ tertius qui poſt ſecundum fuerit/
& ſimili modo cæteri. Sed quicunꝗ decẽniũ ſortitus fuerit/ licet ſit totius tpis dñs/
oĩbus tñ ſtellis tota decẽnii ſubſtantiã diuidat a ſe incipiens/ & poſt ſe illis tradens
qui ſint per ordinẽ poſiti. Primo aũt illi quicunꝗ in themate ſecundus fuerit inuen
tus. Eſt aũt ſumma ãnoꝶ quos planetæ ſeptẽ moderanť ex eoꝶ ſententia quinꝗ &
ſeptuaginta ternis menſibus adiectis/ qbus cõſtitutis ad primũ rurſus planetã redi
tus fit: perſæ eũdẽ qdẽ ãnoꝶ numerũ colligũt & a Sole ſimiliter ſi quis natus inter
diu fuerit: a Luna ſi noctu exordianť: faciẽtes ĕt ipſi unũ qdem tporum dñium prin
cipalẽ: ſed alios tamẽ in dñatu uicaria ſucceſſione participes: quã diſtributionẽ uo-

cant fridariã:unde illa uulgata īter iuniores aliquẽ eſſe fridariæ Iouis pcipẽ: mul
tum uero diſcordāt ab Aegyptiis:nã in ſucceſſu planetaꝝ nõ loca thematis genitu
ræ ſed ſphærarum ordinẽ obſeruāt Solẽ mediũ faciẽtes. Præterea nõ cuiq; planetæ
æquale tẽpus aſſignant:ſed Soli qdẽ annos decẽ/Veneri octo/Mercurio tredecim/
Lunæ nouem/Saturno undecim/Ioui duodecim/Marti ſeptem/capiti tres/caudæ
duos:quod quã hẽe poſſit rationẽ ipſe quoq; Auenazra i libro reꝝ aſtrologicaꝝ fa
tetur ſe neſcire. Cõtra uero in aſciſcẽdo pcipe dñatus æquã cuilibet planetaꝝ por
tionẽ dant pſæ ita ut princeps planeta ſeptimã ſui tpis ptẽ ſolus gubernet: ſecundã
cum planeta a ſe ſecundo:tertiam cũ tertio. Aegyptii uero inæqlem hanc faciunt di
ſtributionẽ decernentes Soli qdẽ mẽſes nouẽ & decẽ:Saturno triginta:Ioui duode
cim:Marti quindecim:Veneri octo:Mercurio uiginti:Lunæ uigintiquinq;:quã rur
ſus ſubdiuidunt:ut Saturno ex triginta ſuis menſibus dies ſex reliquis planetis im-
partiatur/atq; idem de ſuis cæteri menſibus faciant:ut docet Epheſtion: & Mater-
nus ignorauit. Sed illud fuit diſſidium Perſis & Aegyptiis/q illi caput & caudã an
numerãt cronocratoris/Aegyptii nõ faciunt. Ex quibus oĩbus paret poſt primum
Opinio Ptole. decẽnium/raro eundem fore annoꝝ gubernatorẽ apud Perſas:& apud Aegyptios.
Ab utriſq; uero diſſentit Ptol. ętatũ dños faciens:ut quaternos primos annos Luna
gubernet:Mercurius decẽ ſequẽtes. Tamẽ ordine qdẽ cõſequẽti: Venus qdẽ octo:
Sol nouẽ:Mars quindecim:Iuppiter duodecim:Reliquum uitæ Saturnus:qui ta-
men cũ exactã peculiarẽq; unicuiq; genituræ tpoꝝ diſtributionẽ inqrit/Cronocra
toris illis qdem principalibus addit annuos/mẽſtruos & diurnos. Sed in illis Ptole
mæo totius fati cardo uerſat:ubi taxat eos q unũ faciunt uitæ cronocratorẽ/Aegy
ptios inuẽs/& Dorotheũ atq; illi ſniæ Ptolemæi. ſiquis accedat diuerſiſſima ſemper
in diſtribuendis tẽporibus ab Aegyptiis Perſiſq; definiet:quo magis libeat irridere
Error inſignis aſtrologorũ noſtræ ætatis. noſtræ ætatis aſtrologos q nõ intelligentes eõdẽ:tecates Ptolemæi & cronocrato-
res:quo Perſaꝝ fridariæ:Aegyptiorumq; decẽnia ptinẽt/uti ſimul his oĩbus uolue
runt:qſi nõ diuerſæ atq; cõtrariæ ſint ſuper eadem re. Sed de rebus diuerſis opinio-
nes inter ſe minime congruentes:Indoꝝ aſtrologia nec fridarias nec decẽnia/nec te
cates nec cronocratores nouit:ſed unam nõ in ſeptem ut illi:ſed in nouẽ mẽbra par
titur:de quibus hic ordine pro locorum thematis diſpõne pnunciat ut primam an
norum partem regant cõſtellatiões ad duodecimam domum ptinẽtes. ſecũdã quæ
ad horoſcopum:tertiã quæ ad ſecũdã domũ:quartã uero quæ ad nonam: quintam
quæ ad decimam:ſextam quæ ad undecimam: ſeptimã quæ ad ſextam octauã quæ
ad ſeptimam nonã quæ ad octauam. Nec ſolum ab aliis in iſta tẽporoꝝ diſpenſatio
ne:ſed in ipſa domorũ partitione diſcordant ad ſigniferi gradus(quos æquales uo-
Arabum opinio. cant)illas diuidentes Arabes Andrugazarem imitantes per trigonocratores qſi di
xeris triãgulatores:hoc eſt dños triplicitatũ:tres uitæ iudicant ptes:ut de rebus ab
unoquoq; locoꝝ duodecim ſignificatis:quis ſit primæ atq; futuris ſtatus/ex primo
triplicitatis dño iudicent:qs mediæ ex ſecundo:quis poſtremæ de tertio:q, ſi trigo-
ni unius duo tãtum domini ſunt ut alio libro dicebamus: aut unius forte genituræ
unius diſpoſitor:qq̃ alius in diurna/alius in nocturna erit magna pars uitæ ſine gu
bernatore. Sed nec ulli ſunt iſti trigonocratores: & ſi ter mille eſſe concedantur ea
Opinio Chaldeorum in uita regenda uicaria ſibi ſucceſſio/penitus eſt deridicula. Sed ab his oĩbus Chal-
dæorũ inuẽta plurimũ diuerſa q nec tecatibus:nec decẽniis:nec fridariis: nec noue
nis Indorũ:nec trigonocratoris:ſed genituræ cardinibus utunt. Primã uitæ partẽ

ex primo cardine indagantes:mediam ex faſtigio ſummi cæli:poſtremã ex occiden
te:tum uero de morte:de his ẽt q̃ poſt mortẽ eueniũt ex q̃rto thematis loco pronũ
ciabant.ſed ẽt trimẽbrẽ illã priorẽ diuiſionẽ ita iteꝝ partiebant̃ ut apoclima quidẽ
horoſcopi(quaſi decliuiũ dixeris)& partus dolores ĩdicarẽt & quæ accidũt matri
dum ureꝝ gerit:ipſe horoſcopus ipſam natiuitatem & primos ſtatim annos ab illla
horoſcopi epanophora qđ eſt reliquum poſtremum primæ ætatis. Rurſus medii
cæli apoclima primas ptes mediæ uitæ: medias ipſum medium cælum:poſtremas
eius epanophora:ſimiliter faciebãt & in q̃rta itẽ domo:ut declinãs domus ab ea an
tecedentia proxime mortẽ:ipſa quarta domus mortẽ:epanophora quæ poſt mor-
tem pñt euenire ſignificaret:q̃s opiones explicandas mihi ꝓpoſui/ſimul ut opionũ
pugnãtia cognoſceretur:ppeaq; nec ulla fides eſſet expimẽti:ſimul uanitas dogma
tum arbitraria leuiſſimia inixa cõiecturis deprẽderetur: Nam qui dabimus primã
uitæ partẽ orienti:mediam ſummo cælo/quandoqdem ætas media primæ ſuccedit
medium cæli orientem nõ ſequitur: ſed præcedit. Sed in opinionibus iſtis confutã
dis laborandum nõ eſt quæ ipſe ſeipſas inter ſe confutant & elidunt Qđ ſi pgã nar
rare omnium ſomnia uix uſq̃ illi fines. Meſſala a Sole oriẽtali primã uitæ medieta- Opinio
tẽ gubernat/ab occidẽtali ſecundam: Hemus aliter illam qdem planetis dat in he- Meſſalæ
miſphęrio ſuperiori collocatis ſiue illis orientalibus ſiue occidẽtalibus hanc oĩbus Opinio
hiſq ſub terra. Vellius alio figmẽto Lunæ aſcribit primam ptẽ alterã dño ſecundæ Hemi.
domus. Albumaſar fabuloſiſſimus illã ad ptẽ fortunæ hanc ad dñm partis ait refe
rẽdã. Alii & aliter ſed nõ oportet oĩa ꝓſequi lege ephęſtionẽ in libro apotheleſma-
tum. Ptolemæi. Lege Abẽzagelẽ:& præter q̃s narrauimus/multas alias ibi cõpies/
pugnãtes inter ſe ſuper hac re opiones. q̃re.ſ.pro libidine ſuam ſibi quiſq; fabulam
cõponit. Quibus demũ nimis creduli quaſi oraculis & ꝓphetaꝝ rñſis/fidẽ mãcipã
tes/circulatoribus nugaciſſimis & fallaciſſimia ſpes/ metus anxietates/ lætitias/&
quod eſt pernitioſius uitæ totius inſtitutionem & gubernacula credimus.

Caput VIII. Sicuti aſciſcunt in efficacia/ita omittere neceſſiaria & quan-
tum errent de ſtellis fixis.

SIcut aũt aſciſcũt cõmentitia multa qualia cõmemorauimus/ quorum ſicu
ti natura nulla/ita nullus influxus/ſigna.ſ.domus/imagines/ caudam & ca
put/partes/dodecathemoria/nouenaria/ aliaq; hoc genus: ita multa præ-
termittunt in primia neceſſaria/& multa ſup hiſqbus utunt̃ falſa pugnãtiaq; decer
nunt. Sicut.n.quæ lumine carent inefficacia:ita nullũ in cælo lumen inefficax. Ipſi Error
uero cum ſtellæ pene inumerabiles in octaua ſphæra refulgeant/ mille tñ utunt̃ aſtrolog.
adiectis duabus atq; uiginti. Quod cum eis obiicitur/alii aliter ſoluunt. Petrus apo p̃termittẽ
nenſia in elucidario hoc inquit difficultatem artis oſtendit nõ impoſſibilem tamen riũ ĩfinitaſ
eam eſſe demonſtrat:quod reſpondens id quidem uidetur concedere cognitu illas fere ſtel-
eſſe neceſſarias/ſi fatalis perfecte conſtellatio comprehẽdẽda eſt: & quoniã hoc ſit las fixas
difficile ideo quę profitetur id artem eſſe difficilem:ſed nos illud contẽdimus/& fie
ri non poſſe ut oẽs deprehendantur:& ſi fieri hoc poteſt aſtrologos tamen qui nõ
dum hoc effecerunt ex cælo futura uere non prædicturos. Alii tutiore quodam ꝑ- Defenſio
fugio ſe cõdentes/inefficaces aiunt illas quas omittunt. Maiores enim omnes quæ aliorum.
q; decernendi fati habent poteſtatem/aſtrologis exploratas reliquas prętermiſſas: Reproba
in quibus ob corporum exiguitatẽ nihil fere momenti ſed ex his latebris facile eiu tio.
untur.nam ſi ſtellas has nunq̃ obſeruauerunt/de earum natura quid poſſunt aſſeue Prima rõ

Secunda rate faciãt/nõ faciãt/immutent nõ ĩmutent? & ſi de corporis paruitate perſuaſos ſe
Tertia rñdeant:quodnã corpus in cælo terrę cõparatũ exiguum reputabit? uel ut rectius
dixerim cõparatum illis quæ in terra collocata de cælo putant gubernari: qđ item
inefficax & imbecille? ſi cæleſtium corpoꝝ & terrenoꝝ naturam inuicem cõferas ĩ
quaꝝ altera nihil nõ ſublime potens/& magnũ:in altera nihil nõ humile infirmum
Q uarta & minutum. Adde ꝗ multæ forſitan ex his ſtellis quas ob paruitatẽ aiunt eſſe poſt
habitas & Mercurii & Lunæ globbo non uincuntur. Nam minimæ ex his quas ob
Q uinta. ſeruant Marte maiores Venereq́ putanẽ. Præterea ſi forſan ſingulæ ſtellæ minutio
res nõ magnas habeant uires:multaꝝ tamen id genus cætus atq́ cõcurſus habebit
plurimũ poteſtatis:ut ſi quæ lacteum orbẽ illũ tot luminibus denſum efficiunt ſin
Sexta. gulæ parũ poſſint ſimul omnes quo pacto parum poſſe putabunt? Cæteꝝ ſæpe in
muſica melodia ſi uocula parua ſubtrahatur/ſoluitur cõcentus dum quæ per ſe pa-
rum exaudiretur facit ut reliquæ modulatius oẽs exaudiantur:cælorũ ornatus to-
tus inuicem nexus atq́ conſentiens: nihil habet quod ceſſet/ quod ſuperuacuum/
quod inutile ſit:quare quãcũq́ uel minimã partem ademperis:periit ſtatim ꝗ totã
integritas faciebat. Inter helciarios ut poteſt haud fortis homo tractũ adimere ut
illius ſi deſit manus non trahatur:ſic poteſt unius ſtellæ tantũ ignoratio/ ueritatem
fati labefactare:necdum ut numero pene ĩnumero ſine piaculo ab illis prætermit-
Bonatus tãtur. Bonatus hæc forte (ſi tamen peruidebat) extimeſcẽs/ Aſtrologus inq̃t utitur
q̃ leuiter ſtellis omnibus:q̃uis nominatim oẽs non explicet. utitur enim ſignis duodecim ſub
dicat aſtro quibus fere oẽs ſtellæ cõprehẽdunẽ. At qs hoc dixerit necdum aſtrologus ſed lym
logum uti phaticus? qñ ſigna quæ uocanẽ duodecim graduũ hñt latitudinẽ extra quã ſtellæ
omnibus utrinq́ ĩnumerabiles. ꝗ ſi quę inter eaſdẽ lineas/ſigno cuilibet coextẽdunẽ/uirtutis
ſtellis. eiuſdẽ eẽ rñdeat. Primũ quætã de rebus ignotis quõ aſſeueret? Q uod ſi ꝓptiũ hoc
R eſpõſio eſſe dicat aſtrologoꝝ nõ repugnabo/& ꝓuocabo ad ipſos aſtrologos apud quos ali
Cõfutatõ ud imagines ipſæ prætẽdũt ſignis coorientes:aliud ſigna quibus cooriuntẽ. Alioq̃n ſi
gna q̃bus utunẽ ĩmobilia ſunt/imagines locum mutant. Erit igitur alia atq́ alia na-
Alia leui- tura eiuſdem imaginis aliis ſignis identidem loco ſignoque reſpondens. Sed & ipſe
tas Bõati Bonatus inſaniam reſponſionis puto animaduertens ſtatim alio eſt digreſſus/ cũq́
cerneret pernegari nõ poſſe ſtellarum omnium cognitionẽ ad rem aſtrologicã per-
tinere:quarum omnium tamen cognitionẽ aſtrologi non haberẽt:quid tum inquit
ſi totam neſciamus aſtrologiam prædicatores chriſtiani diuina oĩa neſciũt:de qui-
bus tamen quottidie ad plebem cõcionãtur. In qua rę uide q̃ parum bonus iſte Bo
natus decipiatẽ. Siquis enim inquit at ſyderum naturã gratia cognitionis/quod phi
loſophi eſt/uno ſydere cognito aliquid eſt conſecutus:ſi quod aſtrologus ꝓfitetur:
nõ tã ſyderꝝ quærit q̃ futuroꝝ in ſyderibus cognitionẽ:nihil fecerit ꝓrſus uiſi cogni
tionẽ eoꝝ ſyderꝝ habeat unde futura poſſint præuideri:ſed præuidenẽ ex his ex q-
bus fiũt:fiũt autem ex omnibus:igitur etiam ex omnibus præuidenẽ. omnes igitur
qui non cognouerit nouerit forte aliquas:futura de ſtellis nunq̃ præuidebit. Exem
Exẽplum plum in medicina philoſophiaq́: quærit philoſophus herbarum poteſtates ut eas
in phĩa & intelligat:Q uærit medicus ut earum uirtute morbis medeatur: ſi uel unam philo-
medicina ſophus cõpererit aliqs erit philoſophus:ſed imperfectus:quoniam quaꝝ quærit re
rũ notitiã aliquã habet. At decem ſupponamus: aut quo numero mauis ſpecies her
barum: ita pellẽdis oĩbus morbis neceſſarias: ut una ſi deſit curari corporis uitium
nullum poſſit:earũ ſi nouem calleat quiſpiã & unã neſciat. non ſolum medicus non
abſolutus

abſolutus/ſed medicus nullus erit:qñ aliquã qdẽ notitiã/ſed curationẽ nullã põt pſ-
ſtare quã medicus profitetur.ſic aſtrologus dici non poteſt qui de unius ſaltem ho
minis fato dicere inſpecta genitura nõ poteſt.Q uod ſi de mixta oĩum ſyderum af-
flatione conficitur/qũo præuidebit:qui & ſingulæ ſtellæ quid nã efficiãt & omni-
um ſociata temperatura quid pariat/nõ cognouerit.De theologia autem alia ratio
quia ſicut perfecte ſciri nõ eſt poſſibilis/ita nec neceſſaria: ut credere:ut ſcire: ut ſua
dere de ea multa poſſimus:de qua ut oĩa ita nihil cognoſcere ferme eſt impoſſibile:
neq; enim oculatis minus negatum Solem nõ uidere/q̃ & penitus introſpicere:ſed
iam nimis multa in confutandis nugis illiteratiſſimis circulatoris.

Ca IX. Dogmata aſtrologoꝝ de ſtellis fixis pugnare tũ iter ſe: tum cũ ueritate.

SEd nec illud aſtrologi tñ peccant ꝙ ex ſtellis plurimas neſciũt: Veꝝ ſup
his etiã quas hr̃e ſe putãt exploratas/pugnantiſſima & falſa dogmata ſta-
tuerũt:eſt enim(ut declarabo)qñ ſtellas planetis efficaciores: eſt qñ mi-
nus potentes efficaceſq; decernũt:in qua re tũ pugnãt ſecũ tum utrobiq; a ueritate
diſſentiũt:ordinariã ut ita dixerim fœlicitatem proq; captu cõditioneq; naſcentis a
bono planetaꝝ ſtatu pollicentur a non erraticis ſtellis ut inquit Ptolemæus παρα-
δοξοσ ατυχιασ:hoc eſt opinione omni maiores fœlicitates expectant.ego uero
tum Proclo ſup Timeũ Platonis:tum rõne aſſeuerante maiora a planetis q̃ a ſtellis
fixis præſtari poſſe cõtendo.neq;.n.ſedes ipſa ſublimior ſublimiorem naturam non
errantiũ indicat:cũ moderator omniũ Sol:ſi nõ omnes excepta Luna certe ſupra ſe
multas habeat ſtellas collocatas.Cæterũ cur præſtare planetas fixis iudicemus ar Prima rõ
gumento ſit illud:ꝙ uni qdẽ planetæ multæ ſphæræ multis fixis una tñ ſphæram
deſeruit:ut ipſaꝝ ſtellarum agmen uniuerſum unius ſyderis uincat poteſtatẽ.ſingu
læ tñ ſtellæ planetis ſingulis aequare nõ poſſunt. Q ď ſi magnitudinem corporũ ſpe
ctes/Sol extra cõtrouerſiã omnibus maior:maior oĩbus itẽ Iuppiter & Saturnus ſi Secunda
principaliores quaſdã exceperis:q̃q̃ nec de corpoꝝ uaſtitate potentia maior intel-
ligitur.Neq; enim exploratum Saturno Ioué potentiorẽ q̃q̃ ſit maior:& cũ omniũ
ſydeꝝ minimus ſit Mercurius:habet tñ(ut ipſi uolũt)in omni genitura plurimum Tertia
poteſtatis.Nec itẽ Lunæ Venerẽ anteponunt:q̃q̃ ab ea uaſtitudine corporis exce
datur.Deniq; illa lucida ſita ad cor Leonis quæ a latinis regina:a Græcis baſiliſcus Q uarta
dicitur:q̃q̃ non primæ magnitudinis: primæ tamen ab eis auctoritatis poteſtatiſq;
cenſet:quã.ſ.nobiliorem certe faciãt: qm̃ a Solis itinere nõ deflectit:eadẽ rõne pla
netæ ſtellis nobiliores qui minus utroq; uerſum ab eadem uia declinãt. Accedit te Q uinta
ſtimoniũ antiq̃tatis planetas coſmocratoras nũcupantis:quaſi dixeris mundi dñã-
tores:qua ſtellas appellatiõe minime dignabant.Sed utinam dogma ſaltem tuerẽ
tur:nec ſæpius de eiſdem quas mirabilium faciunt operum effectrices quaſi de in-
firmis & imbecillibus loquerẽt:nã efficere nihil aiũt:niſi uel cardines aut domoꝝ
initia ſaltẽ occupent:uel luminarium alteri copulent.atq; ita cui tm̃ ſupra tribue-
bant:hic eaꝝ uirtuti adeo detrahunt:ut per ſe nihil illæ efficiant niſi loci uigore uel
potentiſſimi ſyderis adminiculo fulciant:cuius rei nec cauſam nec ꝓbabilẽ ullam
afferunt rationem ſed ex falſa cuiuſdã ueteris dicti intelligentia forſitan lapſi ſunt. Q ũo la-
Nam ueteres ut Maternus docet de ſignis dicebãt cũ nuda ſyderibus inueniebant pſi aſtrolo
efficaciã nõ hr̃e præter ea quæ cardines quattuor occuparent.hoc illi qď de ſignis gi.
ſydeꝝ mãſionibus & hoſpitiis docebat:ad ſingulares ſtellas etiam tranſtulerũt:niſi
potius aſtute dogma ſtatuerunt:ne ſi ab oĩbus ſtellis fati ratio foret explicanda mi

ſere inextricabili cura torquerent: quã ab hoĩe poſſe ſupari: nec facile credulis pſua
derẽt: alioqn quænã tõ opĩonis? an quia loco remotiore? ſed quãto nobis ꝓpinqui
or eſt Saturnus? aut quæ cardinis tanta prærogatiua: ut in eo nõ ſolũ nõ faciãt: ſed
faciant admirãda? nihil obſtante uaſtitate diſtãtię: mox ab eo eũ paulũ declinarint:
aut ad eũ nondũ attigerint faciant oĩno nihil eũ uel locus undecimus ad faſtigia cæ
li ſe erigens: quarto loco ſub terræ mediũ ſito potentior ad agendũ eſſe uideat. Sed
ita eſt certe ut dicebamus: deterruit eos labor: nec difficilẽ adeo uideri artem uolue
runt: ut impoſſibilis facile poſſet iudicari. nã quã ſolent afferre motus tarditatẽ/tar-
ditati nihil ſuffragat: cum radius ſtellæ tanto fortius affigatur hæreatq; cõſtantius
quãto eo in loco unde demittit diuturnius ſtella ipſa cõmoratur: quid ꝙ hæc ẽt ſe-
cũ pugnant. cum de ſydere tardiori dogma ſit dare ſero quæcunq; det: uetũ diu du-
rare & permanere quæ dederit. Contra de non erraticis decernunt/illas motu tardiſ
ſimo ſolent dicere maximas quidem afferre fœlicitates: ſed quas poſtremo calami-
tatibus claudãt: quare nec morantur diu munera: ſicut nec diu conſeruantur: ſed ſi-
cut ſemper a ueritate ſic a ſeipſis ubiq; diſſentiũt: q̄q̄ nos etiam oĩa non ꝓſequimur.
Poſſet enim & qſpiam eos interrogare: cur ſicuti planetarũ inter ſe: ita cum ſtellis &
inter ſe ſtellarum interuallum aſpectus non conſiderarent: quod Ioannes de Regio
monte aduertens ait poſſe aſpectus illarum eſſe forſan aſpectibus planetarum per-
fectiores: ꝙ non ſicuti hi fugaces & momentanei ſed ſtabiles potius atq; perpetui
poſſent & alia ſuper his obiici: ſed cõſequentia percurramus.

Rõnibus error manifeſtatur

Ca. X. Falli ẽt aſtrologos ĩ planetis: reperitioq; eorũ quæ hactenus diſputata.

QVam multa de ipſis ẽt planetis fallunt/ſatis ſupius eſt demõſtratũ: cũ nec
eorũ ꝓprietates (id qđ uident errare in nõ erraticis) uireſq; nõ ſolũ intẽdi
atq; remitti/ſed alias fieri potiuſq; diuerſas identidẽ putãt ꝑ locorũ uarieta
te ꝑ cõditione ſignorũ/ꝑ ſchematiſmis: multipliciq; hitudine inter ſe oĩum: ꝑq; mo
tuũ ipſorũ uaria denoĩatione: uel ſtantiũ uel ꝓcedẽtiũ uel repedantiũ quæ ꝓcul ab
oĩ uero: ꝓcul a rõne dignitate naturaq; cęlicarũ rerũ dici/clariſſime (niſi fallor) oñdi
mus. Illud quoq; taxantes ꝙ planetas & ſigna pariter illa duodecim dñari ꝑ uices: &
tradita q̄ſi ꝑ manus admĩſtratione iure ſucceſſionis quodã impia diuerſis rebus tẽpi
buſq; ꝑſcribũt: exhumanis uidelicet ipſa quoq; cæleſtia nõ tã metiẽtes certe q̄ mẽti
entes: riſimus ꝑterea & cũ Plotino & coætaneis expũximus ꝙ effectũ expectare ali
cuius planetæ tot ãnis iubẽt quot forte ab aliquo loco/ſigni ꝑtibus ille diſtabat mil
le ſup hoc falſa & nullo ſciæ fundo cõcepta cõminiſcẽtes: q̄re ſupiorẽ oẽm diſputa-
tionẽ ita colligamus uideri qdẽ aſtrologos dicere ꝓbabilia cũ regi inferiora dicũt a
cæleſtib⁹: ſed dep̄hẽdi mox falſos/uanos/deteſtabiles: hoc eſt neq; pios neq; ꝓbos cũ
a cauſis uniuerſalibus res ꝑticulares: malas a bonis a magnis exiguas: ab ordinariis
temerarias: a corporalibus incorporeas: a neceſſariis arbitrarias: a naturalibus arti-
ficioſas: a ꝑſentibus iam præteritas: a præteritis iã præſantes effici poſſe credunt ꝑ
dicant/aſſeuerant. Si oĩa iſta fierẽt a cælo nullas tñ eorũ minus q̄ cæleſtes eãs aſtro-
logos aſſignare cũ taceant uerorũ quæ ſunt ĩ cælo ſyderũ atq; ſtellarũ uires de rebus
tñ nõ ueris multas accipiãt ꝓprietates/& cũ eorũ exiguã teneant ꝑtem adiicere ipſi
multa cõmẽtitia q̄lia lib. ꝓcedẽti cõmemorauimus/loca/domos/imagĩes nodos/an
tiſia/ptes dodecathemoria/res fictas/ieffi caces imaginarias: nulla naturæ ſoliditate
q̄bus ſi quaſi naturæ uera ſoliditate cõſtantibus: proptereaq; nos regẽtibus põt ſapi
ens hõ fidem adhibere: fateor ꝓculdubio me nondũ intellexiſſe qđ ſit eẽ ſapientem.

Plotinum quoq; aduerſus aſtrologos cõtendere

Ioanni-

IOANNES PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONES ADVERSVS ASTROLOGOS. LIBRI OCTAVI INCIPIVNT.

Caput Primũ Incertum eſſe numerum corporum ſuperiorum/penes quæ iuxta aſtrologos fati decernendi poteſtas eſt.

INter oĩa quæ ſcire eũ oportet/q ſciam ſyderũ ꝓſitetur fere facillimum id põt exiſtimari/de quo mox diſputabamus:ut quæ ſcilicet ſit uniuſcuiuſq; rei hora fatalis diiudicet̃: qđ ſi nec ſunt aſſecuti neq; aſſeq aſtrologi pñt:difficiliora quo pacto ſperabuntur? Q uanto enim id difficilius operæq; maioris:ita numerũ corporũ ſuperioꝝ a qbus uis fati ad nos puenit/habere cõprehenſum: ut in fatali conſtellatione deſcribenda/ non aſciſcatur aliquid cõmentitium: & nihil uerũ & efficax omittatur. Erit enim alioqn hoc utile & cognitu illis neceſſariũ & cognoſci tñ nõ poſſe præſentis libri diſputationibus aperiemus: ut nõ ſolũ prædici ab illis uera nõ poſſint: qm̃ & motus ſitusq; ſtellarũ ad liquidũ nõ puident: & eaꝝ oẽs minime habeãt exploratas: qđ ſequẽtibus libris obiiciemus: ſed qm̃ neq; illud cõſtat eis adhuc quænã iſta ſint corpa quorũ poſitus inſpiciendus atq; ꝓprietas idagãda: tm̃. ſ. abſunt: ut quæ artis eoꝝ pfeſſio pollicet̃ oĩa ſint cõſecuti: ut ẽt neſciãt quænã iſtæ ſint res quaꝝ ſcĩa ipſis eſt neceſſaria. Nam ſi falli dicant nos aut per calumniam hæc obiicere cõpellabo ego eos uoce diuina/ rogaboq; uti de numero mihi ſtellarũ aliqd dicãt: qđ cũ eos pcũctor non ſolũ intelligo ſtellas ab eis quæ uideantur numero nõ comprehendi: ſed nec cõſtare an præter eas quas intuemur/ aliæ etiã ſint in cælo: cum ſenſum tũ rõnem noſtrã aufugiẽtes. Phauorinus phus in elegãti illa ſua aduerſus genethliacos apud Gelliũ orõne mirari ſe dixit cui q; ꝓ pcepto liquet̃ planetas: quos Nigidius errones uocat nõ eẽ plures q̃ uulgo exiſtimant̃/ poſſe. n. fieri ut & alii qdã planetæ pari ſint ptãte: quos tñ cernere hoĩes nõ poſſint/ pp exuperãtiã uel ſplẽdoris uel altitudinis. Certe ſi quẽadmodũ inquit Alpetragius rerũ cæleſtium hõ ſapientiſſimus adhuc motus in cælo eſt q neſcit̃: põt & corpus inibi eſſe cui potiſſimũ motus ille cõueniat nulla artis adhuc obſeruatione deprehẽſum. Atteſtãtur tũ multi tum uarii corporũ ſuperiorũ a iunioribus motus excogitati ueteribus (ut ipſi putãt) ignoti & longa tãdem obſeruationũ diuturnitate deprehẽſi: quoꝝ exẽplo redditur manifeſtũ poſſe alios ẽt motus ſua uel tarditate uł obſcuritate/ aut alia ſpecie mathematicos adhuc latet̃/ quos ſit poſteritas ipſa diuturniorib᷒ obſeruatiõib᷒ aliqñ cognitura: nolo facere đ epicyclis ecẽtricisq; ſermoné deq; ſphæraꝝ planetis deſeruiẽtiũ multitudine apud oẽs aſtronomos tamen icerta qm̃ forte penes hæc corpa poteſtatẽ i fato decernẽdo eẽ diffitebũt̃. De ſphęris ſupra planetas q̃ta ſit ãbiguitas: quãq; inde aſtrologia iſta diuinatrix icerta efficiat̃ minime ẽ ſillẽdũ: alii. n. orbẽ octauũ q ſtellis ñ erraticis illumiat̃ extimũ faciũt alii ſupra eũ nonũ collocarũt: alii ẽt decimũ. Aegyptiorũ & chaldæoꝝ aſtronomi ſupra orbẽ octauũ nihil eẽ arbitrati ſunt: quos ſecuti ſunt Plato & Ariſto. & Hypparcus & Ptolemæus: qđ forte iuniores nõ putabãt: ſed ita ſe res hẽt. Nona ſphæra aput Ptolemæ ũ nullã ẽ: qđ facile ex eius magna cõpoſitiõe põt itelligi. Multi ãt ob id fallunt̃ q putãt eos oẽs in noni orbis opinioné icidere neceſſario: q ſphærã octauã ab occaſu in orientẽ moueri habeãt exploratũ: q̃re cũ id & Ptolemæus & Hyp-

Phauorinus aduerſus genethliacos.

Gellius

Alpetragius.

Aegyptiorũ & chaldeorũ opinio.

Cã erroriſ neorerico rum.

parcus cõſiteant̃/nihil ãbigũt ipſi:qn noni orbis inuentũ illorũ ẽt fuerit a qbus ille
motus primũ fuerit annotarus. Accedit ꝙ Ptolemæus & mobilibus & ĩmobilibus
ſignis utit̃:cũ & imagines ſphærę octauæ mobile faciat:& ad ĩmobilia ſigna locare

Alia cã.

ferar planetaꝝ. Q uare illis indubium certũq; uidet̃ præter ſigna octauæq; mouẽt̃
alia eſſe ſigna apud Ptolemæũ quæ nõ mouent̃ ꝑterq̃ motu totius mũdi:atq; ea nõ

Ptolemæ um ĩmobi lia ſigna in octaua de ſcribere.

alibi q̃ ĩ nona ſupra octauã ſphærã cogitata. Verũ lõge plurimũq; fallunt̃:nam &
motus ſtellaꝝ ab occidẽte in orientẽ in noni orbis ſnĩam neceſſario non adducit. Et
qđ mouet de ĩmobilibus ſignis eo maxime declarat̃ ſolo orbe octauo contentũ fu-
iſſe Ptolemæũ:qđ miror ab iſtis aĩaduerſum intellectũq; nõ fuiſſe Ptolemæus enĩ
hæc ĩmobilia ſigna in ipſamet ſphæra octaua deſcribit:qđ nõ faceret ſi ſuperiorẽ ali
am excogitaſſet:uerba eius in ſcđo magnæ cõpoſitionis libro hæc ſunt. Abutemur
aũt ſignoꝝ noĩbus in ipſis duodecim obliqui circuli ꝑtibus:& q̃ſi eoꝝ initia a tropi
cis æquinoctialibuſq; punctis capiant̃:ſic dodecathemorion:hoc eſt duodecimã ꝑ
tem quæ a uerno æquinoctio eſt ad totius ſphæræ ſequentia Arietẽ uocabimus:ſe
cundã Tauꝝ ſimiliterq; deinceps ſecũdũ traditũ a nobis ſignoꝝ duodecim ordinẽ.
Hæc ait Ptole. q eadẽ ẽt docet primo libro apoteleſmatũ/partes zodiaci ad quas
planetæ referunt̃ ſolſtitiis & æquinoctiis incohari determinariq; principes:quæ
quattuor pũcta qm̃ ſtata immota ſunt: iõ ipſa quoq; ſignoꝝ ꝑtitio ab ipſis inſtituta
ſtata & ĩmobilis eſt;q̃q̃ imagines a quibus ad illa noĩa ſunt tranſlata iugiter moue
ant̃;& pro tẽporis curſu uariis locis earum fines initiaq; reperiant̃: nõ igitur ſigna
hæc ĩmobilia apud Pto. ſunt in ſphæra ſupiore:ſed a q̃tuor fixis & ĩmobilibus ſphę
ræ octauæ punctis deſcribunt̃:ſupra quã alia ſi cogitaſſet nunquam magnum hoc

Ioãnes ſa xonienſis irridetur

inuẽtum in magna ſua compoſitione tacuiſſet. Libet autẽ irridere Ioannem ſaxoni
enſem:qui in ſuis in Alchabitium expoſitiõibus nititur comprobare utendũ ſignis
nonæ ſphæræ ex ſententia Ptolemæi:effertq; in cõfirmatione m ſuæ opinionis uer
ba quædã Haly interpretis Ptolemæi de gradibus lucidis & tenebroſis:quę ipſe nõ

Alphon ſus primuſ loca plãe taꝝ ad no nã ſphæ rã ſuppu tauit.

Caput III. Duplex principium quo aſtrologi decernũt quæ domus ſit fortior falſum eſſe:utq̃ ſit uerum/non tamen ex eo id colligi quod uolunt.

EXordiemur a rõnibus q̃bus locoꝝ ꝓbãt ꝓprietates: quoꝝ tñ & nullas ꝓprietates & iterualla ſciri nõ poſſe ſupra declarauimus. Primũ ãt agemus de quãtitate uirtutis locoꝝ. Secũdo de qualitate đclarãtes illud ubiq̃ pricipia q̃bus nitũtur eẽ falſa: neq̃ tamen colligi ex illis ſi ſint uera (quod uolunt) Eſt aũt duplex quaſi ꝓloquiũ quo definiunt q̃s quo loco ſit fortior/quo debilior: unũ eſt loca illa præualere quę nectant̃ horoſcopo radiationis affinitate ſiue trigonę.ſ. ſiue q̃drãgulæ/ſiue ſexãgulæ. Cõtra pigra deiecta quæ nõ cõiũgãt̃: Alteꝝ cardines quos uocãt ãgulos priæ ptãtis eẽ:ſecũdo loca cardinibus ſuccedẽtia: tertio quæ declinãt ab eis græce dicũt̃ ἀποχλίματα barbari cadẽtia dicũt. Primũ igr̃ iſta pricipia falſa/aut ſi cõcedant̃: quę tñ intelligũt ex his tũ iter ſe: tũ principiis iſtis pleraq̃ repugnãt. Principiorũ falſitas ita demõſtrat̃ efficacia locoꝝ nõ põt alio referri q̃ ad habitudinẽ loci ſupra finitorẽ: ut in eo ſitu putet̃ ſtella quęlibet efficacior: i quo poſita ſupra nos fortius operat̃. Hæc p̃hus ſtati dabit naturali rõne pſuaſus. hoc dare cogit̃ & aſtrologus: qm̃ uirtus iſta locoꝝ uel a natura petit̃ ipſius ſpacii: uel ex iſta q̃ diximus habitudine ad nos: a ſpacio deriuari nõ põt nõ mõ: q̃a nulla iſtius ſpacii uis natura eſt: ut ſupra mõſtrauimus: ueꝝ qm̃ iſtud ſi dixeri erit idẽ horoſcopus eadẽq̃ locoꝝ ptitio q̃cũq̃ regione cõſtituenda ſiquidẽ ſpacii ptes determiatæ ſuas habuerint ꝓprietates q̃bus inibi poſitas ſtellas afficiãt: q̃re nõ uariabunt̃ ex cælo ſed erũt oĩbus eædẽ: hoc ãt toti penitus aſtrologiæ repugnat quę ſydus eadẽ ſpacii pte collocatũ mihi q̃dẽ decernet i aſcẽdẽte: aliis ſcđo loco: aliis duodecimo: aliis tertio: aliis undecimo: ꝓ cæli.ſ. iclinatione diuerſa: quæ nõ eſſet ſpectãda: ſed natura ſpacii quã cõſequerent̃ iſtæ ꝓprietates nõ habitudinẽ illius ad nos: nã ꝓ cæli deuexione nihil illa mutat̃: hæc ſemp alia ſit & alia. Q đ ſi locus cõcedit̃ efficacior i quo ſitus planeta fortius agit in nos/cõcidũt ſtatim illa fundamẽta de angulis & horoſcopo: primũ q̃cunq̃ locus ſuo terra debilior erit oĩbus q̃ ſupra terrã: nec q̃ntus aut q̃rtus erit duodecimo uel octauo p̃ferendus: tũ inter eos q̃ ſupra terrã q̃cũq̃ magis aſcendet ſupra finitorẽ potẽtior exiſtiabit̃: quare duodecimus primo præuarebit: cõceſ

Ordo proceſſus.

Oſtenſio falſitatis principiorum

Aſchedē-ſis

Meſſalæ firmici Aboaſa-riſq; opio nes de an-tepoſitio-ne oriētis. Ptole. & Auenazrę repugnaт̄.

ſit Aſchedenſis aſtrologus auctor ſummæ quā uocant anglicanā plus credēs ratio
ni prorſus indiſſolubili q̃ aſtrologoꝝ oīum auctoritati. Sed Ptolemæus quoq; rō-
nem uidit quā fere ſecutus apoteleſmaton lib. primo ſtatuit omnium fortiſſimum
eſſe locum medii cæli/q; inibi poſiti radii planetaꝝ potentiſſime nos afficiunt:pro
ximum illi uirtute locū undecimum propter eam rationem:debiliſſimos autem eē
planetas qui mediant inter occidentem & imum terræ. Repugnant hæc autem cæ
teris aſtrologis : quorum maxima pars orientem cæteris locis anteponit : ut
Meſſalla : Firmicus : Aboaſar : quamq̃ Auenazra ſentit cum Ptolemæ. quare
non cardines omnes primos facit : uerum locum undecimum omnibus ante-
fert præterq̃ ſummo. Poſtremo ſi dicta tuentur planetam quinto loco faciens de-
biliſſimum quando medius eſt inter quartum locum & ſeptimum:quoq; libro ſup
annorum ſpacio loquēs omne quod ſupra terram præfert his quæ ſub terra: ſed ob
litus eorum quæ prius dixerat orientem loco præponit undecimo. Tum ſecutus
aſtrologos abiicit.xii.nimis futili certe falſaq; ratione:quoniam inq̄t ſpiſſior & ob-
ſcurus terræ uapor ex humiditatibus halans illis uim deſcendētem turbat & infir-
mat:certe ſi ratio ualet natus aere caliginoſo naſcetur ſemp̄ infœlix cui planetæ ſub
tenebris omnes erunt quaſi duodecimo loco collocati. Præterea cur non magis id
patiaт̄ in oriēte poſitū ſydus? An plēs halitus luce facta ſuperius quæ potuit uapo
roſos fumos attollere:diſſipare nondum potuerit? Verum in ſole forſitan hoc pro-
cedit:ſed meridie quæ nam ſtella duodecimo loco reſidens aere uaporoſo præpe-
dietur:rectius igitur primo libro tantum illud ſpectauit medium cælum fore po-
tentiſſimum inter alia loca ille intenſior uel remiſſior qui magis faſtigio minuſue
propinquaret:hoc eſt ſolum quod dici naturaliter poteſt:ſi naturalium tantum ui-
rium penſemus efficaciam:nam proprietatem alicuius influxus habere forſitan lo
cus pōt occidente/quam cæli medium nō habeat(ſi quas habuerit huiuſmodi dif
ferētias)uerum quod planeta facturus eſt ut fortiter faciat quid aliud erit in cauſa
q̃ ptās diffundēdi radios in finitorē. Nimis igiт̄ ſtulte ſtellā fixā in quarto loco po-
tentem ſub imo.ſ.terræ latitantē/quæ ſi fulgeat ſūmo ſero cælo/cardinem in parti-
bus non attingat uirium nihil ſit habitura:planetam loco duodecimo non eſſe uita
lem qui ſit tamē in quinto collocatus cū lōge rōnabilius q̄ntus locus ſedes tenebra
rum q̃ duodecimus poſſit appellari nemini uſq̃ perſuadebit fortius affici nos a So-
le cum procul ab oriente diſtat adhuc gradibus.xxv.q̃ cum lapſus uno gradu mer-
gatur in occaſum:cum tamen ad aſcendentem ibi pertineat / hic ad locum ſextum:
multo minus niſi ſenſu carentibus perſuadebunt eſſe potentiorem quarto loco ſub
media.ſcilicet nocte/q̃ ſi octauum uel duodecimū locum occupauerit.nam colliga
tio trigona cum horoſcopo reprobatur ex ſuperioribus ubi de radiorum diximus
interuallis:ut ſi rectam ſequi rationem uelimus plus ad horoſcopi uim attinet eius
anaphora q̃ tot ſpaciis diſtans bona fortuna. Quot ſi colligatio talis habet momē-
tum:cur non iun cardini meliori locus erit potentior? Eſt autem ratione docēte tū

Secunda Oſtenſio diſſenſiōis inter prin cipia & de creta.

uariis aſtrologis aſtipulantibus cardo ſummus omnibus melior. Igitur ſextus lo-
cus illi triangularis debet bonis adnumerari:qua ratione nonus ex aſcendentis affi
nitate. Hactenus falſis principiorum nunc principiis decreta diſſentire. neq; enim
ſemper octauus malus ſi propterea malus q; diſiunctus ab abſcendente : cum plæ-
rūq; locatus ibi planeta trigono radio foueat orientem. ſimiliter & ſecundo loco ſe
xagona radiatio nonnunq̄ uenit ad horoſcopū:q̄re q̄d colligunt eſt perpetuum ni

ſi loca

ſi loca per gradus zodiaci diuidantur / hoc autem non recipiunt igitur nihil colli-gũt. Illud itẽ ſpondeant cũ affinitas aſcendentis & anguli bonũ faciat locũ ſufficiat alterum priuilegium/an utroqꝫ ſit opus. ſi alterum bonus erit octauus locus ſucce-dens occidẽti:ſi utrũqꝫ malus ſecundus diuulſus ab aſcendente. Scribit item Helio dorus ex Pauli cæterorũqꝫ ſententia malos infortunanteſqꝫ planetas in decliuiis ue hementius lædere & nocere/ ꝙ ſi locus infimus ſua natura quodque dicere ſolent απρακτος tam malos debet radios hebetare quam bonos.

Heliodorus.

ἀπρακτος

Caput IIII. Argumentationes aſtrologorum quibus ſua roborant dogmata ad quinqꝫ fere genera redigi/infirma quidem & inefficacia.

EXcutiamus nũc errores ꝗbus locoꝝ ꝓprietates ꝓbãt: ut hic qdẽ fratres ſignificet alius parẽtes: amicos alius: hic mortẽ: alius inimicos: ueꝝ ne ſæpius eadẽ repræhẽdã/gñia quædã prius refellã argumẽtãdi: ꝗbus utũt aſtrologi qcqd ſunt ꝓbaturi. Tũ particulatim cuiuſqꝫ dogmatis euertẽtes fundamẽta/tñ admonebimus e quo gñe iã taxatoꝝ ducat̃ argumẽtatio: ꝓpriis uero locis hoc agetur ut datis principiis & forma rõcinãdi nõ cõſeq tñ quæ putãt oſtẽdamus. Sũt aũt fere capita qnqꝫ ad quæ redigas oẽm aſtrologicam ꝓbationẽ. Primũ locus dici põt ab ordine numerorũ: ſcdm a parabolica ſimilitudine. tertium a mathematicis: quartum ab aſtrologicis principiis. quintum a dialecticis: Ab ordine numeroꝝ ſic argumentantur. Clima primũ ſubiacet Saturno: Ioui: ſecũdum: tertium Marti: quia Saturnus primus planetaꝝ: Iuppiter ſecũdus: tertius Mars. Loca ſunt. xii. ſigna ſunt. xii. Primum igit̃ ſignum primo loco reſpõdet: ſecundum ſecũdo: atqꝫ ita deinceps. Sed tertiũ ſignũ Geminoꝝ: tertius igit̃ locus fratres ſignificat quaſi geminos. Similiter primus planeta prĩo loco rñdet: ſecũdus ſecũdo: tertius tertio. Sed Iuppiter ſydus ſecũdum diuitias ſignificat: Erat igitur loco ſcdo ſup diuitias ſignificatio. hæc methodus a numeris ducta faciliter confutat̃. Siqdẽ cũ philoſophis/cũ dialecticis ſermo ſit: nã nõ mõ nõ cogit: ſed nec colligit: nec ſolũ nõ pſuadet ſed nec ſuadet. Primum igit̃ futilis nimis inſanaqꝫ ſuppoſito: primũ gñe quoqꝫ primo gñis alterius naturæ cognatiõe cõſẽtire: Primũ ignis elemẽtũ primus plãetaꝝ Saturnus qd ab igne diuerſũ magis aſtrologis ẽ Saturno? Mars tertius plãetaꝝ: aq̃ tertiũ elemẽtũ: nõne diſſidet Mars ab aq̃ q̃tũ ab aq̃ diſſidet ignis? Aries primũ ſignũ: Saturnus primus planeta: neqꝫ tñ aſtrologis hẽt Aries cũ Saturno ꝓportionẽ nõ regnat in eo nõ dominat̃ imo deprimit̃. fallax igit̃ ſuppoſitio rudis & iperita: quæ ſi uera foret nihil minus eſſet incerta: nõ tã ꝙ icertũ ſit ne a Luna Saturnũ uerſus aſcẽdẽdũ: an potius a Saturno deſcendẽdũ ad Lunã: cũ ſua q libet rõne ſit primus ordine planetaꝝ q̃ ꝙ mediorũ ſitus & ordo penitus i ãbiguo. Manet. n. adhuc ſub iudice lis antiq̃ Sol a Lũa ſecũdus an medi⁹ magis ſit: creditus ẽ ægyptiis Lunæ ꝓximus: medius a chaldæis: mediũ quoqꝫ putat Pto. & turba recẽtioꝝ: Veꝝ nõ mõ Ieber acutiſſimus mathematicus ſed & ipſe Theõ iterpres græcus Ptolemæi diſſentiẽs a magrõ putat ſupra Lunã ſtati collocãdũ. Q d Plato qd Ariſt. ẽt affirmarũt. nec mirũ ſũmos auctores i ea re diſſentire: ſup q̃ rõnes utrinqꝫ trãſlatitiæ multæ/certa nõ põt ulla cogitari. Nã parallelares ubi ſuſtuleris hoc ẽ obtutus diſcrimina/matheſis nihil indicat e duab⁹ ſtellis utra ſupior: nec de Sole dũtaxat ãbigit̃: uerũ ẽt de Venere de Mercurio: qm̃ de Marte Ioue & Saturno cõſtat inqt Sũmarius oẽs ſupra Solẽ: quo tñ ordine nec ſcitũ nec ſciri põt: qd multa. i. (ut loquũt̃) aſpectus eſt diuerſitas prꝫterq̃ rões q̃ſcũqꝫ feceris ex cõmunibus erũt uane & dialecticæ nõ ex ꝓpriis certæ & ma

Diſpoſitio confutationis Aſtrologorũ oĩs rõ ubinã reſoluat̃.

Primũ genus rõnis

Quæſtio de ſole ſed auctores graues utrũ det̃ medius uel ſecundus a luna

Summarius.

thematicæ. Qualis illa Ptolemæi de ſole cõuenienter īter planetas medium ponit
Rõnem quoniã ſummouentur ab eo quidã longitudine loci: quod Saturnus & Iuppiter &
Pto. eſſe Mars faciunt: quidam ſequuntur eum ſemper ut Venus atq; Mercurius: friuola cõ
friuolã & iectura nec procedens: quoniã Luna digredit̃ ab eo q̃tũ ſuperiores: nõ igit̃ medius
Alpetra- inter digrediẽtes ab eo & nõ digrediẽtes. Alpetragũ ratio pariter debilis ut ſint mõ
gii debilẽ tu ueloeiores inferiores. quãquã qui uidentur, ueloeiores ꝓbat eſſe tardiores Sic
.n. locus Veneris Solis & Mercurii locis ſuperior erit: qđ nõ fore oẽs æqualiter re-
ſiſtunt: plus niti uidet̃ euidẽtiæ ueterũ ratiocinatio Solem ꝓximũ Lunæ decernen
tiũ: quoniam Veneris interiectu Mercuriiue nũq̃ nobis eripiatur. Sed hæc quoq;
multipliciter ſoluitur: ut quod cõtingat id in Mercurio paruitate: contingat in Ve
nere: quia proxime Soli radiis occupatur & intercipitur. Quare radiis obſtruere
uiam nõ poteſt ad nos deſcendẽtibus quod remotior Luna poteſt. Quid q; forte te
nuia nec Lunari denſitate terroſa radiis nõ obſiſtunt. Habeant itẽ proprium lumen
quod cũ uice ſolaris erepti reddũt nõ eripiunt lumen ſed cõmutãt: quare defectus
Vide Ma nõ percipitur. Auerrois ĩ paraphraſi magnæ cõpõnis Ptolemæi dicit ſe quõdam in
gni Auer- Sole duas q̃ſi maculas nigricãtes annotaſſe cũq; numeros digeſſiſſet per id tempus
roys adno inuentũ Mercuriũ Solis radiis oppoſitum. Recte igit̃ Moſes ægyptius ex Abuba
tamentũ cheſis quoq; teſtimonio ſitũ & ordinẽ planetaꝝ incertũ ꝓnũciauit. Nã Lunam qui
Moſes dem ſcimus oĩbus īferiorem cæliq; ueſtibulũ pp maiorẽ aſpectus diuerſitatem quæ
ægyptius minorem indicat neceſſario habitudinẽ ſemidiametri terræ ad ſphæræ ſemidiame-
trum quomodo uero tres aliæ ſe habeãt/ Sol/ Venus/ Mercurius/ incertũ. Similiter
notũ quattuor has ſtellas nobis ꝓximiores aliis tribus: ſed illaꝝ inter ſe trium ſitũ &
ordinẽ rõ non demõſtrat. Cũ igit̃ genethliaci nitũtur ordini hmõi cõſeqnẽtiæ prin
Scđm ge- cipio nituntur primũ q̄dem falſo: tũ ſi uerũ foret incerto: licet aũt de ſignis idẽ obie
nus ctare quando (quod ſatis demonſtrauimus) in zodiaco nullum aut quatuor æque
principia ſint. Dictum de primo genere argumẽtationis: a parabolica ſimilitudine
ſic probãt: decimus locus in edito cæli uertice patet. quartus latet in imo terræ. Cũ
igit̃ magis cõptũ cuiq; de matre ſit q̃ de patre: cõuenit ut p decimũ locũ mater iudi
Tertium cetur. pater aũt p q̃rtũ: qui modus non eſt aliter q̃ ex ſuo titulo refutãdus. Nã quæ-
genus cũq; de iſtis ſĩitudinibus argumenta petunt̃ nõ ſolũ pħis ſunt indigna docentibus:
ueꝝ nec dialecticis apta uel utilia diſputantibus: q̄n nec rhetoꝝ pſuaſionibus com
moda/ & uanæ fere poeticæ luſum potius p̄ſeferunt q̃ ſeriæ cuiuſq̃ probationis ido
neã auctoritatẽ a mathematicis argumẽtari eos dicebã cũ bene decreta mathema-
Quartũ ticis male uertunt ad ſuas prædictiones q̃lia q̃ ſuperius de zodiaci in ſigna: ſignorũ
genus in ptes: ptiũ in minutias diuiſionẽ dicebamus. Itẽ cũ quod recta quędã alia obliqua
Quintũ ſigna illis dñr/ ob aſcẽſionis moras inæq̃les ipſi trãſferũt ad naturã rectitudinis & ob
genus liquitatis ĩ moribus. Ex aſtrologicis colligunt quotiẽs aſtrologicũ aliquod dogma
principium faciũt alterius dogmatis cõfirmãdi. dialecticis utunt̃/ ſi q̄n cões & pro
babiles quoſdã ex natura uel prima pħia ꝓpões aſſumũt. Sed id q̃ rariſſimũ. Neq;
.n. memini apud eos legiſſe me rõnẽ quæ fidem dialecticæ probabilitatis afferret.

Caput V. Rationes a parabolica ſimilitudĩe ductæ: quibus domorum pro
bant proprietates refelluntur.

HAec dixerimus in uniuerſum nũc ad referenda particulatim fabulamenta
deſcẽdamus (nã ſic uerius dixerĩ q̃ argumẽta) q̄bus locoꝝ ꝓprietates aſſe
uerant: uęohantes ab illis q̃ ſumunt̃ a & ſitu cõditionibus ſignoꝝ. Eſt aũt

locus a

locus a parabolica ſimilitudine ꝑ hũc modũ:pater amat filios:& qntus locus ami-
ca radiatione:qa triangula nectiẽ horoſcopo:qntus igiẽ locus filios ſignificat. Ve
ſit igiẽ modus argumentãdi bonus q̄ tamen plane eſt ridiculus/oñdamus nũ recte
colligi quod contendũt. Primus inqunt locus naſcentẽ ſignificat ipſum:qm̃ de tene
bris ꝓdit in lucem. Itẽ horoſcopus ecce parabolica ſilitudo de q̄ reddunt & ratio-
nẽ cur idẽ locus:itinera modica repñtet:ut cũ de uico eiuſdẽ urbis ad alium de ur-
be ad ſuburbium:de domo itur ad pomerium. Nã uolunt hoꝝ quoq; motuũ cãm
in ſyderibus eſſe quæ primi loci diſpõne portendanẽ ut ait Bonatus. Præterea ui- Bonatus.
deamus an in reliqs locis ſimilitudo ꝓcedat. Eſt ſecundi ꝓprietas ſup diuitiis:qm̃
nihil aiunt hoĩ magis ꝓximum:igiẽ hærens prio ſecundus locus diuitias ſignifica-
bit. Neceſſaria ratio penes eos quibus nihil potius eſt diuitiis ueꝝ hoĩ proximiora
& intimiora multa:puta dotes aĩ & corporis ſapiã & ualitudo:quare debuerunt po
tius hæc a ſcđo loco ſignificari q̄ a ſexto uel a nono:qđ ꝙ iter externa quoq; pentes/
uxor/amici/ filii/ gloria/ pecuniæ prȩferuntur: ut potiora ut proximiora/ præterq̄
apud unum hoĩum genus q̄ ſe uocãt aſtrologos. Tũ locus idem cur epiſtolas quo-
q; notat ut ait Zael iſraelita præter forte in geniturís notarioꝝ:q̄bus ſemper hæ- Zael
reãt ſtilus & pugilaria:Iã ꝑgamus ad reliq̃. Tertio fratres indicari uolunt/quinto fi iſraelita
lios diximus/cãm cur hic filios ſimilis fratꝝ eſt ratio quoniam locus tertius exago
na radiatione iũgiẽ aſcendenti:quoniam igitur exagona copulatio amica:ſed me-
lior eſt triangula ꝓpterea filiis hæc quos amamus magis illa fratribus datẽ:& ean-
dem ob cãm locus undecimus eẽ amicoꝝ:quem pariter ex ſexãgulo reſpicit aſcen
dens. ueꝝ eos interrogo cur non locus nonus filios ſignificabit cum ſit & ipſe trian
gularis horoſcopo? Rñdebunt qm̃ cadit. rogo igiẽ iteꝝ melior tertius an undeci-
mus? & pater eadẽ rõne undecimũ præferendũ qm̃ cadit tertius::cur non igiẽ ter-
tius amicoꝝ undecimus fuit fratrũ? niſi ꝑuertẽtes ordinẽ naturæ putẽt amicos fra-
tribus præferendos. Illud quoq; de filiis alio dicto ꝑturbatẽ:nã parẽtes quarto dñt
iudicari:ſed inter quartũ & aſcendẽtẽ tetragonus eſt aſpectus quo nullus inimici-
tiæ magis iudex:qũo igiẽ naſcentẽ naſcentiſq; filios amica radiatione componunt
eundẽ tñ cum ſuis parentibus inimica? Præterea placet Pro. græcis oĩbus & Auen Ptole.
rodã potius a decimo loco illos iudicari q̄ a qnto:qđ Porphyrius ideo rectũ ꝓbat Auẽrodã
quia inde aĩæ in corpa demittanẽ. Sed Porphyrii fabulæ fabulã poſſumus oppone Porphy.
re:quia ꝓhibenẽ aĩæ per cancrũ labi deorſum per capricornũ aſcendere. Eſt autem Deſcẽſus
cancer ſignũ aq̃lonare cui rñdet apud Pro. imũ terræ nõ ſũmum:ſed a quarto quoq; &aſcenſus
pariter & undecimo prædictionẽ de filiis auſpicanẽ. Q uid ꝙ Alchabitius & hæ- animarũ.
breus Andragazar ad qntũ locũ legatos uolũt ꝑtinere: & qđ Vellius ait rumores Alchabi.
& nuncios addunt & famã quæ poſt cineres:& qđ Adla ſcribi ueſtimenta:quanã Andraga
igiẽ iſta rõne? nullã. n. reddunt: illud ualde irrõnabile ꝙ ſextũ locum quem uocant zar
απροκτον:quaſi dixeris torpidũ ceſſantẽ inertẽ/inefficacẽ/ſeruis attribuunt:quoꝝ Vellius
tñ & labor & induſtria dñoꝝ nutrit ociũ & ignauiã. Sed uide pulcherrimam quam Adla
ſuper hoc dogmate facit rationem Auenrodã:ſeptimus inquit locus pares ſignifi- απροκ-
cat ſubiecti uero elonganẽ a paribus (uerba ſunt ipſius) quantum ſexta domus a ſe τον
ptima elongaẽ:ſextã igitur poſuerunt pro domo ſubiectoꝝ:hæc ille:quæ ridenda Irriſ o po-
ſunt potius q̄ confutanda ne nimis ab Ariſtotele coarguamur. Nã de ſeptimo qđ ſitionis
dicunt pares ſignificari uide q̄ ipſi minime ueracia minime cõſentiẽtia putent ſuper Auẽrodã
illa. Referunt enĩ ad eundẽ locum uxorem/ſocios & aptos hoſtes:q̄bus quid eſt pu

Abraam gnantius. Sed defendit Abraã in hũc modum quoniam ſeptimus inqt locus oppo
nitur primo lites:& bella ſignificat:quoniã rurſus deſcendit aſcendẽte horoſcopo ſi
gnificat uxorem. Poſtremo quare mora deſcenſus eius æqualis eſt tempori aſcen-
ſionum primi loci:quæ nonnulla conuenientia eſt. ideo ſignificat æquales/ & ſoci-
os: ſic omnia facile confirmabuntur cum nulla ſit res quę ſimilitudinis alicuius iſti
uſmodi argumento/cuicũq; alteri ſimilis & diſſimilis fingi non poſſit. ubi enim non
ſuccedit? ſi de rebus oppoſitis ab eodẽ ponũt indicia q̃ſi cõueniãt. Sed cõueniũt in
quiet hac ratione ꝙ tpa emerſus in aſcendente caſuſq; in occidente ſunt æqualia. Fa
teor bene dictum ſi id quoque concedas eodem exemplo ſimilem eſſe igni aquam
quoniam tot partes poſſideat aqua frigiditatis quot ignis habeat caliditatis. Tam
enim puto forſitan opponuntur (quod non ſit dictum ſcrupuloſiſſime) deſcenſus
atq; aſcenſus/q̃ calor atq; frigiditas. Nonne certius uxor ad ſecundum locum perti
net proxima uiro ſemper illiq; ſuccedens quaſi ſuppar: & ſecunda præſertim cum
uelint etiam ex ſignis alterum eſſe marem alterum fœminam: quoniam ut inquit
Pto. Pto. fœminæ uiris inhærent. Sed & reddant rõnem cur idẽ locus fures fugitiuoſq;
Vellius ſignificent (ut Vellio placet) & emptiones quoq; ac uenditiones;& qd alii tradunt
itinera mediocriter lõga. Tũ qd ſcribit Bonatus cultũ purę diuinitatis p̃ſciẽtiamq;
Bonatus futuroꝝ. Certe mors iſti loco rectius debebat q̃ octauo cũ piterhie a luce deſcẽdat
Auenaz. ad tenebras:ſicut i aſcẽdẽte de tenebris itur ad lucẽ. Sed nõ placuit inqt Auenazra:
qa nõ nihil eſt ſiſis aſcẽdẽti:tali.ſ.ſiſitudine q̃ nos aquã ꝑbauimus eẽ ſiſem igni. Sed
Dorothe. Dorotheus quoq; ex hoc potius de morte iudicabat q̃ ex octauo dñm loci ad id ob
ſeruãs. Illud itẽ rñdeãt cur octauus locus bella ſignificet apd Aboali: & qd ſcribit
Aboali. Alchainil uillicationẽ. Qd alii uolũt ẽt uſuras:dicũt: hr̃ditates hic ẽt ꝓuideri. Ego
Alchainil nõ uideo quõ cõueniãt hæres & mortuus:melius igr̃ ſi mortẽ octauus locus iudica
bat:hr̃ditatẽ/nonus ſignificaſſet q ſuccedit octauo:ſed relatas ad octauũ hr̃ditates
Auenaz. ait Auenazra qd loco ſcdo ꝓportiõe rñdet ad quẽ ptinẽt facultates.ſ.hæc eſt illa ſæ
pius iã irriſa cõcordia reꝝ oppoſitaꝝ. nã q oppoſitis locis erit ſiſitudo p̃ter diſſimili
tudinis? Quod ſi ſuper eis quaſi ſimilibus ſp loq̃rent ignoſcendus forſitã error/ſed
nunc quaſi ſimilibus:nunc ut maxime diſſimilibus:& quidem ueris oppoſitis utun
tur:ut.ſ.eis ſubueniat. Sic quaſi contraria loca ſumuntur dum ſecundus & porten-
dit quibus nutrimur/& uitam conſeruamus:octauus mortẽ exiliaq; ſignificat: mox
idem hæreditates & cenſum quaſi ſecundo ſimilis & affinis:omnino qui moriuntur
hæredes faciunt non fiunt niſi forſitan cæli/ quod cælo certe non ſubiicitur. Eſſent
Facte di- alia obiicienda:ſed uereor nugas confutando/ne fiam ipſe quoq; nugator: Præter-
ctum. mitti de nono loco quod dicunt nullo modo poteſt, unde tantum ꝙ rideat habet le
ctor ut faſtidio multiloquii nonnihil ſubleuetur. Nonus ait locus itinera longa ſi-
gnificat:audi rationem quoniam ſol decimo loco poſitus ad nonum deſcendẽs mo
Auenaz. uetur. hoc ſcripſit Auenazra lib. rationum primo atq; ſecundo; ubi opus omnino
chachinnis potius q̃ ſyllogiſmis quaſi in omnibus locis ab uno tranſiens ad aliũ ſol
non moueat. Quid ꝙ cũ eo motu ſol deſcendat puto non ſignificabit locus nonus
itinera quibus montes & eminentia loca conſcendamus. Quis enim non iocet liti
gans cũ ridiculis? adde illam quoq; ſup duodecimo loco fabulã ſignificari per eum
aĩalia quibus uehimur qm̃ iunctus ſit aſcendenti quotiens idẽ ſignum utroq; loco
protendit: Alibi uero per eũdẽ locum tenebras aiunt carcereſq; portẽdi: qa maxĩe
diſtat ab aſcendẽte a quo.ſ.eſt duodecimus;ſic iã parũ ſuiq̃ ueri memores metiũtur

in quibuſlibet

in quibuſlibet. Quod ſi iunctũ eum locũ dñt horoſcopo tũ eſſe/cum idẽ ſignũ ſedẽ
utranq; occupat: diſiunctũ cũ diuerſa ſunt ſigna: ſequitur illud ut nec aĩalia quibus
uehimur/nec carceres/ille locus ſemp ĩdicet: imo nũq̃ hæc ſimul ſed illa cum idem
utrobiq; ſignũ: hos aũt cũ ſigna ſũt diuerſa: quod nullus tamẽ putat aſtrologorum.

Capur VI Confutatio rationũ Auenrodan de proprietatibus ſignoꝝ quæ
ab ordine & conſequentia ſignorum ſumuntur.

HAec ſũt a ſitu conditioneq; locoꝝ parabolica quadam ſimilitudine ductæ
rationes: Auenrodã primo lib. apoteleſmaton ab ordine cõſequentiaq; ſi Auenro.
gnorũ argumentat̃ ut primũ ſ. ſignũ primo loco reſpondeat: ſecundũ ſecũ
do: & pro natura dñi ſigni rñdentis natura quoq; loci iudicetur: ſic per tertium lo-
cũ fratres indicari & itinera breuia: quoniam Gemini quoq; tertium ſignum quoꝝ
dominus eſt Mercurius. Itẽ idem inquit ſuper res mixtas habet influentiam quare
fratres ſignificabit: & curſu ſolis ꝓximus hæret ſemper: quare breuia ad eũ itinera
pertinebunt. Sed nec alius quiſpiã aſtrologorum nec ipſe quem ſequitur Pto. Mer Cõfutatio
curium facit fratrum ſignificatorẽ. Sed nec ulla rõ eſt ut breuibus pręſit itineribus: a maiori
quoniam curſum ſolis imitetur. nam ſi propterea hoc ꝙ ueloci motu reuoluat̃ nõ
magis ad Mercurium q̃ ad Solem & Venerem hoc pertinebit: quorum oĩum cur-
ſus ferme ſunt æquales. Veniamus ad quartum cui rñdet cancer patrem inquit ſi-
gnificat: quoniam ſol patribus præeſt: uis autem ſolis appet in cancro. Vide q̃ ua-
nas q̃ friuolas arripiunt coniecturas. Nam in aliis quidem domino ſemp utitur do
mus: hic autem ad eum confugit qui nullã hẽt in eo ſigno auctoritatem. Neq; enĩ
ſol in cancro uel regnum habet uel hoſpitium uel trigonũ uel decanum. Quoniã
uero nec domina domus Luna/nec Iuppiter ſigni rex/ſignificato patrum deſeruie-
bant ad ſolem ſę conuertit: quoniam maxime in cancro poſitus calefaciat: quod ut
ſæpe iam diximus non de ſigni natura ſed habitudine ſolis ad terram contingit: alio
quin quæ cognatio ſolis ſi principia ſequimur aſtrologorum cum ſigno humido
frigido fœminino: in quo ut pauloante monuimus nullam hẽat dignitatis alicuius
prærogatiuam. Præterea cum Saturnus eodem in loco dominetur: ut ibidem dicit
Auenrodan quomodo etiam ſol dominabitur? quorum naturã putant oppoſitam Auẽrodã
faciunt domos & regias etiam oppoſitas. Aut quomodo & illud conſonat quod ibi
loquitur? ut illi loco Saturni natura reſpondeat. Quapropter in hæreditates oc-
cultaq; protendatur: Cui tamen ut quarto competit ſignum cancri in quo Satur-
nos a domo procul exilium patitur. De octauo & nono loco non minus falſa pu-
gnantiaq; comminiſcitur. Scorpius inquit octauum ſignum cuius dominus mars
quia mortem ſignificat: uerum non qualem facit mars apud aſtrologos ſed Satur-
nus potius: nam ſicut inqunt uenena ſignificat & pigritiã ac inertiã: ut ait Aboaſar: Aboaſar.
quare a græcis etiam appellat̃ αργοσ: quod naturæ martis minime conuenit. No αργοσ
nus locus ac Iouẽ refert̃: q̃re nonũ ſignũ ẽ Sagittarius: ꝓpeaq; dr̃ religionũ iudex &
ſapiẽ pro natura Iouis. Sed cur non eadẽ rõne locus. xii. cui piſces rñdent æq̃ do-
mus Iouis atq; Sagittari⁹ & ſi gratior Ioui domus ẽ Sagit. tñ ſi uera iſta ſuppõ deq̃
rõ mutatiõis hmõi ducit̃: ut loco ſ. natura planetæ rñdeat q̃ in ſigno cõpari dñetur: Auẽrodã
non debuit locus. xii. oĩum eẽ miſerrimus: cui ſignũ aſcribit̃ domus planetæ oĩum infirmita
fœliciſſimi. quãq̃ methodi infirmitatẽ ſatis ipſe cõfirmat Auen. q qm̃ non ꝓcedere tẽ cogno
eam uidit ĩ oĩbus uſus ẽ tm̃ ea in qnq; locis: in reliqs confugit ad rõnes quas ꝓxio uit dog-
capite confutauimus. Nos aũt nec in illis quinq; ſequi quod putauit oſtendimus. matis.

Caput VII Contra rationes earũdem proprietatum quas Aboaſar ex ordine accipit planetarum.

ABoaſar iſtas locoꝝ proprietates a planetaꝝ colligit ordine:ut prim⁹ prio detur:ſecũdus ſecũdo:terti⁹ tertio. Proq̧ planetæ cõparis numeri ꝓprieta
Inconueniens ex dogmate Aboaſaris te ꝓprietas quoq̧ loci decernať. Sed grauiſſimũ ſtatim ĩcidit ĩcõmodum: ut eidẽ planetæ teꝝ oppoſitaꝝ loca attribuanť Saturno primus & octauus: Ioui nonus atq̧ ſecundus: Veneri qntus & .xii. Eſt enim primus locus uitæ locus: octauus mortis: quomõ igitur primo pariter & octauo præerit Saturnus. poſtq̃.n. pro nũero planetarum ſeptem loca percurſa ſunt redeũt ad primum: quare Saturnus ĩcidit in octauum: quod oẽs conſitenť. Item nonus eſt fidei ſapiæ religioniſq̧ ſignificator: ſecundus diuitiarum: ſed deus & mamona non conſentiunt. Adde ꝙ ibi ſicut
Aboaſar. aliis quoq̧ locis ait Aboaſar Iouem futuri ſæculi fœlicitatem ſignificare/quæ per fidem & ſapiam acquiritur. Venerem aũt fœlicitatẽ iſtius ſæculi: igiť cũ diuitiæ ad iſtius non ad uenturi ſæculi fœlicitatem ꝑtineant potius a Venere q̃ ab Ioue ſignificabuntur: nec ad locum ſecundum cui Iuppiter numero competit: ſed ad quintum cui uenus datur referenť: præſertim ꝙ & ipſi ſolent oppoſitas domos Iouis & Mercurii dicere quoniam ſapientia cuius auctor ſit Mercurius dignitatibus & diuitiis Iouiis aduerſeť. Hinc qñq̧ calumniam repellentes qua ſæpius inceſſuntur. ꝙ. ſ. per futurorum præſcientiam & cæleſtium uirtutum deductionem naturæ fere totius domini/iuuant tamen plerunq̧ pauperes & ignobiles. eſſe enim in hoc fatum dñt ſapiẽtũ ne diteſcãt: quia Mercurio Iuppiter aduerſeť. Quomõ igiť Iouem nũc ut diuitiaꝝ ita ſapiæ faciũt auctorẽ? ſed in Venere quoq̧ magis abſurditas deluceſcit: q̃ ſicut qntũ locũ ita pariter incidit in .xii. quoq̧ alter letitiæ uoluptatis: alter carcerum & mœroris & tenebraꝝ locus dicitur: quibus qdnã põt eſſe pugnantius? ex
Irronia cogitarunt quidã belliſſimam defenſionẽ: nã qm̃ ſolet uoluptates conſequi pœnitentia: dñt ueneri utrũq̧ locũ conuenire tam gaudii. ſ. q̃ doloris: puto defendent ita quoq̧ pariter: ut quoniam uitã ſequitur mors ab eodem planeta utrũq̧ ſignificari. Nec dubito pari ratione dictutos ad Martem bella paceq̧ pertinere: quoniã ſemꝑ
Notandũ bella ſequitur pax: ſicut pluuiam quoq̧ ſerenitas: pluuia ſerenitatẽ. Verũ ne putẽt extra omne gaudium ſibi ſemper mœrendum aliquando mœreant/ admonere illos uolo non omnis lætitiæ comitem eſſe mœrorẽ: ſed quæ præter modũ fuerit & rationem: hæc autem a quinto loco ſignificari nõ dicent ſi ſuorum principioꝝ mœrores ſunt. nã ad quintũ hæc referunť quoniã iuuẽt/foueãt: refocillent ſicut locus qntus iungiť aſcendenti per quod naſcentis hoĩs uita ſignificať. Immodica uero uoluptas quã pœnitẽtia dolorq̧ ſequuntur non eſt uitæ fomẽtum ſed pnities: ſed nimis ſerio loquimur in confutandis nugis. De Marte uideamus Aboaſaris rationẽ & finẽ faciemus fratres inqt ſignificat & ſorores: quoniã ex illius ſunt parentibus: rõ dogmatis hæc quoniã primo loco quo genituræ dñs iudicať aſcribiť Saturnus: ſecundo igiť Iuppiter qui ſecundus eſt planeta. Tertio Mars pro ſphæraꝝ ordine tertius. Sed ex eodẽ genere ſunt Mars atq̧ Saturnus: qa uterq̧ malus & noxius eſt. Significabit ergo tertius locus quę ſunt gñis eiuſdẽ cũ eo q naſciť: q̃ te fratres atq̧ ſorores. Hæc no
Abuaſaris accuſatio ſter Aboaſar qui niſi ſcripſit ebrius hæc certe ſcripſit inſanus. Qui. n. diſſimilis magis planetarum Marte & Saturno? ille ignis: hic terra: ille feruore furit: hic torpet frigiditate: ille nocturnus: hic diurnus: & omnes ſi percurres nullũ inuenies ĩfluxũ Martis Saturni ĩfluxibus cõuẽire. Præterea cũ filii quoq̧ ſi res ſint parẽtibus aut nõ

debuerunt

debuerũt a q̄nto ſignificari cui Venus aſcribit̃:aut erit dicendũ Saturnũ cũ Vene/
re quoqꝫ cõuenire:narrauimus rõnes aſtrologoꝝ q̄bus locoꝝ ꝓprietates ꝓbãt ĩ eo
forſitã magis arguẽdi ꝙ nimis diligenter q̄ ꝙ paꝝ illas uere taxauerimus/ductas te
nui quadã ſimilitudine reꝝ:ſed quãuis nullo negocio cõfutẽt: hñt tñ ex ueteꝝ tra/
ditione ſcribentiumqꝫ teſtimoniis potius inficiandã q̄ negligendam auctoritatem.

Caput VIII. Gaudia planetarum cum domibus ruere.

HInc omnia ſubuertuntur de gaudiis planetarũ quoniam locorum ꝓprie/
tatibus denotantur nam gaudere planetã quẽqꝫ uolunt eo loco cuius pro
prietati planetæ proprietas eſt ſimilis. Sic Venerẽ quinto loco:quia gau/
dia filios uoluptates quẽadmodũ Venus ſignificet: ſic & alios aliis locis eadẽ rõne
quod ex Auenazræ lib. tertio rõnum & Aboaſaris introductorio licet intelligere
Quãq̄ ſi ſequamur hanc ĩtẽtionẽ Mercurio magis tertius locus aut ſextus cõuenie
bat q̄ aſcendens:lunæ magis aſcendens aut occidẽs ꝙ tertius: magis ſoli decimus q̄
nonus:Ioui potius nonus itẽ ſecũdus q̄ undecimus:Marti ſeptimus q̄ ſextus:Satur
no quartus q̄ duodecimus. Quæ poterit quilibet munera locorum planetarum cõ Abenzag.
ditionibus conferens animaduertere. Abenzagel ait ſigni cuiuſlibet partes alias eẽ
calidas & ſiccas:alias frigidas & humidas:alias frigidas & ſiccas:alias calidas & hu
midas/alias medias ſiue mixtas: quare de partibus ſuæ naturæ uigorari quemlibet
planetarum. Medias autem ſiue miixtas conuenire Mercurio: uerum non recipe/
ret iſtam rationem Pto. & alii qui Venerem calidam & humidam eſſe uolunt qua/
re partes humidę & frigidæ nulli planetarum conueniẽt. Præterea cũ Mars in Arie
te tantum quinqꝫ partes poſſideat erunt tantum in Arietę ſi uerus Abenzagel par
tes quinqꝫ calidæ & ſiccæ reliquæ conditionis alterius & a natura ſigni diuerſæ qui
tum natura calida ſiccaqꝫ decernitur. Similiter erunt in Tauro plures aereæ partes
longe q̄ terreæ:ſic in aliis eueniet. Fallax igitur Abenzag. ratio:nec ſi uera noſtram
tamen explicat quæſtionem quando relinquetur incertum quæ partes calidæ quæ
ſint frigidæ:quia non erit certum quæ cui planetarum potius debeantur.

Caput IX · Rationes Ptolemæi de planetarum domibus deſtruuntur.

NVnc agendum de ſignis:& quidẽ ſup his multas iã rõnes eorũ euertimus:
ut q̄bus ꝓbant ſigna eſſe. xii. ſed nec plura nec pauciora. Tamen principiũ
ſignorum ſtatuendum ab ariete: diuiſionem præterea illam in aquea/ ter/
rea/ignea & aerea:cur item hoc illius planetæ uel exaltatio uel trigonum/
hoc alterius:reſtant alia de quibus nunc dicemus a planetarum domibus ordiẽtes.
Neqꝫ enim ſi concedatur cum ſignis diuerſis affinitatem huiuſmodi eſſe planetaꝝ:
ut hic quidem ſub ſigno tali poſitus infirmetur:ſub alio fiat fortior: horũ tñ ſignoꝝ
differentiã nulla rõne poſſe nos cõſequi: quoniam non põt aliter hoc fieri q̄ ꝑ natu
ra ſtellarum eiuſqꝫ ſigni ut ſupius diximus. Sed naturã ſtellaꝝ nobis ratio nõ demõ/
ſtrat. Igitur nec ſignorum cũ ſyderibus affinitatem: ꝙ ſi ſpatia cæli potius q̄ ſtellas
cõſeq dicatur nihil minus inexplorabilis erit ſyllogiſmo q̄ occultæ cæteraꝝ reꝝ ꝓ Tres rões
prietates. Pto. de domibus ſolis & lunæ nitit̃ una rõne tm̃:de reliquoꝝ domibꝰ tri Ptole. de
plici. Pria ſumit̃ a natura ſignoꝝ. Secũda de ꝓportõe cõfigurațõis ad domos lumi domibus
narium. Tertia de numero cõſequẽtiaqꝫ ſphæraꝝ. primã primitus excutiamus. Eſt planetaꝝ
autem eiuſmodi Capricornus & Aquarius hyemalia ſigna ſunt quia frigida:Satur Rõ. Ptol.
nus quoqꝫ planeta frigidus. igit̃ illi recte cõueniunt. Peccat aũt multipliciter argu peccat
mentũ. Sed prio quia debet in natura ſigni ſpectari potius qđ conuenit ex ſe q̄ qđ multiplr.

ex accidēti. Cōuenit aūt ex accidenti ſignis illis frigiditas: q̄re dūtaxat ea rōne q̄ poſitus ſol in illis frigoris cauſa eſt per accidens: dum.ſ. mouetur longius a nobis. Cū uero de illis pro ſua natura decernitur alterum apud ipſos aſtrologos terreum: alterum eſt aereum: quæ qualitas Ioui potius cōuenit q̄ Saturno qui frigidus & ſiccus omnibus aquarii qualitatibus aduerſatur. Præterea ſolent aſtrologi cum diuerſa diuerſis ſtellis aſſociant ſi malæ ſunt ſtellæ dare illis quæ potius earum naturæ diſſentiāt q̄ quæ cōſentiant: ut eorum natura.ſ. mala contrarii mixtura temperetur: ſic Diurnū Saturnū Martē nocturnū faciunt: cū tamen calore Martis frigida nox: frigore Saturni calidus dies nō conſentiat: ut inde qualitas utriuſq; noxia refrenetur

Ptol. feruor in Marte: torpor in Saturno. Dicant igitur an in ſignis planetæ malo reddēdis hanc quoq; ſequi uelint rationē? an cōtrariā potius? Equidem Pto. contrariam ſequi uidetur ſententiam nunc methodi quam ſupra ſeruauerat in nocturnis diurniſq; diffiniendis. Ve℞ liceat illi diuerſis in locis eadē non ſentire modo in eadē ſerie uerborum ſibi non repugnet. At ſi naturæ Saturni cōſonum ſignū domū faciat/

Rñſio. a quarius excluditur. ſi diſſonum/foras mittit Capricornus. Dicet Pto. ad illas ſe reſpicere ſignorum qualitates quæ de ſolis operibus illis debentur: ſignū autem utrū q; tam capræ q̄ aquarii frigidis numeratur: quod Saturniæ qualitati cōcordat: nos extra rōnem fieri contendimus/ſed admittamus/nec tam colligi quod putat declaremus.

Cōfutatō Reſpōdebit enim hoc forte ſuper Saturno ſuper aliis planetis non ſuccedet nam Venetis domus Libra/Taurus/Libra ſignum antūnale: quare ſiccum & frigidum: ſicut aquarius frigidum quidem hyemale. Repugnat igiť Veneri Libra quæ pluribus quidem calida rurſus omnibus humida definiť. Nec parum demiror Ptolemæum qui dixerit hæc Veneri ſigna conuenire: quoniam ſit quaſi dixeris gn̄atiua maximeq; fœcūda. Nā poteſt hoc dici de Tauro: de Libra dici nullo modo poteſt. In Ioue quonam pacto ratio quadrat? cui nulla cōio cum Piſcibus & Sagittario. Si quidem anni tempus ſub iſtis ſignis æſtimatur/alterum finit hiemē: alterū autūni finis. Igitur illud p̄ frigiditatem repugna

Ptole. bit Ioui: hoc ēt p̄ ſiccitatē quāq̄ nec piſcium humiditas a quea uitali Iouis humori conuenit. Pto. ad iſtā ſe refert cōcordiā: q̄ utrūq; illo℞ uētos facit & uim quoq; habet genitalē: quare cum illis Iouem cōſonare planeiā tēperatum. Quæ dum teſello putarē ſupuacuā operā facere: niſi potuiſſet hæc prodere Pto. cuius facile poteſt

Auērodā auctoritas imperitis imponere. alioqn his ſimilia quæ ſolēt interdū litterati p ioců ludētes inter ſe dicere uentos ſuſcitant: Igiť Ioui ſimilia. Rationē reddit Auērodā: quoniam re℞ uiuentium geniture ſeminibuſq; præeſt Iuppiter. quorum uapores

De delira mtū aſtro logorum. halituſq; uentis nonnihil ſimiles ſunt. O mirabilem ſapientiam qua poſſunt etiam humidis ſicca ſimilia defendi. Nam uentos quidem philoſophi(niſi fallor) omnes ſiccos faciunt contra genituram omnem humidam: ſed & fœcunda ſigna: quoniam poſito in illis Sole ſemina germinātq; res exoriuntur. O ſi potuiſſent ad humanū ſemen deferri/cōmodius omnino accidiſſet hoc eis ab Ariete. Sed non poterant Ioui dare quem Mars occupauerat q̄q̄ omnino iniuria. Quid.n. illi cum primo uere? cuius nullus calor/& genitalis humorq; prolificus cū torrida Martis ſiccitate nihil participat. Inuaſit audacia pari ſcorpium nullo etiam iure/ frigidum.ſ. ſignum & autūnale. Nō igiť iſtā ſi ſequamur rationē ſatis æqua partitio fuerit iſta domorum. Examinemus alias a cōfigurationibus luminarium & a ſphærarum numero ſuſceptas. Verū qm̄ per habitudinē colligūt ad luminariū domos excuti prius oportet rōnē qua domus

qua domus ipſę luminarium ſtatuantur. Eſt autem huiuſmodi illa quam Ptolomæ Ratio
us affert. Cancer & Leo de duodecim ſignis oı̄um maxı̄e uergūt ad aquilonem pro ptolomæi
ximantq́ꝫ uertici capitum noſtrorum propterea duabus maximis & principalibus
ſtellis: hoc eſt luminaribus data ſunt: Leo Soli quoniam maſculum ſignum: Can
cer Lunæ fœmineum. Primum igitur falſum quod aſſumitur: nam ſigna nobis uici
niora/Cancer & Gemini/non Cancer & Leo: deinde ſi ſit uerum q̄ ratio docet maio
ribus ſyderꝝ ſigna cōuenire nobis proximiora? Potuerunt hoc dicere ueteres hac ſi
militudine ꝙ & illa proximiora nobis inter planetas. Sed Pto. dicere non pōt/qui
medium facit ſolem omnium planetarum. An ideo factum quoniam in Leone Sol
magis calefacit? Verum ſæpius dictum ex ſitu id euenire/non de ſigni proprietate.
quare gentibus aliis facere Solem in Libra quod nobis facit in Leone. Quod ſi ui
rium ſyderum cæterorum ſenſus ita ueros & rationes: ut ſolaris caloris haberemus
experiremur de reliquis idem quod de Sole/magis affici nos ab illis accedentibus
ad Leonem q̄ quia procul a nobis in aliis ſignis inueniuntur. An aliis igitur rationi
bus Sol cū Leone concordat? ſane quod calidum ſignum & ſiccum/quod maſculū
item eſt non eſt proprium Leoni/ſed Arieti cōe & ſagittario. Reſtat una conditio
cuius meminit ille grauiſſimus Aboaſar. Nam quemadmodū inquit Sol medius Ratio
planetarū: ita Leo medium ſignum æſtatis hac niſi ratione ligarer non erā conceſ Aboaſa.
ſurus apd̄ Leonē meli⁹ phæbū q̄ apud alias cęli beſtias hoſpitari. Sed ꝑualit Aboa
ſar uere præſidium & dulce decus aſtrologorum: qui de Lunæ quoq́ꝫ cum Tauro
cognatione pulcherrimam rē cogitaui. Nam Pto. attulit ad diſtantiā ꝙ inter ſigna Alia eiuſ
proxima nobis eſt fœmininū. Nō cōtentus Aboaſar aliud addidit ꝙ ſignificet Lu dē rō q̄re
na rerum initia. Sit autem Cancer æſtatis initium: cui demonſtrationi q̄s non cōceſ cancer lu
ſerit? Hoc non uidit Auērodā uſus alia rōne: qd̄ ꝓxime. ſ. ſolis ædibus ædes lunæ næ dom⁹
merito collocentur: qa Luna ſequatur ſemper Solem. Sed uiderit q̄ de Venere & Auērodā
Mercurio rectius hoc dicatur: quoꝝ ēt ædes ꝓximas Soli natura fecit ſi credimus
Pto. cuius interpres Auenrodā quē citauimus. Cæterum ſint iſtæ domus luminari
um quę ratio ſuper aliis diſtribuēdis Pto. hāc affert ı̄primis ut domus ſyderꝝ malo
rū q̄lia Mars atq́ꝫ Saturnus inimica radiatōe lūinariū domos aſpiciāt: domus uero
bonoꝝ ut Ioui. & ueneris amica: Mercurius illis ꝓximus ſtatuat̃. Recte igit̃ Mar
ti datum Scorpiū & Arietem quadrangulares Cancro atq́ꝫ Leoni. Saturno Capri
cornum & aquarium/illis oppoſitos: Ioui triquetra illis ſigna Piſces Sagittarium:
exagona Veneri Libram & Taurum: proxima Geminos Virginemq́ꝫ Mercurio.
Sed nec uerum quod aſſumit̃ nec ex aſſumptis recte colligitur. Nā domum ſtatui
eā rōnabiliter dicimus in qua planeta poſitus bene ſe hēt: ſed noxia Marti Soliq́ꝫ Cōfutatō
pariter illoꝝ radiatio q̄drāgula: noxia itē oppoſitio Saturno/tū pp oppoſitiōis ad
uerſitatē: tū pp retrogrationē. Qd̄ ſi uerū illd̄ qd̄ ipſe tradit Pto. fœlices oēs plane
tas in ea diſtātia ſūmotos a Sole ı̄ q̄ dom⁹ eoꝝ a Solis domibus diſtāt: qd̄ gręci uo
cāt ἀποῤῥοίαν: arabes almugeā: ſeq̄ret̃ & Saturnū oppoſitū lūiarib⁹/& Mar
tē illis q̄dratū eē fœlices: cōtra ſnīam oı̄um aſtrologoꝝ de talibus ſchematis ı̄fortu
nia calamilateſq́ꝫ magnas decernētiū Poſtremo uō q̄drare principio qd̄ colligitur
euidēs ē: nā cū dicūt has uel illas domus triquetras uel q̄drāgulas eē domib⁹ ſic ac
cipiūt: ut cōparēt̃ ad Leonē: quæ inter eū & Capricornū ꝑ ſignoꝝ cōſequētia ſūt:
ad alteꝝ ordı̄e cōuerſo quæ iter Cācꝝ & Aq̄riū: quare altera Solis altera Lūæ me
dietas & ı̄periū dr̄: alioqn domus Veneris tā quadrāgulæ q̄ triangulæ dici poſſent.

cũ ſit Libra q̃drata Cácro/Leoni Taurus:& martis domus triquetræ forét Scorpi-
us Cácro/Aries Leoni. Igit́ ad domũ cuiuſq; luminaris cõparı debet domus colla-
teralis & quaſi ſub ſyderis ditione locata. Q đ ſi fiat falſiſſimum deprehendetur/op
poni luminaribus ut ait Pto. domos Saturni: qm̃ nec aquarius Cancro: nec Leoni
Capricornus opponitur. Q uapropter domosq̃ Saturni nemo dixerit cum ex dia
metro luminaria reſpiciant: ſe q ſextũ a Sole uel octauũ a Luna locũ teneant: quod
Auenro-dan. Rõ — Auérodá quoq; confitetur. Alia ratio penes orbium numerum ſumitur: ut cum de
Leone Cácroq; definitum eſt: tum proximioribus Soli Lunæq; planetis in ordine
Pto. penes numerum orbium ſumpta. — ſphærarum proximores domus aſcribebantur: ſic Mercurio ſtatuunt hinc Gemi-
nos inde Virginem dari: tum Veneri quæ ſequuntur: proxima marti: deinceps Io-
ui poſtremam Saturno: has omnes ab iſta ſphærarum cõſequentia ductas argumé
tationes falſas: tum ſi uere forent incertas eſſe declarauimus. Recte igit́ Auenazra
Auenazra — lib. ſecũdo rationũ: Q uæſiui inquit in libris ſapientũ de ſignis rõnes domorum nec
nec reperi in eis aliquid bonum: Tantum ad fidem experimétoꝝ ſe conuertũt: hæc
ille: nos hoc libro: rationes: proximo aſtrologorum experimenta labefactabimus.

Caput X. Facierum & finium rationes iam eſſe reprobatas.

Diuiſio facierum — FAcies planetarum q̃bus oẽs utunt́ a conſequentia ſilr̃ orbiũ diuidunt́ nã
prías arieti ptes decernẽtes dño domus dãt ſequẽtes ſeq̃ntib9 iuxta ordiné
Alia diuiſio indoꝝ. — ſitus & ſphærarum Soli. ſ. primas a Marte ſecundas Veneri: atq; ita dein-
ceps. Indi primas dabant domino domus: alias duas dominis ſignorum eiuſdem tri
goni: q; ſi trigona ſatis confutauimus & quæ ſup orbiũ numero argumentantur: nõ
eſt opus aduerſus hmõi rões/nouis rõnibus. Super finibus adeo nõ cõueniunt: ut
quinq; ſuper eis fecerint opiniones. quare rões alterius alter arguit & irridet. Ita
uero ſunt oẽs debiles & infirmæ: ut ſuos quiſq; cõfines nouo quodã iure mutet & in
uadat alienos. Ex ordine trigonoꝝ chaldæi fines ſuos ordinarũt ut trigona ſigna ſilr̃
ptirét. Eſſet át modus ptitiõis ut prías ptes trigoni dñs occuparet tũ ſubſequẽtes q
ſequẽtibus in ſignes hét trigoni ptãte: numeris ſemp ab octo decreſcentibus ad q̃t-
Aegyptii Ptolemæ. — tuor. Aegyptii qđ illis obiicit Pto. nullũ ſeruãt methodi tenoré: nũc adeũt trigona:
nũc reges: nũc patres familias: ordientes interdum ab his qui nullam in ſigno poſſi-
dét auctoritaté: ut a Mercurio in Capricorno Pto. aliã probat diuiſionem: cuius le-
gere rationé cuiq; prõptũ libro primo apoteleſmatõ: pendet auté a dominis domus
exaltationis & trigoni: quam probare non debuit tamen Pto. niſi reprobat ſeipſum
quandoquidem illius auctor diuiſionis exaltationem trigono præponit: trigonum
domui. Ptol. uero præponit omnibus domum. poſtremamq; exaltationem: quæ in
illa diuiſione cunctis antefertur. Indi maſcula ſigna ſimiliter per omnia diuidunt: &
fœminea pariter eodem exemplo: ſed exempli in utriſq; ratio nulla cognoſcitur Aſo
Aſotol. — tol dedit luminaribus etiam terminos/cuiq; planetæ totidem partes: primas autem
domino domus prophætarum ordine, reliquas reliquis. Nos cum iſtud iam funda-
mentum & ſimiliter domos/exalationes/trigona/ſuſtulerimus uel ſiquid ſunt incer
to eſſe probauerimus: concidit omnis ratio finium definiendorum (ſi qui fines eſſe
concedantur). Præterea ſi de trigonis: domibus: altitudinibus ueritas foret explora
ta: non tamen exploratum hoc modo potius q̃ illo fines decernendos: unde nata ua
rietas opinionum dum aliud aliis magis probabile uiſum eſt.

Caput XI Q uod cui membro ſignum dominetur uarie a uariis determina ri & ab omnibus parum rationabiliter.

Q uod itẽ

experimentis antiquorum:quæ.ſ.uel Agyptii tradiderunt uel chaldęi: quis rurſus
dubitabit eſſe fallacem: quando fidelis obſeruatio de cæleſtibus eſſe nõ poteſt apđ
eos qui motus cæleſtium recte nõ tenuerint.In his uero chaldæos pariter & Aegy
ptios aberraſſe plurimum nemo neſcit q mathematicorum libros attigerit. Taxat
eos ubiq; Pto.in magna cõpoſitiõe:Taxat Hypparcus/nec facile quiſq̃ crediderit
q̃ ſero de cæleſtium motibus ſapere aliquid rectum uita cœperit:ſolis defectus pri
mus Thales prædixit Eudenio auctore & Callimachus dicit q primus inuẽtor fu
it minoris urſæ qua Phænices nauigant:Idem annum in trecentos ſexaginta quin-
q; dies diuiſit:obliquitatem Zodiaci primũ ſyderalis ſciẽtiæ rudimẽtũ excogitatã
Plutarchus aſſerit a Pythagora: q̃q̃ eã Euripides quidem chius Pythagora iunior
inuentam primitus a ſe glorietur:ꝑtiuſq̃ Solon floreret in græcia: floruit autem an
te tempora Chriſti annis fere ſexcentis nemo non putabat lunarem menſem trigin
ta eſſe dierum. Primus Solon errorem hunc emendauit ut ſcribit Proclus in Thi-
mæũ Platõis.Quod ſi tã inſigniter in lunari motu tam facili familiaritq; nobis erra
bant/quid de motibus ſyderum aliorum occultioribus tardioribuſq; ſit putãdũ.ſed
nõ eſt opus hic coniectura.Legat Ptolemæi liber cui titulus magna cõpõ/ patebit
q; citra ſuſpitiõnem ueteres omnes in cæleſtium motibus toto ut dicitur cælo peni
tus aberraſſe de motu quem dicebamus ſyderis proximioris/nihil non modo uerũ
ſed nec proximum uero deprehenſum ab antiquis ibi cognoſces: Hyppatcus pri-
mus in Rhodo inſula ducenteſimo fere ante Chriſtum anno Lunæ curſum uerius
obſeruauit: Sed nec tamen ad liquidum quare corrigitur a Ptolemæo qui proxi-

Trogus
Nota errorem ſupputatiõis.
Herodo. diodorũq; fabuloſitate notari
Porphy.
Hyppar. Ptol.
Eudenius
Callimacus.
Plutar.
Eurypides chius
Proclus.
Ptole.
Quo tpe Hyppar.

mus quidem Hypparco acceſſit ad ueritatẽ:ſed ita ut nõ attigerit ab Hiſpanis.dein
de aſtronomis emendatus/ in Solis motu quo cæteros metiuntur adhuc quoq; ce-
cutiunt ne dum illum antiquitas ſit conſecuta:ſed ægyptii plus nimio exorbitarunt
fieri ſolis reſtitutionem putantes poſt trecentos ſexaginta quinq; dies & quartam
diei partem adiecta atq; trigeſima:nam nec quartam impleri uerio
res deinde obſeruationes docuerunt:Q uomodo igitur fidelia fecerit experimenta
ſuper anni fato ſapientia ægyptiorum ſupereius initio tantum delinquens ibi quo-
Theophilus. q; ridiculi q; annum auſpicabantur:ut Theophilus tradit cum primum Aegyptum
Nilus inundabat: Anaximander ut ſcribit Phauorinus in omnimoda hiſtoria pri-
Phauorinus. mus Gnomonem inuenit: quo conuerſiones ſolis & æquinoctia notaret aſtrolabi
um Ptolemæi inuentum eſſe nemo neſcit qui ei⁹ libros legerit:primus Pythagoras
Parmenides. idem ſydus eſſe dixit ueſperum atq; Luciferum auctore Parmenide Pythagoras
Chriſtum quingentis annis non anteceſſit.Sed redeamus ad motus adeo parum an
tiquis exploratos/ut de motibus quinq; planetarum prȩter ſolem & lunam:ita pau
Hypparcus. cas extare ueterum obſeruationes dixerit Hypparcus:ut nec aliqd ſuper eis quod
fidẽ faceret a ſe quoq;/compertum poſſet affirmare.Primus Pto. aliquid ſibi de iſtis
certum uiſus eſt dicere: q̃q̃ ſecuta ætas multis eum in locis pro temporis beneficio
caſtigauerit.In aſcenſionibus quas anaphoras Græci uocant ſignorum dinumerã
dis quantum exciderent a ueritate quicunq; in Aegypto per ſydera diuinabant: &
Ptol. primo apoteleſmaton Ptolemæus & Apollinarius in commentariis
Appollinarius. teſtatus eſt:& Apollonius ex laodicea quinq;
libris opere dicato illorum errata ſugillauit.Q uis igitur hæc conſiderans dubita-
Apollonius. uerit? nullum apud Aegyptios uel Chaldæos de aſtrorum influxibus experi-
tum haberi uerum potuiſſe:ſiquidem nec ſignorum aſcenſiones unde maxima pars
huius artis dependet:nec planetarum motus haberent exploratos: quas quid quo
loco quis planeta faceret expiri fideliter poſſent/cum ſemper eſſent in eo loco pla
netæ quo ipſi eos minime putabant:ut non erraticas ſtellas prȩterea quarum mo-
tus omnino/ſi Ptolemæo credimus illis fuit ignotus.Q uod ſi illi errarunt/ut indu-
bie liquet/errant Græci qui illos errant Arabes qui Græcos:errant Latini qui Ara
bes Græcoſq; ſequuntur: & ex eorum regulis hac expertis euentura pronunciant.
Neq; enim quicq̃ putant maiori ſe prodere auctoritate/q̃ q; Chaldæorum & Aegy
ptiorum auctoritate confirmant. Hinc Aeſculapios & Hermetes: & Notepſos/&
Petoſires/uana omnino nomina quaſi ne pulas lectoribus ſpargunt/ quaſi non fue-
rint iſti rudiſſimi ſcientiæ quam profitebãtur ſi uera nobis Hypparcus & Ptolemȩ
us auctores aſtrologiæ præcipui tradiderunt:Q uid igitur Ptolemeus apoteleſma
ton lib.primo quaſi fidem dictis facturus ad antiquorũ experimenta ſe conuertit?
quæ uix ipſe ſuo tempore uera potuit exordiri ſyderali ſcientia/tunc primum tole-
Petrus appo. rabiliter indagata Petrus apponenſis aberrantem Galenum in lunæ motibus ſic ex
cuſat.Hæc exacte non ſcripſit Galenus nondum.n.erant comprehenſa:nec fuit ta-
Galeni Ptolemæi q; tempus. men Galenus Pto.prior/ſed contemporaneus: quare totam nos ita diſputationẽ cõ
cludamus ſi quæ ſcripta eſt aſtrologia experimentis ueterum nititur/fallax eſt/quia
illis ratio defuit/cum neotericis iſta quoq; ſint in ambiguo ut ſupra oſtendimus: ne
dum antiquitati fuerint manifeſta/ ſi iuniorum adhuc fallacior quibus & ratio pa-
riter defuit & tempus.

Ioannis

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONES ADVERSVS ASROLOGOS LIBRI DVODECIMI INCIPIVNT.

Caput primum. Non eſſe adhibendam fidem aſtrologiæ quaſi reuelatæ.

SI fabulamentis aſtrologorꝫ nec patrocinaṫ/nec fides eſſe Rō prima
poteſt ab expimẽtis:qd iam ſupereſt:cur ſe illis hō ſapiẽs
dedat? an oracula putabunṫ:& quę uelut parꝫ tõnalia cõ
futauimus/ea uelut diuina ſuſcipiemus: aſtrologos imita
ti/q ſi qd fit ab hoibus pter rõnẽ referũt ad ſtellas. Pari ne Rō ſcda
igr̃ nos exẽplo hoium deliramẽta referemus ad eos? At
q ſi forte pſuaſio hæc aliquẽ cæpit:ſciat nõnihil ſibi pdeſ
ſe diuas hmõi reuelatiões/qñq dẽ ut uidimus tãta ſit in de
cretis aſtrologiæ diſſẽſio:nec reuelatũ ſit adhuc chaldæo
rũ ne aſtrologia:an poti⁹ ęgyptiorũ:an iudæorũ:an Ptolemæi;an arabũ illa ſit quã
mũere ſingulari dii nobis benemerẽtibus aſpirauerũt. Nihil igr̃ iſta nos iuuat diuã
bñficẽtia dũ in colluuie nr̃orꝫ mẽdaciorꝫ latet illa de cælo ſuſcepta cælit⁹ ueriſſima
ſapiã. Nec lydius aliqs lapidis ide demiſſus quo legittĩa poſſit ab adulterina diſcer Rō tertia
ni:qđ ſi mihi ſermo cũ xpianis quærã putẽt a deo reuelatã/aut a dæmone potius/a
deo dici nõ põt:ſiqdẽ illã lr̃æ ſacræ diuiæ uocis iterp̃tes iterdicũt:ſi tñdeãt a dæmo
ne nulla fides dæmoni quẽ mẽdacii patrẽ deus appellauit. Hinc illorꝫ inſania cõfu Rō q̃rta
taṫ q diuinitus hãc ſciam ſicut alias oẽs Adæ collatã ſabulanṫ a quo p manus deue
nere ad Noe:Cuius filiũ Ionicũ referat Methodius multa futura p hãc artẽ p̄dixiſ Methodi⁹
ſe:tñ p filios Noe ſupſtites Cathacliſmo ad Abraã pr̃iarchã q docuerit eã ęgyptios
teſte Ioſepho:& ab ægyptiis ad græcos/a græcis ad latios deuolutã. Sic pbellã iſti
ſibi ſucceſſionẽ cõminiſcũṫ illaqueãdis rudibus opportunã: ſed doctioribus ubiqꝫ
falſam atqꝫ mẽdacẽ. Nã de Adã qđ dñt niſi hoc quoqꝫ reuelatũ/quo teſtimonio pro
bant. An qđ credimus illũ dei munere ſcias oẽs caluiſſe ſequiṫ hanc quoqꝫ Certe ſe
queretur ſi hæc quoqꝫ foret ſcia/ſi non uana/nõ falſa:nõ ridicula: non repugãs prin
cipiis uerarum doctrinarum/non deo ut dicebamus:ſed nec inuentore hoie digna;
Ad Ionicũ ueniamus:Scribit q dẽ de hoc Methodius ſed idõeus parꝫ auctor. Neqꝫ Methodi
enim ille eſt cuius meminit inter uiros illuſtres diuus Hieronymus hic parcharen nus auctor
ſis fuit/ille alius oĩno/citatus iterdum a Petro cõmeſtore/in quo nemo mediocriter ignobilis
eruditus delectũ bonorꝫ auctorꝫ non deſiderat. Sed nec Methodius dicit eum præ inaniſqꝫ
dixiſſe quicquã/cæterum ſuper iſto Ionico quid ualere põt ignobilis ſcriptoris au eius do
ctoritas? cum & Moſes ipſe pppheta/tres tantum Noe filios numeret:Sem:Cham: ctrina.
& Iaphet. Nec Ioſephus alium quẽquã præter hos noiet.nec Philon/nec hæbreus Ioſephus
quiſquã/uel annaliũ cõditor/uel moſaicæ legis expoſitor/Abraã ægyptiis aſtrolo Philon
giam tradidiſſe Ioſepho credamus:ſed non diuinatricẽ ſuperſtitioſam frequentio
rem apud idolatras q̃ apud ueri dei cultores qui deus Abraam nũcupatur/a Moſe
& a prophætis ſugillatã:qui ſe tamen Abraæ traditionẽ & præcepta ſequi profite
bantur. Verum illam potius mathematicam de ſyderum motibus/molibuſqꝫ ſcien Qualis
tiam:cuius uſus frequẽs hæbreis & neceſſarius/pro ſtatis cerimoniarum tempori fuerit
bus obſeruandis cuiuſqꝫ ſtudio delegatum Hyſachar tribum/hebræorum monu aſtrologia
mentis pditũ eſt. Hæc nõ ſine arithmetica diſcitur:qm̃ tota fere numeris conſtat & abraæ.
menſuris/quã ſimul cũ aſtrologia ægyptiis demonſtraſſe Abraã/ſcribit Ioſephus Ioſephus
qui ſi diuinatricem potius iſtã intellexiſſet/falſus oĩno eſſet/ſiquidẽ ait hanc aſtro

logiam:quã primus ægyptiis Abraã indicauerat a chaldæis ægyptios accepiſſe.
Liquet aũt ex ſupioribus ſuam ſibi ægyptios ad prædicendum aſtrologiam feciſſe
cui nihil fere cum dogmatis chaldæoꝶ ſit cõe:ſed in ea quæ de ſyderũ motibus eſt/
paucos ſe chaldæos exercuiſſe abſq; eis ad alios defluxiſſe docet Pto.in magna cõ-
positione/non aliã igit̃ q̃ mathematicã iſtã Ioſephus intellexit. Irridendus autem/
Aboaſar qui ſuo loco filios Noe I chaldæã cũ ueniſſent hãc ait diſſeminaſſe ſciẽtiã/
quam cælitus habitã chaldaicã ipſe de finibus planetaꝶ reiicit opinionẽ. Sed non
fuit in confutandis his nugis tñ operæ inſumendũ/cũ nemo nõ intelligat niſi tar-
diſſimus/hæc deliria eſſe hoĩem ſuis ſomniis fidẽ ſic mancipantiũ: ut quæ nulla ra-
tione protulerunt/ab Adam repetita auctoritate cõfirment. Nã illud rñdeant cur
non aliæ quoq; artes atq; ſcientiæ per iſtam ad nos ſucceſſionẽ deuenerint:ſed inge
niis poſteriorũ excogitatæ ſtudii ſecuta diligentia cõſumatæ ſunt:An in una aſtro-
logia quaſi utiliore diuinæ hoc nobis prouidẽtiæ munus obtigit? Verũ quod non
ſolet dormitaſſet illa prouidentia/non aĩaduertens fruſtra nobis ſeruari hanc diui-
natricem/niſi mathematica quoq; ſeruaretur/ſine qua uti recte illa non poſſumus.
Neq;.n.prodeſt ſyderũ uires & naturas habere cõpertas/niſi poſſis exacta ſupputa
tione notare ſingulis horis ſyderum habitus/formã/& poſiturã. Quod cũ ſola ma
thematica prĕſtet/debuit hæc quoq; ad nos a prĩo patre hæreditaria traditione de
uolui/ſi tam ſalutaris diuinationis uſum deeſſe uitæ diuina prouidẽtia noluit.

Ptolæme[9]
Aboaſar
Quinta ratio.

Studium Aſtrologiæ quõ ſe debet habere

Caput II Quales ægyptii atq; chaldæi apud quos nata aſtrologia.

SIc reiiciuntur qui nugalia hæc tam indigne de cælo tã mendaciter ficta:
quaſi de cælo tñ habita uenerant:quæ cum quis leget introſpectans tam
plane uidet uim eius/ut non relinquat̃ ulla ſuſpitio cæleſtis inſpirationis
id qđ ex iam dictis hebetiſſimo cuiq; ſatis euidẽs puto. Verũtamen non inutile fue
rit ſub uno q̃ſi conſpectu reputare lector quõ nata peſtis iſta mundo ſe diffuderit:
hoc ẽ qbus auctoribus orta:qbus pſuaſionibus recepta:q̃ auctoritate confirmata:
quibus fomentis aucta pſeuerauerit in hanc diẽ: Nã hoc quoq; ad abrogãdam illi
fidẽ detegendãq; illius uanitatẽ nõ oĩno erit inefficax. Nata igit̃ de chaldæis ægy-
ptiiſq; parentibus de qbus dicendũ aliqd priuſq̃ de uanitate ipſorum iſta dicamus.
Fuit igit̃ utraq; gens duarum rerum in primis ſtudioſa atq; pita idolatricæ religio-
nis/& mathematicæ. Ad hãc loci opportunitate inuitabant̃:nam patentes campos
& planicies latas/habitabant:unde ſyderũ facilis ueriorq; ꝓſpectus:in illã hoc eſt.
uanis ſupſtitioſiſq; cerimoniis/cur præ cæteris gentibus occuparent̃ honorarentq;
cum antiqtate factũ pp quã primi deorũ cultus exercuerunt qualiſq; parentes aliis:
& neceſſario magiſtri religionis fuere:Tum qđ alibi quoq; monſtrauimus pp impe
ritiam ſapiæ phyſicæq; rõnis:& ruditatẽ ingeniorũ. Nã mathematica qdẽ ſapientes
non facit:quare ueteribus pueroꝶ ſtudiũ fuit: quin potius ut modice eũ rõneq; gu
ſtata uiã ſtruit phiæ/ita ſiqs ei ſoli totum ſe tradiderit occaſiones erroꝶ in phia ma-
ximas parit Ariſtotele teſte. Fuerunt igit̃ ægyptii atq; chaldæi/quantũ equidẽ aſſe
quor coniectura paꝶ facto ad ſapiam ingenio id qđ in hoĩbus earũ regionum nunc
quoq; conſpicit̃:quibus ſi cultũ ſtudii caſus ademiſſet:naturam tñ adimere non de-
buiſſet. Neq; uero nos fallat quod me quoq; adoleſcentem olim fallebat/ celebrata
ueteribus etiãq; Platoni ægyptioꝶ ſapientia & chaldæoꝶ:quos adiiſſe Pythagorã
& Democritũ/Eudoxũ/Platonẽ/alios cõplures nõ ob alíđ q̃ cõparãdæ ſapiæ gr̃a/
memoriæ ꝓditũ eſt. Nã celebre quidẽ illud atq; diuinũ ſapiæ nomẽ de ſola ſibi ce-
rimoniarum

Chaldaicæ ægyptiæq; gẽtes quib[9] diligenter ſtuduerit.

quid agãt mathematicæ ad phiam.

Solutio dubitationis.

rimoniarũ/& colẽdorꝫ deorꝫ cognitione uendicabãt qui fuit apud oẽs gentes/apud omnes etiã bonos philoſophos hæc ſemp ꝑſuaſio ſummã ſapiẽtiã in religione cõſiſtere. Quare Plato/Pythagoras/aliiq́ cõplures hoc quidẽ recte uidẽtes ueriſſimã philoſophiã in diuinorꝫ eſſe notitia/cũ fama eſſet ægyptios huius imprimis eſſe peritos ad eos deſcẽdebãt auiditate diſcẽdi/q̃cquid apud illos occultius ſanctiusq́ uideretur: Deſcendebãt etiã ut mathematicã diſcerent: quẽ quos mõ memorauimus auide cõbiberunt: Pythagoras ille/Democritus & Eudoxus. Verũ tñ ille titulus ſapiẽtiæ prærogatiuaq́ ſecretioris diſciplinæ nõ aliũde chaldæis ægyptiiſq́ q̃ de magiſteriis doctrinaq́ numinũ colendorꝫ: quã auditam ab illis ꝓbauerint nec ne boni philoſophi alibi diximus: hoc tñ aſſeueramus naturalis primęue philoſophię quę rõnibus demõſtrat̃/nihil græcos philoſophos quicũq́ recte philoſophati ſunt ab ægyptiis accepiſſe: ſed quæ ad cerimonias mathematicaq́ ſpectarẽt: cuius rei uel illud ſit argumento: Quod ſi aut de mathematicis/aut myſteriis agitur Chaldæos citari & Aegyptios uidemus eorũq́ ſentẽtias afferri ſemper in medium: in p̄hiæ rõnibus apud Platonẽ & Ariſtotelẽ illorꝫ nomina nulla ſunt. Quod ſi philoſophatũ in ægypto Thaletẽ dicas nõ negabo: ut qui ob eis ẽt didicerit aquã eſſe rerũ principium in quã opinionẽ nõ ob aliud puto ductos ægyptios q̃ q̊ de nili inundatione beari ſuã regionẽ & fieri fœcũdam uidebãt: Vñ ab illius quoq́ exitu per ægyptum annũ auſpicabant̃. Erãt.n. ꝑfecto rudiſſima ingenia ꝑpeaq́ ſupſtitionibus idonea: Quas nihil magis q̃ ingenii uiuida uis accedẽte doctrina reiicit & aſpnat̃: ita faciles erãt q̊ a dæmõibus ẽt ad oẽ genus inſaniæ ꝑducerent̃: q̊ ſi nõ erat eis religio aliđ q̃ ſupſtitio qđ ex magna pte Iãblicus cõfitet̃ i malorꝫ eos dæmonũ cultu occupatiſſimos fuiſſe cõfirmãs: ſeqtur eũ nomẽ illis ſapiæ de religiõs nõie foret: q̃to ſapientiores ferebant̃/tãto fuiſſe illos iſipiẽtiores: q̃q̃ ut ſupius dicebat̃ illorꝫ cõmercium græcis p̄bis magis ſp fuit i mathematicis/q̃ illis fui i ſupſtitiõibus. Thales i epiſtola ad Pherecydẽ i ægyptũ inqt/ego eſt Solõe deſcẽdi ut ſacerdotes & aſtronomos uideremus/nil de p̄hia. Idẽ ab eis ſe didiciſſe geometriã. Demetrius dicit Democritũ ad ægyptios iſſe ut geometriã diſceret: Interdũ Democritus & Platoni & prudẽtibus mõſtroſus ẽt Pythagoras dictus Sed iculpatũ illud Platõis ingeniũ exhibẽs qđ fuit ſatis ſæculoq́ neceſſariũ antiqtati honorẽ & titulo religionis/de cætero ſuã maſſã ægypti fermẽto nuſq̃ temerauit. Et ſic Eudoxus quoq́ i uera ægyptios eſt ſecutus aſtronomia i diuinatrice ꝓterea illis nõ cõſenrit. Verꝫ ne lõgius digrediamur ita cõcludim̃s ægyptios & chaldæos occupatiſſimos in idolatrica ſupſtitiõe plurimũq́ mathematicis deditos/in reliq̃ ſe p̄hia parꝫ exercuiſſe. Nec quẽq̃ moueat qđ Auerrois ait apđ chaldæos olim ꝑfectã fuiſſe p̄hiam: nã de chaldæis ipſe nõ loqt̃/quorũ mẽoria uel monumẽta ad nos ꝑuenere: ſed ex illa opĩone quæ mũdi credẽs æternitatẽ infinities ait has artes & abolitas & redditas apud diuerſas gẽtes: nec nobis ẽt fraudi fuerit in uniuerſum chaldæos non ꝓbaſſe ex q̊bus Abraã fuerit uir diuinus. Neq́.n. Abraã chaldæus. ſed q̃q̃ ex regionũ uicinia chaldæus: iterdũ noiet̃: & dictũ ẽ Platonis i ea gẽte quæ plurimũ mala ẽ ſiqs bonus naſcat̃: eũ eẽ q̃ optimũ. Nec ipſe Abraã tam naturæ q̃ diuinæ grãe obtinuit priuilegiũ: Sed redeamus ad aſtrologiã: in quare Aegyptios & chaldæos quidnã adduxerit facile eſt uidere poſt q̃ de illorũ ſtudiis & ingeniis ſatis multa diximus.

Caput III Quid Chaldæos Aegyptios in hanc opinionem induxerit fieri fatores humanas & de ſtellis poſſe præuideri.

Sapientia qdẽ nomẽ ſibi altiſſimũ uẽdicauit cum apud Platonẽ tum Ariſtotelem in methaphyſice. ſ. humanarꝫ diuinarũq́ rerũ cognitionẽ ideo Plato Pytha. Demo. & reliq̊ mathema. quoq́ ꝑquiſiuer. Iãblicus.

Thales.

Demetri᷑

Dictorũ cõcluſio.

Auerrois Ibi.n. auerrois dicit p̄hiam potiſſimum ſæpiſſime corruptã fuiſſe.

SOlent quicūq; in aliquā diſciplinā ſe totos ingurgitarūt oīa ad illā refer/
re q̄ libentiſſime:non tam pp ambitionē:ut ſcire per illā oīa uideant:q̄ q̄
ita illis uidet̄ quibus.ſ.uſu uenit quod per niues iter agentibus:nā cætera
quoq; illis alba uideri ſolēt:cādoris habitu in oculos iā recepto:reliqua in ſe tranſ/
formāte:ſic amātibus perdite qcq̄d occurrat amatæ/aut faciem aut oīno aliquid re
fert ſub ditionē unius imaginis tota imagiaria amātis faculeate redacta.Q ui Theo
logus eſt:nec aliud q̄ theologus ad diuinas cās oīa refert:Medicus ad habitū cor/
poris:Phyſicus ad naturalia reꝝ principia/Mathematicus ad figuras & nūeros qd̄
phytagorici factitabāt:hac rōe cū eēnt ueteres chaldæoꝝ in cæleſtiū motib⁹ metiē
dis & ſtellaꝝ curſibus obſeruādis iugiter aſſidui:nec aliud qcq̄ eoꝝ magis ingenio
detinerēt/oīa illis erāt ſtellæ:hoc ē ad ſtellas libēter oīa referebant id qd̄ de ægyp/
tiis dictū pariter intelligat̄.Cū igit̄ ad hāc ex pſeſſione ꝓpenſionē accederent cōie

Nota.

cturæ quas libro tertio narrauimus & cōfutauimus:ut corpa īferiora moueri a ſu/
perioribus.nō poſſe ſtellas uires ad influēdū maximas nō hr̄e:uideri in ſole & luna
quātū nr̄is corpibus aeriq; dn̄ent̄:& ſimilia cū occurrerēt aīs ad eē partē iā īclinatis
tis/facile adducti ſunt:ut quæcūq; acciderēt hoībus ſiue corpis ſortes:ſiue aī:ſiue

Vt.n.dicitur ab ariſtotele in ethicis fœlicitas in his tribus cōſiſtebat

fortunæ:de cæleſtib⁹ cāis crederēt ꝓuenire:Q uib⁹ quoq; cognitis & exploratis fu
tura reꝝ oīum euēta præcognoſci.Neq;.n.adeo pſpectæ illis res phyſicæ:ut q̄ uni
uerſalis cā differret a pticularib⁹:qd̄q; illius & haꝝ eēt officiū/ſatis itelligerēt:quid
ſubſtātiæ cæleſti cōueniret:qd repugnaret:qd eſſe quod p ſe dr̄ apud dialecticos:
qd qd̄ ex accidēti quāta diſſimilitudo inter naturæ opa & artis:quid poſſet eſſe ſi/
gnū alterius:huius tn̄ cā nō eēt:ut his rōnibus excitati:nec:quaſi ceſſantibus ꝓxi/
mis cāis cōi cauſæ particulares diuerſitates aſcriberēt:nec q̄ſi deo cæloq; parū bo/
nis/& culpas aſtris piter ſuas iputarēt.& pœnas tam aīæ mala q̄ corpis/īde deriuan/
tes:nec quaſi natura corpis itelligeret/īcidētiū ſimul temere cāꝝ ad eā concurſus
referret̄:nec uelut ad intima reiq; ſubſtātiā arte ꝑuadente nouas a cælo influi uires
in artis opibus exiſtimarēt:aut ſi nō fierēt hæc a cælo/crederēt tn̄ poſſe ſignificari
q̄q̄ nec ſi inuicē/uel effectus uel cauſæ:nec ab eadē origine eodē mō utraq; ꝓueni/
rent.Hæc oīa illi cū ignorarēt paꝝ adhuc pfecta phīa patūq; illis etiam indagata/
qd miꝝ ſi tot cōtra trahētibus in errorē inducebant̄ primū cōiecturis q̄s diximus
ineefficacibus illis quidē:ſed uulgo rudibuſq; phīæ magnæ ꝓbabilitatis:tum aſſi/
dua illa cū ſtellis cōſuetudine quaſiq; familiaritate:q̄bus oībus accedebat īnata ſci

Vn̄ Ariſt. primo metha.inq̄t oēs hoīes natura ſcire deſiderant.

endi futura hoībus curioſitas.Nā quæ fieri poſſe cupimus eadem facile poſſibilia
credimus:Accedebat ſæculi uitiū & in hoīum mētes alte dedita p id tēpus perſua/
ſio diuinādi:cuius mille mōs & ſpēs iſto lōge minus ꝓbabiles/& inſaniæ plus ha/
bentes auidiſſime cōſectabant̄:ut pyromātias/geomātias/aſtragatomātias/& cæ/
tera id genus anilia nugamēta:inter quæ poterat error aſtrologoꝝ ſapia ſūma exi/
ſtimari.Adde q̄ idolatriæ cui erāt obnoxii mire cōſentiebat:ut quos deos colebāt
eos auctores oīum reꝝ arbitrarent̄/nō bonaꝝ mō ſed malaꝝ.Nā erat in idolatrica
hoc quoq; diſciplina alios eē deos bn̄ficos/alios noxios/ut uel hinc cōtra rationem
phīæ ſtellas alias bonas alias malas exiſtimauerint.Adde gloriæ & quæſtus occa/
ſionē quā paratā ſibi uiderūt aſtronomi ſi de curſibus cæli quos de magno labore/
ſed exigua mercede forſitā indagarēt putarentur futura præuideri:quibus omni/
bus adiice fraudes demonum improborum tunc maxime mundo imperitantium
qui ꝓcliues in hunc errorē ex cauſis memoratis illoꝝ aīos/occultis magis inſtiga/
tionibus

tionibus impellebant:cū iudicia peruertētes oīno mentium ſibi mancipataꝝ : tum illorum prædicta nōnunq̄ confirmantes uel ad prædicendū illos mouentes:quod euenturum:uel exequētes quod ab illis erat p̄dictū.Hæc oīa ſimul in cauſa fuiſſe non dubito/cur primū apud ægyptios & chaldæos hoīes ſupſtitionibus & idolatriæ deditos/in cæleſtiū motibus occupatiſſimos:phiæ parum peritos : opinio naſceret̄ ex ſyderꝝ ſtatu futura præuideri.Recepit opinionē ſæculū facile ob curioſitatē & īperitiā:cōfirmarūt aſtronomi libētiſſime ſpe quæſtus & gloriæ cōparādæ.

Cap.IIII.In ea quæ obſeruāda in p̄dictionibus ſtatuerūt quo pacto inciderit.

VIdimus apud quas gentes/ & qūo primū natus hic error fieri cælitus res humanas:uel indicari:qūo rurſus in hæc aſtrologi dogmata q̄bus utunt̄ in p̄dicēdo deuenerint facile eſt uidere.Nō.n.ut demōſtrauimus ueris ad hæc rōnibus ducti/nā qui poſſent? cum nō ſit ratio uera mendacii : Tū rerū quoq; nobis & loco & natura cōiūctiorū ꝓprietates aliter q̄ ab operationibus nō exploramus:Sed nec īducti expimētis alioquin ceſſare eos oportuit multas ſaltē ætates a prædicēdo/cum extra controuerſiam diuturnis duntaxat obſeruationibus & ſæpius repetitis experimēta huiuſmodi pficiāt? Quid igr̄ cōiecturas ſecuti ſūt partī a mathematicis q̄bus incūbebāt? partim a parabolicis q̄buſdā ſimilitudinibus ſūptas q̄bus nihil poterat cogitari fallatius:ſed uel fallebāt ipſi rudes phiæ & dialecticæ:uł falli poſſe putabāt imperitū uulgus:nec ꝓperantibus ad diuinādi q̄ſtū & gloriā tā ſatiſfaciebat:q̄ uerisimilior/q̄ q̄ facilior uia atq; paratior:ſic primū ſtatuerūt fata hoīum iſta de natali hora pēdere:tū q̄m id fere uulgo uidet̄ hominē fieri cū naſcit̄. Tū q̄ alia principia uel cōcipiendi fœtus uel aīandi poſita magis erāt in īcerto q̄ ut forēt obſuāda ī p̄dicēdo:a mathematicis ſic accepta primū q̄m mot⁹ ſyderū metiētes ī duodecī ptes obliquū orbē diuiſerūt numerādi facilitate rurſuſq; eadē rōne quālibet partiū in trigīta/ & trigeſimā quāq; ī ſexaginta ſuſceperūt hanc diuiſionem quaſi natura nō arbitrio factā:& quot iam partes ipſi finxerant ſibi tot influxuū uires & proprietates diuerſas eſſe decreuerunt:tum pro numero ſignoꝝ duodecim loca diueſere ſex ſupra finitorē : ſex infra : ſicut ſex quoq; ſigna ſub terra ſex ſupra ſemp reuoluuntur:Ita magno errore definitū obſeruandū in primis/ſub quo loco quo ſigno planeta collocaret̄:alias.n.ad influendum pro loci ſigniq; uarietate uires adipiſci: poſt hæc quaſcūq; in motibus diuerſitates notarūt eas ī operationibus quoq; ſtellarum notandis iudicarūt quaſi efficientiæ quoq; uis īde ſpecieſq; uariaret̄:Sic aliud facere planetam decreuerunt cum rectus incederet:aliud cum repedaret:aliud cum ſubſiſteret : tum pro ſyderum inter ſe uel coniunctione uel diſtantia fieri ab illis res diuerſas.Obſeruarunt autem in primis diſtātias quaſdam:quas cum motus nonis metiebantur inſigniores nōnullos mutationibus deprehenderant:ut trigonū interuallum:quod in eo Saturnus & Iuppiter ſoli configurati ſemper retrocederent: ſicut interdum mars in quadrangulo/Mercurium & Venerem ultra ſexangulum remoueri a ſole nunquam uiderent. Cogitauerunt igitur iſtas ſyderum eſſe diſtantias obſeruandas/cum inter ſe trigona uel exagona uel quadrata radiatione ponerentur : ſed & oppoſita cuius euidens ratio eſt præſertim q̄ in his quoq; configurationibus lunæ ſchemata ad ſolē mutari conſpiciebant & corniculare fieri in ſexangulo/diuiduā in q̄drato: prætumidā in triangulo: plenam in diametro:ſicut itē cū circuloꝝ quorūdā ad uiam ſolis interſectiones fuerāt imaginati rem neceſſariā in motibus metiēdis:ſe d uanā in influentiis:ita has quoq;

Diuinādi norma hic notatur & quęcunq; ab aſtrologis obſeruantur.

fatoꝝ decretis adhibuerũt caput caudãq; appellãt:q̃ſi deniq; uires afflatuſq; radio
rum mathematicas has quãtitates ſitus/loca/puncta/diſtantias:nõ qualitates natu
raſq; radiorum cõſequerẽtur.Sed hũc illi errorẽ nec aiaduertebãt ignoratiõe phy
ſicæ:nec poterãt euitare ſi ſingulis momẽtis alias in cælo cõſtellatiões eẽ uolebãt.
quæ naſcentium identidem hominũ uitam fortunam mores ingenia uariatent.

Caput V Quid obſeruãda illa indicarent:q̃bus coniecturis definierunt.

SIc a mathematicis q̃d obſeruandũ foret acceperunt intẽtione pueſa quę
fuit antiq̃s(ſi credimus Ariſtoteli)erroris quoq; occaſio dũ res naturales
quaſi mathematicas iudicãt.Reſtabat poſt hæc iueſtigandũ q̃d hæc ipſa
ſignificarẽt uel efficerẽt ſigna:ſydera:motus:aſpect⁹:cũ uel hoc mõ uel illo diſpoſi
ta inuenirent:hic coniecturis egerunt leuiſſimis & fallaciſſimis quas narrabimus.

De cõpoſitis:elemẽtorũq; mixtione ęgiptios dubitaſſe. Plato.

De ſignis ita primũ cõmenti ſunt:erat ęgyptiis indubitatum oĩa conſtare ex q̃tuor
elemẽtis.Cũ igiť ſigna iã duodecim accepiſſent occaſione quã diximus uiſa illis p
bella cõmodaq; partitio:ut hæc quoq; p quatuor elemẽta diſtinguerẽt:q̃bus ter re
plicatis ſignoꝝ numerus iplebať.Et q̃m prima fuiſſe corpa ignẽ terrãq; opinaban
tur:utpote centrũ & circũferentiã.Nã ignis illis erat ſupremum corpus/tum inter
media adueniſſe aerẽ & aquã:ut etiã Plato oñdit in thimæo.Iccirco primum ſigno
igneũ ſtatuerũt:ſecũdum terreũ/tertiũ aereũ:quartũ aqueũ.Tum redeuntes ſimili
conſequentia q̃ntũ igneũ:ſextũ terreũ:atq; ita deinceps.Hinc euenit ut quæ trigo-

Trigonũ unde.

no itetuallo diſtarẽt/tribus.ſ.mediis ſignis iterceptis eadẽ natura cenſerenť:quia.ſ.
quintum ſignũ ad naturã primi reuertebať:quæ uero ſexangulo partim quidẽ affi
nia/parti diſcotdia forẽt:ſed affinia magis:q̃m primũ igneũ tertiũ erat aereũ.Quę
uero tetragono penitus aduerſa ſi ignis & aqua penitus diſcordant:ſic figmentũ ut
trigona radiatio bona foret:quadrata mala:ſexangula fere media:ſed quadrata me
lior oppoſitionem quoq; malam fore.ꝙ ita poſita ſydera ex aduerſo ſe contuentur:
Aliqui tamen mediã hanc etiã uolũt ſignorum qualitates in ea ſicut in aliis aſpiciẽ
tes.Eſt.n.inter ſigna quę altera quidẽ qualitate cõueniũt/altera diſcordant.Patet
hinc ut ſe inuicẽ iſta placita pepererũt:& quæ ſeorſum audita ſuſpitionẽ cuiuſpiam
rationis relinquũt/origine patefacta ſtatim contẽptibilia fiũt.Nã ſi illud primum
fundamentũ nutãs & imbecillũ numeris.ſ.ſignoꝝ duodenariis arbitrio ſupputan-
tiũ(ut aſtrologi cõfitenť)iductũ ſit quæ ſuper ędificanť oĩa ruinoſa:ſunt aũt pluri
ma ex ea una radice pullulantia:nam & trigona inde quæ magnã ſibi aſtrologię uẽ

Trigonocratores unde.

dicãt partẽ/unde trigonocratores/hoc eſt dñi/ut dicunt/triplicitatũ/a q̃b⁹ rationẽ
de finibus chaldęi poſteriores acceperũt/ ęgyptii monomirias/arabes a magnis cõ
iunctiõibus maxima dogmata.Ptolemæus & oẽs(q̃q̃ alii aliter)diſtributionẽ par
tium mundanaꝝ regionumq; ſub ſignis:ut hoc uidelicet trigono orienti/illud occi
denti/aliud auſtro/aliud aq̃loni darent:unde prędictiones de anni fato magnopere
pendent/ut ſciamus qua q̃d regione ſit uenturum.Sed redeamus ad alias ſignorum
ꝓprietates:Nam myſterium diſtictionis in elemẽta ſatis deteximus deducto uelo
tãtũ nugas ibi meraciſſimas deprehẽdim⁹.Excogitarũt igiť alia quidẽ ex his quæ
ſubter labẽs ſigna Sol in illis operatur.Inde illa diuidẽtes in fixa mobilia/cõia/alia
ex noĩe p̃iũ circul q̃ſi reꝝ illarũ nõ imagine mõ ſed uiribus ſimiles naturaq; forent.
nã alia hũana ſigna dixerũt:alia bruta ꝙ hoc ſignũ Aq̃riũ iuuenis ipſe figuratus:
illud Aries diceretť:ſic oĩa fere nata dogmata de ſignis uel ab opere Solis uel a noĩe
imaginũ/uel a diuiſione per elemẽta quæ ſtati iudicat unitatẽ cũ audire

cõfutata

cõfutata ſint. Naturã planetaꝝ a coloribus iudicarũt qđ Aboaſar
teſtať/hãc eẽ cõiecturã dicẽs uniuerſitatis aſtrologoꝝ:& hinc ẽt ſixaꝝ:nã oẽs rubẽ
tes dixerũt eſſe de natura Martis ut oculũ Tauri: cor Scorpii/ea uero q̄ irrõnalia q̄
falſa ſatis iam demõſtratũ. Affinitates planetaꝝ cũ ſignis ſic paulatĩ introduxerunt
exaltationes apud Chaldæos:primũ ut reor inuẽtę de quo ſcripſimus.lib.viii.ꝗ in
gradibus illis poſitæ ſtellę a cẽtris ſuaꝝ abſidũ erãt remotiſſimæ. Addiderũt Aegy
ptii domos de Leone primũ accepta cõiectura ſub quo uis Solis creſcere uidebať.
ab eo prĩcipiũ faciẽtes reliq̃ ſigna planetis aliis pro ſphærarũ ordine ut uidimus di
ſpartiti ſunt. Trigona qd ĩtroduxit diximus.terminos & decanos & dodecathemo
ria & nouenas & monomirias diuiſio ſignoꝝ fecit/q̄ cũ uaſtiora uiderenť:q̄ ut aliis
excluſis in unius tm̃ planetæ dictionẽ cõcederenť/lineauerũt in partes uarias mul
tifariam.& has quidẽ fines eẽ unius ſtellæ/illas alterius uoluerũt: qđ qm̃ alia qſq;
cõiectura decernebat/hic natæ de finibus opiones qnq; de qbus adhuc ſine ſine di
gladiantur.alii in decanos ſigna partiti ſunt hoc eſt in tres partes:alii in nouẽ:alii in
.xii.ſed pro arbitrio oẽs nulla rõne:nã qs rõnẽ dicat.xii.partes ſignũ quodlibet diui
dendum:qa ſigna.xii.ſunt:aut in tres partes ob ternarii pfectionẽ: aut in nouẽ: qm̃
nonũ ſignũ cũ primo qualitate cõcordat/Sagittarius.ſ.cũ Ariete: Capricornus cũ
Tauro:atq; ita de reliqs.hæc ẽt Ptole.q̄q̄ aſtrologus cũ legiſſet irriſit. Illi uero diui
ni uiri Aegyptii Indi Chaldæi q̄ſi primã phiam amplexabanť. Veniamus ad loca
quoꝝ ꝓprietates ex ſimilitudine q̄dã definierũt:ut qm̃ cæli medium locus ſubli-
mis quæ putanť eẽ ſublimia ſignificaret/Impia/regna/ptãtes/quaſi nõ deſcẽdat in
tus potius homo q̄ aſcẽdat.oriẽs naſcẽtẽ indicaret ex utero ꝓdeũtẽ ſeptimus locus
aduerſarios quia prio opponiť:Duodecimus carceres & tenebras: qm̃ ad eũ locũ
Sol cũ puenerit ſuſcitatis uaporibus nec diſſolutis aer ueluti tenebreſcit. Sed non
oĩa ꝓſeq oportet quæ ſupra cõmemorauim⁹/tm̃ ſatis ad memoriã reuocare qũo ſy
dereæ iſtius cæleſtiſq; diſciplinæ gradatĩ oracula ꝓdierũt quæ ſint ſibi inuicẽ mire
cõnexa fabula fabulæ ubiq; manũ porrigẽte. Sic.n.cũ trigonũ & exagonũ interual
lum bona determinaſſent/rurſuſq; planetas bonos Venerẽ & Iouem/ſed & Solẽ &
Lunã qm̃ bonis boni gaudent/gaudere dixerũt Iouẽ in.xi.loco Solẽ in.ix.quoꝝ al
ter exagonus/alter trigonus eſt horoſcopo:Lunam in.iii. Venerẽ in.v.qui ab aſcen
dẽte ſimilibus diſtãt ĩterualls/dederũtq; melioribus ac potioribus Ioui.ſ.atq; Soli
loca ſupra terrã infirmioribus uero quæ ſub terra:ſed & Martẽ eadẽ rõne ſexto lo-
co gaudere/Saturnũ.xii.uoluerũt qm̃ ſunt hæc loca mala ſicut illi quoq; planetæ
mali.nec dubito pro natura deinde horum planetaꝝ multas ipſis locis ab eis tribu
tas proprietates ut nono uaticinia quæ Sol dare crediť; Tertio breuia itinera ſicut
breuius oĩbus ſtellis ſpatiũ circuit Luna:Mœrorẽ.xii.pro cõditiõe Saturni. & clan
cularios inimicos:Sexto ſeruos & morbos/ob naturã nocẽtis ſed efficacis agiliſq;
planetæ:Quinto gaudia filios uoluptates ob Venerẽ/quã & præſulẽ haꝝ reꝝ nõ
alio magis iudicio ſtatuerunt q̄ de ſtellæ nitore/radiis: & pulchritudine:unde illud
alma ſupne nectareũ ridens q̄re credita antiqs elegãtiaꝝ & uenuſtatis dea talibus
uſi demõſtrationibus quaſi filiæ araneæ rete præſtigioſum cõtexuere.qđ ſi procul
aſpicias fallat mẽtita filoꝝ magnitudine & illecebra textus nouitatiſq; lenocinio/ſi
cõminus intuere cõtẽnax/ſi rãgas manu diſrũpas atq; diſſoluas. Auxere nepo-
tes inuentũ patrũ quoq; fuit figmentũ antiqus eo robuſtius latẽte magis originis
fraude/quodq; euenit ſemp auctoritatẽ ætate cõciliãte. Neq; uero nos oĩa diximus

Aboaſar planetarũ nã uñ ſit & alia notanda

De ſinib⁹ aſtrologorũ maxia quæſtio.

Locorũ ꝓprietates unde

Nota planetarum gaudia

tm̄ inuētiōis methodū hoc eſt erroris lubricū demōſtrauim⁹:cætera uero ad id exē
plū leuiſſimis.ſ.oīa cōiecturis/& tenui nixa diſſimillimaq; ſiſītudīe/ēt re℞ terrena℞

Retroceſſio.

qualia ſūt illa fœlices eē planetas cū ꝓcedūt īfauſtos cū retrocedūt/cūq; ēt ſtaī cre
dunt:q̄ſi negēt retroçedētes:qd' ꝓmiſerāt:expediāt ꝓcedētes quod pollicent:mo

Defectus luminarium.

rentur ſubſiſtētes quod largiunt.Deficiētem Solē & Lunā parere magnas calami
tates.Nā hæc ī primis terrificāt ignota cā/q̄ſi uel deſerētibus nos deis uel abrogāti
bus.ī apogeo poſitis ſtellis naſcētē exaltari/qm̄is locus ēt ſit altiſſimus:ptes Lunæ:
tā alio℞ deīde ſyde℞: poſtremo & auenæ:& faba℞ qs īuexerit.error explicatū.lib.
viii.Poſtq; aūt hmōi cōiectamētis hæc dogmata fūdauerūt cœpunt geneſes obſer
uaī naſcētiū:& ſi ſemel aut ite℞ caſu dogmata rn̄diſſet expimēto nulla iā fides nlla
maior erat auctoritas:ut ſi forte gr̄a uerbi nat⁹ aliqs Marte Scorpiū occupāte bel-
lo claruiſſet/īdubiū hēbat Scorpiū eē Martis domiciliū/q̄ſi nō lōge ſit aliđ Marte
ſic poſito aliđ a Marte bellicoſū naſci:q̄ ſiq; ut diximus expiri fidelr qcq̄ poſſēt ī cæ
leſtiū motibus tāta delinquētes.Annotabāt igī ēt q̄ euenerāt dn̄o genituræ cuiuſ-
piā themate & regulas īde canoneſq; cōdebāt:qm̄q; nō erat hæc uia uero℞ expimē
to℞ ſed illis pro rōne caſus atq; temeritas/ideo & aliis/& iiſdē ēt alias obſeruātibus/
aliter cōtingebat:quo factū ut tot euaſerint pene aſtrologiæ/quot erant obſeruan-
tes:unde illa cōfuſio pugnātiaq; opīonū quas ꝓximo libro late ſumus executi.

Caput VI Quibus fomentis aucta & quomodo propagata ſit.

SIc de nugacibus orta cōiecturis fallacibus adoleuit expimētis/fota ſęcu-
li uitio:nutritaq; hoīum curioſitate:nullo nō auido futura de ſe ſciēdi:atq;
ea/e/cælo ueriſſime peti:quotus.n.qſq; de populo de ſcholaſticis ēt q̄ nō
recte de cælo petūt iſta/cognoſcat? accedebāt prīcipū ſtudia nihil nō credētiū ob
impitiā:nec nō ſpantiū ob cupiditatē:qb⁹ ſi qn̄ de cælo fœlicitas ꝓnūciabat.(ꝓnū
ciabat āt ſp)tā uolebāt euerti aſtrologiā q̄ ne iſtā quoq; fœlicitatē.ṗdicebāt inter
dū uera/nūc temeī:nūc aſtute:nūc dæmōe ſuffragāte/modis quos explicauim⁹.qđ

Per apollinē aſtrologicum dogma cōfirmatū eſt.

cui ēt nō ſuccedat multa ṗdicēti? Tn̄ uero plauſus acclamatiōes/& tn̄ mille menda
cia ſtati obruebat obliuo.ſed & multa illis fides auctoritaſq; ab oraclis nō mō ꝓbā
tib⁹ iſtā artē:ſed exercētibus.Interrogatus apollo nūs an fœmia naſceret? fœmina
rn̄dit:qm̄ ī cōçeptu ad Venerē Lūa ferebat.qđ uero mai⁹ teſtimōiū ꝓfeſſiōi q̄ deos

Dęmonis nomen eē uſitatum.

hr̄e auctores? nouerūt.ſ.īprobi dæmōes ſic nō ſolū a nr̄is/ſed a Platonicis quoq; nū
cupati/nouerūt inquā ſubuna ſupſtitōe quātū mūdo ueneni ꝓpinarētq' cū altius
in uenas penetraſſet primū qdē fidē adimeret religiōi/ſūmo hoīum bono/q̄ſi de cæ
lo pēdēte fatali neceſſitate q̄ſi nulla miracula:nulla diuitus ṗcognitio futuro℞: ſed

Cūctas artes liberales/ut Theo. ph̄iam. & medi.tū & religionē hac ſupſtitionc cōtaminari oñdit

ui cōſtellationū oīa ꝓuenirēt:tū uitiis patrociniū faceret cælitus in nos deſcētibus
atq; adeo fortaſſe bonis ſiquidē quæ a natura bona oīa ſunt)inficere demū bonas
artes medicinā & ph̄iam ut q̄s nō euerteret/ſicut nec theologiā/ cōtaminaret tamē
& ph̄iam qdē a rōnibus ueris ad fabulas:medicinā a naturalibus efficacibuſq; reme
diis ad uanas obſeruatiōes/& anilia delиramēta cōuerteret:fieretq; una peſtis puer
ſæ ſupſtitiōis & corpi & aīo ſimul exitialis.uidebāt peſſum ire prudētiā ꝓ q̄ iā cōſu
leretur aſtrologia qd agēdū:quo tpe:qua rōne ſedēs in ipſa ſtolidiſſima uanitas ui/
tæ clauū ī manu teneret.poſtrēo ſpabāt fore qđ euenit q̄ de una de cælo mathema
ticiſq; ſupputatiōibus captaret auctoritatē/reliq℞ ſupſtitionū minus fraudē diſſi-
mulatā/minus fucatā infirmitatē/obtegeret.nec uanæ putarent quæ cæleſtis do-
ctrinæ ſeq̄ces appēdices/& alūnæ forent.neq;.n.ulla eſt ut oñdimus.lib.prio quæ
qdē

ꝗdē aſtrologiā uel ſociā/uel parentē/uel ducē non agnoſcat. An non digna res igiť
pro q̄ ſe quoq; facerēt aſtrologos dæmones nocētiſſimiť nihilq; nō ꝓcurarent/quo
magi indies peſtifera pſuaſio ſenſus hoīum ſtudiaq; poſſideret: nam uſos dæmones
in oraculis aſtrologoꝝ regulis/credēdū ob aliđ q̄ ut fallerēt ideſt fallaciæ fidē fa-
cerēt: qs addubitet ēt Porphyrianusť qñ ipſe Pophyrius tūc mētita dicat oracula
cū aſtrologicis nixa dogmatis rñdebāt qđ nō eueniſſet ſi uera foret. futuriq; præ-
mōſtratrix qñ ī ea latere dæmones pitiſſimos reꝝ naturalium/nihil poterat. his fo- porphy
mētis adulta præſidiiſq; multa Aegyptios & Chaldæos penitus occupauit/pepitq; rius
ſtatim apud eos ſupſtitioſam medicinā. ſcripſit. n. Necipſus ī Aegypto. q decanus
quē morbū faceret: cuiuſq; rurſus decani ptāte curareť: rē habitā in arcanis interq;
myſteria q̄ſi nō arbitraria ut demōſtrauimus iſta partitio decanorū irriſaq; & negle Necipſus
cta penitus a Ptolemæo hinc ſtatim emenſa magia/quæ nō eſt aliud q̄ cōplexus ido Medicinę
latriæ aſtrologiæ ſupſticioſeq; medicinæ quæ ſicut alias quoq; ſupſtitiōes in libris ſupſtitio
de uera fide aduerſum ſeptem hoſtes ſingulatim confutauimus. ſæ ortus

Capur VII Q uomodo ab Aegyptiis ad alios Aſtrologia deuenerit.

AB Aegyptiis & Chaldæis ad Græcos aſtrologia deuenit: ſed per auctores
ignobiles. Nā excepta domibus circulatoꝝ: lyceiū & academiā nō ītrauit
Sed nec in porticū: quoq; licet ꝓcurāte thale cōcorditer admiſſa nec qui Maia
poterat atomis & uacuo aſtrologiæ tñ credere potuit Epicurus. Primus cēteſimo quid ſit
& q̄dragesimo poſt Chriſtū āno bene audiēs ī litteris eā coluit Ptole. ſed parcius q̄ Graiorū
cæteri/ita ut nō tā inſaniæ iſti fauere q̄ modum ponere uoluiſſe uideať: ut cūq; au- ſcholas
ctoritas unius hoīs ſemp mathematici/raro philoſophi. tot contra in mathemati- huiuſmo
cis phiaq; hoīum clariſſimoꝝ obſtātibus præiudiciis relabiť. Rapuit nomē Ptole. di ſupſti
Græcos aliquos in errore/alioqn ad ſupſtitione ꝓpēſos ut Porphyriū cuius nimiā tionem
in cultu dæmonū oderē curāq; ſuperſtitionū & præceptor Plotinus/& diſcipulus nō ſenſiſſe
Iāblicus dānauerūt. A Græcis ad arabas maiori tñ auctoritate deuoluta mirantib⁹ Nota
illis qcqd a græcis ſcriptū īueniebāt/& ī noib⁹ Aegyptioꝝ & Chaldæoꝝ uanā illā
antiqtatis ſpēm ſuſcipiētib⁹ ſicut āt accepiā illā a barbaris repurgauit ꝓ uirib⁹ cir-
cūciditq; Ptole. prudētiſſimus aſtrologoꝝ/ita acceptā a Græcis/Grāmaticus qdā Aboaſar
Aboa. & ſcriptor hiſtoriæ refert nugis & fabulis inumerabilib⁹/fecitq; aſtrologiā dedecus.
pene tāto peiorē aſtrologia Pto. q̄to bōis artib⁹ peior ē aſtrologia/factus homo ad
inanē loq̄citatē/nec mō phiæ/ſed aſtronomiæ quoq; fere penitus inſolēs/ſugillatus
a doctiſſimo quoq; aſtrologoꝝ: multitudini gratus apud quā magnus q plura dixe
rit/nō q meliora. Creuit āt p ea tpa ſtudiū mathematicæ ſicut toti⁹ quoq; phiæ di- Nota.
ſciplinaꝝq; oīum ī Hyſpania/in q̄ cū regnaret Alphōſus ī nūeris mathematicis & Q ua uia
cæleſtiū motuū ſupputatiōe diligētiſſimus. amaret quoq; diuinatricē uanitatē alio ad Itala re
qn phiæ ſtudiis nō ībutus & ī eius gratiā Arabū & Græcoꝝ multa ei⁹ artis monu- gna hæ-
mēta ad nos puenerūt/p Ioānē præſertim Hyſpalēſem & Michaelē Scotū ſcripto cars pue-
rem nullius pōderis multæ uero ſupſtitōis. Amplexat⁹ hæc primū Albert⁹ utpote nerit.
noua/natus. n. p ea tpa ſed puto nō tā ſenex ꝓbauit q̄ iuuenis: ſicut & magica adole Nota.
ſcēs cum uulgaſſet matura ætate deteſtatus eſt ſctiſſimā ī cœnobio & iculpatā uitā
degēs. Factū tñ tpe ꝓcedēte eū diuturnitate traditiōis: tū multitudine ſcriptoꝝ &
q̄dā cū mathematica aſtronomia/tā noīs q̄ ſubiectaꝝ reꝝ affinitate: ut fere in con-
trouerſiam iam ueniret an ſine fallacia ſciētiať an ſuperſtitio foretť uerum licet tam
multis ſæculis a multitudine excepta cuius proprium nihil ſapere a ſupſtitioſis ex

culta/quorum ſcire delirare eſt:curioſis quęſita nullo iudicio uiris ita ſemper ut pri
moli.monuimus a prudentibus a philoſophis ſanctiſſimis uiris irriſa cõfutata pro
fligata fuit.Nam quo tempore cum idolorum cultus in Aegypto atq; Chaldęa cũ
q; omnium uanitatum inſania adoleſcebat/apud Hebræos ueri dei cultores per
Diogenes Moſem/per Eſaiam:per Hieremiam per alios prophetas:uoce/ſcriptiſq; dannaba-
Teodoretus tur in Græciam cum uenit Pythagoræ non placuit auctore & Diogene & Theo-
doreto.Platonici & Periphathetici ne dignam quidem putauerunt de qua uerba
Eudoxus aliquando facerent:facerent:ut quam inter artes circulatrices haberent. Eudoxus
Gnidius legiſlator prudentiſſimus (ſcripſit enim leges ciuibus ſuis) idem magnus
ſub Platone philoſophus mathematicis uero princeps ætatis ſuæ omniũ conſenſu
nullo modo credendum aſtrologis affirmauit:ſcriptumq; reliquit fecerũt idem ali
Quãtum paruifacta ſit aſtrologia quot poſt annis Caſſander ac Archelaus inſignes mathematici:fecerunt Panetius
& Carneades graues ueriq; philoſophi.Romam quotiens ueniebant uel ex Aegy
pto:uel ex Babylonia diuinatores iſti:totiens eos Romana illa prouidentia ſeuer
ſimis legibus urbe ſubmouebat:ſic ſub Tiberio:ſub Vitellio:ſub Diocliciano:ſu
Conſtantino:ſub Gratiano:ſub Valentiniano:ſub Theodoſio:uel deſerere profeſ
Mouet dubitationem ſionem uel pœnas dare profeſſiõis coacti ſunt.Hadrianus horum præſtigiis cur
delectatus ſatis manifeſtum/nam propenſione q̃dã naturæ Aegyptũ ſic adamaui
ut nihil Aegyptia cum poſſet illi non placere:quo tẽpore tamẽ Phauo.illos aper
Plutarchus oblique grauiſſimo uit iudicio ſugillauit.Mox ſub Ptole.cum paru
uiſa eſt honeſtari ſtatim & Plotini magni Platonici:& Alexandri aphrodiſiadæ i
gnis peripathetici & Origenis in omnibus diſciplinis eminentiſſimis/iudiciis inf
mata eſt.Cũ ad Arabes uenit:detinuit q̃dẽ Abẽzageles/& Aboaſares/nec diale
cos hoĩes:nec p̃hos Auerroes & Auicen.non detinuit.ubi uero in Academia Pa
enſi primitus apparuit uix impetratum a curioſis q̃n internitioni data ſub ignib
Nota deliteſceret:cumq; aliquot poſt annos honeſtare eam Rogerius Bacchon & alii
dam conarentur:Reſtiterum eis uiri doctiſſimi Guielmus Aluerni⁹ epiſcopus P
ſienſis:& poſt eum Nicolaus Oreſm⁹ mathematicus excellens:& Henric⁹ ex A
& Ioannes Caton:& Brenlanlius Britannus aſtrologiam non ſolum qua parte
dit religionem/ſed plane totam/ut uanam falſamq; deteſtantes:q̃re nõ ita unq̃ a
nomẽ obtinuit ut ĩ præſcriptũ abierit.Nã ſemp aliq̃s ueritatis pronus obnũcia

Disputationum aduerſus aſtrologos prædicendi diuinandiq; faculta
tem profitentes Ioannis Pici Mirandulæ liber duodecimus explicit
nuper caſtigatiſſima lima emunctus atq; curatus.

Impreſſum Venetiis per Gulielmum de Fontaneto de Monteferra
to.Anno Domini.M.D.XIX.Die.XXII.Martii.

Regiſtrum huius Operis.

A a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z
& ꝰ ꝶ A B C D E.

Omnes ſunt quaterni pręter r qui eſt duernus & A D E qui ſunt quaterni
Quint.XXV.Car.IIII.